


553

81



1886

No. 286  
C. 6

1795  
Vol 235  
no 21

Philosophie morale. xiii.


1795

Cast. 129


116











118469917



Index eorum, quæ hoc in libro habentur.

- Iamblichus de mysteriis Aegyptiorum. Chaldæorum.  
Assyriorum.
- Proclus in Platicum alcibiadem de anima, atq;  
dæmone.
- Proclus de sacrificio & magia.
- Porphyrius de diuinis atq; dæmonibus.
- Synesius Platicus de somniis.
- Psellus de dæmonibus.
- Expositio Prisciani & Marsilii in Theophrastū de sen-  
su. phantasia. & intellectu.
- Alcinoi Platicus philosophi liber de doctrina Platonis.
- Speusippi Platonis discipuli liber de platonis defini-  
tionibus.
- Pythagoræ philosophi aurea uerba.
- Symbola Pythagoræ philosophi.
- Xenocratis philosophi platicus liber de morte.
- Marsilii ficini liber de uoluptate.



B.E

Marfilius Ficinus florentinus Reuerédissimo in christo patri. D. Ioáni Medici sanctæ romanæ ecclesiæ Cardíali suppliciter se cômédât.

Cum epistolam ad te scribere statuissem in cardinea dignitate nuper tibi collata gratulaturam, cogitarémq; cui potissimum eam darem tibi reddendâ, qui cōgratulationem nostram efficeret ádmodum gratiorem, in academiam me subito contuli sperans in eius saltem penetralibus salutatorem nobis aliquem tibi acceptissimum non defuturum. Illic ergo diuina quadam sorte, primus occurrit Iamblichus inter academicos cognométo diuinus, & magnus ibi sacerdos. Cui quidem salue inquam Iambliche sacerdos magne. In præsetia (ut uides) Ioáni medici, nouo christianæ religionis antistiti congratulaturus sum, tu precor, si iusta peto, congratulationem nostram alioquin ieiunam, diuinis uerbis, mysteriisq; tuis efficies plenioré. Annuit ille precibus, atq; hac ad te sententia Ioánes sacerdos magne uenit Magnus ille sacerdos. Tu igitur salutatorem tantú lætus excipe atq; post salutatióem primã, post lectam epistolã, quid diuinus ille loquatur, si placet attétius audi. promisit enim, ut sua tuãq; persona pariter digna diceret, se tibi breuibus, quid ægyptii, & assyrii sacerdotes de religione, rebúsq; diuinis senserint, expressurum.

#### ARGVMENTVM IN LIBRVM IAMBЛИCHI.

Porphyrius, q̄ iter platonicos propter excellétiã phús appellatur. lógã in ægyptú misit epistolã ad Aneboné sacerdoté uariarú, & grauium quæstionú plenã ad oës phiæ partes spectãtiú, præsertim ad deú, atq; angelos, dæmonésq;, & animas. ad prouidentia. ad fatú. uaticinia. magicen. miracula. sacrificia. uota. Porphyrii q̄onib<sup>9</sup> respódit Iamblichuseius auditor. Introducit uero Porphyrio respódenté Abamoné ægyptiú sacerdoté pro Anebone discipulo suo, ad quẽ porphyrius misit epistolã. Hui<sup>9</sup> ergo q̄onistotius, atq; respótionis profecto diuinæ, tanq̄ í Plotino adhuc nimiú occupatus singula ferme nõ uerba, sed sensa traduxi, ut nõ mirú putari debeat, sicubi diuulsa uideatur oratio, Præsertí inter ipsa disputãdi prícipia ubi leuior iactura uerború. Iã deinceps uerború etiã cõtextus magis perpetuus apparebit. Coactus uero sum interdú meú aliquod uerbú uel cõtinuatióis, uel intelligentiæ gratia interserere. Velocioris auté editionis etiã in causa fuit Pierleonus uir omnium cupidissimus secretorú. Verum id qđ í primis admiror, hic semper affectare uidetur, quæ iam possidet. Nam diuinitate quadam ingenii philosophorum arcana & græcorum & barbarorum nondum lecta consequitur.

# IAMBlichVS DE MYSTERIIS.

## De cognitione diuinorum



Aegyptii scriptores putantes omnia inuēta esse a Mercurio, suos libros mercurio inscribebāt. Mercurius p̄est sapiētiæ & eloq̄o. Pythagoras. Plato. Democritus. Eudoxus. & multi ad sacerdotes ægyptios accesserūt. Dogmata huius libri sūt assyriorū, & ægyptiorū & ex colūnis Mercurii. Pythagoras & Plato didicerūt philosophiā ex colūnis Mercurii in ægypto. Columnæ Mercurii plenæ doctrinis. Ante omnē rationis usum inest naturaliter insita deorum notio. Immo tactus quidā diuinitatis melior, quam notitia, ex quo incitatur naturalis appetitus boni, & ratiocinatio atq; iudicium. Essentialis cognitio diuinorū, quæ anima est perpetua ac re uera non est cognitio hæc, qua deo fruimur. In cognitione enim est alteritas, sed contactus, quidam essentialis & simplex. Non enim possumus attingere unitatem ipsam, nisi unitissimo quodam & unitate mentis, quæ super animæ, mentis que proprietatem extat. Unitas ipsa deorum unit sibi animas ab ætherno per unitates earum secundum contiguitatem tam propriam & efficacem, ut esse continuitas uideatur. Intellectus diuinus dat esse animæ per intelligere suum essenziale. Ergo esse animæ est quoddam intelligere scilicet deum unde dependet. Esse nostrum est deum cognoscere. quia præcipuum esse animæ, est intellectus suus, in quo idem est, esse quod intelligere diuina actu perpetuo. Ab illo autem esse præcipuo deriuantur potentiæ animæ discurrentes. Post deos ponimus dæmones. heroes. animas puras, hi tres ordines pedissequi sunt deorum. Non possumus solitis humanæ rationis discursionibus attingere deorum pedissequos dæmones: heroes animos puros. Sed necesse est consurgere ad cēntialem intelligentiam & æthernā. Sicut dii semper attinguntur notione innata, sic numina deorum pedissequa, tunc primum attinguntur quando anima deposuit modum cognitionis mobilem, qui ad potentiam spectat rationalem, quæ intellectu intelligentiāq; formatur, quem uocant intellectum adeptum. Nā prima notitia in agente intellectu consistit. Cum cognitio per adæquationem fiat, sequitur ut minima sempiterna, & immobilia attingamus, notione sempiterna immobili simplici. Cognitio qua cognoscimus substantias separatas: est in alia specie, q̄ illa. qua cognoscimus alia.

Cognitio diuinorum fuit semper in anima per simplicem intuitum

## IAMBlichVS.

uel contactum. Aliqui putant se affecuturos separata per quendam oppositionis modum scilicet materialia sunt. mobilia. localia. patibilia. & cæte. Ergo separata sunt immobilia & cæte. Sic utiq; cognoscitur quid non sint. quid uero sint ad æquatione cognitionis ad illud quod animo naturaliter per intellectum inest, acquiritur autem in rationali potentia studio quodam, nec tam comparationis & coniecturæ, q̄ separatio- nis, & purificationis officio. Erat & modus disunctionis, scilicet dii & diuina, uel sunt temporalia, uel ætherna. Non temporalia, ergo & cætera. hic etiam modus sua mobilitate non congruit immobilibus.

De proprietatibus unius cuiusq; superiorum.

I  
s  
I qua compositio cōtra substātiis separatis & separabilibus in-  
é, nō est, ex genere per se ideterminato, & differētia termināte.

Illæ enim substantiæ sunt cōpletæ species undiq; in actu deter- minato atq; completo. Si substantiæ separabiles tanq̄ simplices non differunt inter se per differentias speciales sub eodem genere, ergo neque per indiuiduales sub eadem specie discrepant. quælibet igitur est, quasi unum genus uel species per se existens. differunt uero se ipsis & ordine graduum. & quoniam ad primum, aliter referuntur. Intelligentiæ in- ter se non conueniunt, uel differunt genere, & differentiis ullis, simpli- cissima enim sunt, sed quatenus uel eadem uel diuersa ratione referun- tur ad primum. & aliæ in prioribus, aliæ in sequētibus perfectionis gra- dibus dispositæ sunt. Differentiæ rerum inter se in actionibus, passio- nibusq; resoluendæ ubiq; sūt iniuriū differētiis, atq; hæ indifferētiis eēn- tiarum. neq; alicubi quiescendum est insequentibus, sed ad priora pro- ficiscendum. Neq; in substantiis superioribus anima nostra, neque in hac est motio ulla passiuā, sed totum est actus efficax. Motus animæ quo ex se mouetur, non diuiditur in motorem, & motum uel mouere atq; moueri. sed est essentialis actus progrediens temporaliter. Com- positis & formis, quæ sunt in subiecto competūt accidentia formis im- materialibus non conueniunt. Quicquid est in formis separabilibus, est esse, & essentialis præcipua quadam, æqualiq; sorte. Neq; aliquid ibi accidens, aut consequens reperitur. Motus & actiones sunt differen- tes propter differentias naturarum, non é conuerso. Si dicamus unum esse genus separatorum, confundimus theologiam. Substantiæ sepa- rabiles non conueniunt uno quodam genere, in quo per differentias di- stinguntur, sed se ipsis, & ordine graduum distinguntur. Quatenus p- alios perfectionis gradus referuntur ad primum, Conueniunt autem  
magis in

## DE MYSTERIIS.

magis inter se quæ per similiore modum referuntur ad primum atque ultimum. Bonum duplex, quod super essentiam, quod secundum essentiam. Essentia est proprietas deorum omnium. Ipsum uero bonum super essentiam: & dicitur causa boni, scilicet essentialis boni principium, proinde secundum gradus essentia: gradus deorum inter se distinguuntur. Animabus rationalibus ultimis non inest essentialis bonum sicut diis, sed participatio boni secundum pulchritudinem intellectualem, sed hæc immobiliter inest.

### De ordine superiorum.

Nimæ nostræ indiuinorum generibus computantur. Hero  
a es sunt maiores hominibus, ergo multo grandiores sunt demones. Primum diuinorum est ipsum bonum, diique sequentes, ultimum particulares animæ rationales, horum media duo sunt, scilicet heroes prope animas & demones prope deos, sicut inter ignem ac terram est aer & aqua. Heroes & si potentia, uirtute, pulchritudine, magnitudine nobis præstant, tamen cum anima nostra & uita eius multum congruunt. Demones sunt superiores heroibus, & ministri deorum tanquam architectorum in opificio mundano. Quæ sunt indiis ineffabilia & occulta, demones exprimunt atque patefaciunt. Demones & heroes accommodant inferioribus uniuersales, simplices, immobiles deorum dotes, & conciliant omnia, atque harmonici consensus & compassiouis omnium inuicem sunt auctores. Traducunt diuina ad nos, & nostra æqualiter ad diuina perducunt, præterea gradus in donis superiorum, & in præparatione suscipientium æque disponunt. Diuersa diuinorum genera differunt inter se per triplicem modum proprietatum, scilicet quantum ad essentias, & uirtutes & actiones pertinet. Proprietas deorum est unitas permanentia in se ipsis, immobilis motionum cause prouidentia eminentis, nihilque commune habens cum his quibus prouidet, atque hæc proprietas in eis secundum essentiam, & uirtutem, actionemque seruatur. Animarum proprietas est declinatio ad multitudinem, & motum conjunctionemque cum diis, atque ad accipiendum ab aliis aliquid & ea motu uitali replenda, & congruendum ubique cum omnibus, partim manentibus, partim uero fluentibus: & ad omnia in se & per se ipsam con-temperanda. hæc uero proprietas in eis secundum essentiam & uirtutem, actionemque seruatur. Proprietates demonum sunt continere in se dotes deorum inferiori quidem modo quam dii, sed sub idea, rationeque earum continere deteriorum conditiones, dum scilicet multiplicatur quidem, sed unite miscetur quoque, sed impermixte, mouetur denique sed stabi



## IAMBlichVS.

liter. Heroes contra sub conditione multitudinis & motus permistio-  
nisque unitatem. identitatem. statum. excellentiam habet. Dæmones  
& heroes sunt proximi extremis. illi quidem diis, hi animabus. Diffe-  
rentiæ dæmonum ad heroes præcipue. quoniam heroes magis aliquã-  
do declinant ad particularia, mobiliãque q̄ dæmones. Duo media. s.  
dæmones, heroësq; componuntur ex proprietatibus extremorum scili-  
cet deorum atque animarum. sed in dæmonibus plus est diuini, in hero-  
ibus plus humani.

### Quomodo superiorum actiones inter se distinguantur.

Li tenent entium summũ, animæ infimum. Dii possunt o-  
d omnia momento uniti. animæ contra, nec omnia, neque mo-  
mento, neq; unitæ. dii faciunt, curantque omnia nõ inclina-  
ti. animæ cum inclinatione & conuersione quadam agũt. dii sunt præ-  
cipuæ causæ. animæ ex illorum uoluntate perpetuo pendent. dii uigo-  
re celerrimo fines suos intimos una cum principiis comprehendunt.  
animæ ab aliis in alia ab imperfecto ad perfectum pergunt. Dii com-  
prehendi nequeunt aliqua mensura uel forma. animæ inclinatione &  
habitudine & nutu detinètur, atq; superantur. Et appetitu deteriorum.  
familiaritatẽque tanguntur, & certas inde contrahunt qualitates.

### De intellectu & anima.

Ntellectus omnium opifex adest semper omnibus diis pleni-  
i sime per actum unum in se ipso manentẽ. anima est particeps  
intellectus magis partibilis, multiformisq; ad gubernationẽ  
accõmodati, ac naturaliter inanimatis prouidet alias aliis figuris affecta.  
Itẽ diis adest à causis superioribus ordo, ipsaq; pulchritudo uel causæ utri-  
usq;. animæ uero adest ordo, intellectualisq; pulchritudo. Item, in diis  
est mensura in omnia potens. anima uero mensuram illam determina-  
tur ac per eam agit in aliqua, Dæmones & heroes tanq̄ medii inter de-  
os, & animas competenti proportione quo ad extrema & se ipsos perti-  
net componũtur ex proprietatibus tam animarũ q̄ deorum quas in su-  
perioribus enarrauimus. Si uis ergo deorum speciem apprehendere.  
proprietates animæ rationalis ultimæ cogita, & oppositas in perfectio-  
ne diis attribue. Si speciem dæmonis cõponere placet, ex utrisq; compo-  
ne plus interim diuinitatis attribuens. si deniq; species herois uerum ex  
ambobus plus tamẽ de animæ cõditionib<sup>9</sup> inferens. Carpit Porphy-  
rium separata

## DE MYSTERIIS.

riū separata p̄ habitudines ad corpora distinguentem, scilicet deos p̄ habitudinem ad corpora ætherea, dæmones ad aëria, animas ad terrena. quia uidelicet non debeant priora, & causæ per posteriora, effectusq; distinguui. In corporeæ substantiæ non sunt in corporibus, sed extrinsecus ea ducunt, dantq; eis aliquid non accipiunt. igitur nec una cum his cõmutantur, neque ad eorum distributionem distribuuntur. Non enī sunt habitus corporum uel materiales formæ, sed subsistentes, separabilésque. immo iam separata, & ante corpora uiuunt. Substantiæ separata, separabilésque non tales euadunt, quia talem sortem, prouinciãque elegerint. uel sortitæ sint imo uicissim. qualem anima ante corporis ingressum, uitam speciẽmque in actum i se eduxit tale corpus sortitur organicum, talẽmque consequentẽ sibi naturam quæ quidẽ uitæ ipsius animæ p̄fectiori subiicitur. anima rationalis, in corpus iã uiuum uenit, sed imperfectæ uiuum. Diuina prognerat in se ipsis naturaliter totum opus suum distinctum anteq̄ pariant. Penes illa quæ rationem uniuersalis principii habent, inferiora in superioribus. corporea in corporeis. opificia in opificib<sup>9</sup> producuntur. in eisq; circulariter cõtinẽtib<sup>9</sup> dirigũtur. circuitus ergo cœlestes ad circuitũ cœlestiũ aiarũ redigũtur. animæ uero mundorũ. i. sphærarum siderũmque in intellectũ suum accedentes comprehenduntur ab ipso penitus atque in ipso primum prognerantur. Intellectus particularis in uniuersalem ac ille in superiora similiter. cum ergo semper sequentia conuertantur. in prima & superiora tanq̄ exemplaria ducant inferiora. certe à superiorib<sup>9</sup> producitur adestque inferioribus essentia simul, & species, & omnino in melioribus primo sequentia producuntur. Ideoque ab illis ordo, & mensura in sequentibus non è conuerso dependet, non sunt igitur ab his illorum assignandæ proprietates. essentia igitur incorporea per corporea qualia, quibus cum nihil habet commune, distinguui non potest. Principia diuina operibus suis non solum essentiam tribuunt, sed totam distinctionem, ordinẽmque formalem. Essentia quæ adest corporibus non localiter, locis corporeis non distinguitur, & quæ non cohibetur particularibus circumscriptionibus subiectorum, eadem particulariter à mundi partibus minime continetur. Natura incorporea subito ubicunque uult adest nullo alicubi prohibente.

Omne diuinum & in corporeum ubique.  
 Vltomagis diuinitas quo minus sit ubiq; nullo limite coercetur.  
 m Item quæ apud nos sunt fieri, formarique nequeũt, nisi una quæ

dam uirtus opifex, & specierũ participatio per omnia diffundatur. Denique nisi diuina sint, ubique tollitur sacrificii uirtus, quæ in quadam deorum ad homines cõmunionẽ cõsistit. Dii ex hoc maxime omnia continent, quæ nusquã continentur. Terrena quoniam facta sunt & constant munere diuinorum, quotiens paratiora ad diuina redduntur deos subito sortiuntur existẽtis. hic etiam ante naturas proprias terrenorum. præterea cum in quolibet deo potentia sit infinita, & natura indiuidua incomprehensibilisque, merito certis alicubi locis cohiberi non possunt. Item non esset uera inter deos uniuersalis prouidentia unio, nisi omnes pariter essent ubique præsentẽs. Dicitur etiam deorum alii quidem aerei, alii uero aquei, non quia ibi solum sint, sed quia ibi maxime regnant. Sacerdotes deos terrenos, & subterraneos aduocabant. qui certe dicuntur tales non quia ibi sint solum. (Sunt enim ubique omnes,) sed quoniam alii alibi potissimum operantur. Nam & anima cuiuslibet stellæ est ubique, quæ ubi potius agat. Statuis, diuina quædam illustratio capitur.

#### De prouidentia & quomodo dii sint ubique:

Vando dii uarias mundi partes, urbes, ædes, statuas proprie sortiri dicuntur, intellige essentia potentiamque illorũ ubiq; in se uigentem, hoc aut illud potissimum illustrare. atque sicut lumen in se manens, sine mixtione diuisionẽque sui diuersa passim illuminat, ita dii. Sicut lumen solis idem totum cõtinuum est ubique neque potest in partes diuidi, neque alicubi claudi, neque à fonte proprio separari, neque miscetur aeri, licet adsit. Quippe cum nihil relinquat luminis calore tamen à calefaciente relicta, ita cuiusque dei lumen, totum indiuidue, toti mundo penitus adest, licet parti cuidam præcipue uim suã maxime sibi accommodatã concedat. Interea tamen quodam modo implet omnia, ob potentiam perfectam, & excessum causalem prorsus immensum. Vnde perficit omnia, unũque cum extremis extrema, per media comprehendens in se omnia & se ad sic reflectens sibi prorsus unitum. Quod quidẽ munus imitatur & mundus circulari motu, partiũque in unum connexionẽ & conciliationẽ quadam transferente elementa uicissim in elementa atque uirtutem superiorum ad inferiora mittente. Qui manifestam hanc suscipit deorum statuas ubique prorsus unitam uereri debet omnino de diis mundi causas alienas

## DE MYSTERIIS

sis aliena sentire scilicet esse localiter (ut ita dixerim) separatos. Si enim nulla est communio mundi ad numina quoad essentiam, uim, actionē spectat. nullaque condistributio uel consortium nulla nimirū nec coextensio & condistributio secundum locum atque determinans quantum ad illud pertinet specie uel genere cogitata sunt mutua cōprehensio & permixtio esse potest. Quæ uero se totis omnino differunt recipiā inter se condistributionem uel mixtionem uel comprehensionem nullam prorsus admittunt. Quando per diuersas mundi plagas fit numinum distributio intellige alias plagas aliter munera deorum pro sua proprietate suscipere. Quod quidem considerans ars sacrorum operū propriis inuocationibus utitur, quæ eiusmodi distributioni proprietati que numinum consentaneæ uideantur. Quælibet mundi pars accipit aliquid à quolibet deo, quilibet enim deus cui libet parti mundi totus adest. Sed partes aliæ aliter hinc accipiunt, Ether quidem etherea. Aer autem aëria suscipit ratione. Certis nanque materiis inuocationibusque munera deorum naturaliter attrahuntur.

### Quod omne diuinum sit à passionibus alienum.

**V**mina nobis superiora nihil habent in se passibile, atque hanc (ut ita dicam) impassibilitatem non habent acquisita uirtute. sed natura neque etiam anima, quæ est ultima diuinorum, passibile quicquā habet animam dico à corporibus puram, quæ neque etiam tangitur perturbatione uoluptatis eius, quæ est restitutio in naturam. Cum sit uita super naturalis īgenita neque dolore quopiam dissolvente, cum sit extra omne corpus naturamque circa corpus diuisā & harmoniam descendentem in corpus ab harmonia animæ principali. neque etiam passionibus sensum præcedentibus eget. Non enim corpore continetur neque per instrumenta exteriora corpora percipere cogitur. Iam uero cum sit indiuidua & uniformis essentia secundum se incorporea permanens cum corpore nihil communicans, nimirum passiones diuisionis uel alterationis, uel mutationis alicuius nullas admittit.

### Loquitur de anima seperata à corpore.

**N**ima neque etiam dum adest corpori patitur uel ipsa quicquam<sup>a</sup> uel rationes feminales, quas ipsa corpori tradit. Species enim sūt, simplices uniformesque nullam turbationē uel exitum à se ipsis susci-

pientes: Passiones qualescunq; sint i animali non sunt in aia qualif  
 cunq; sit, sed in corpore: quod sub aia certam possidet qualitatem, qua  
 & patiatur & agat. Nulla est in anima passio, uel peremptoria uel tur  
 batoria. Atq; hanc impassibilitatem aia nõ solum acquirit electione,  
 sed possidet ipsa natura admodũ superiore corporibus. Dæmones & he  
 roes sunt impassibiles atque sempiterni. Semper enim sequuntur deos  
 in mundi ordine conseruando. ubi uero passio est, ordo perpetuus non  
 seruatur. Porphyrius suspicabatur dæmones mudi rectores aliquo  
 modo esse passibiles per ea, quæ adhibebãtur illis in sacris. Iamblichus  
 negat quia ubi est ordo perpetu<sup>9</sup>, non est passio, quam essentia incorpo  
 rea per sempiterna nequit accipere. Forte uero concederet dæmoēs  
 infimos malosq; & gubernatione priuatos tangi passionibus effectiuis  
 non quidem in anima, sed in corpore tali per animæ præsentiam con  
 stituto. Sicut natura ex occultis rationibus manifesta facit, ita Sacer  
 dos adhibet manifesta, ut occulta significet. Sacerdos operatur sæpe  
 multa quibus aliquid simile propriũque diuinis efficiat, quaquidẽ  
 cognatione aliquid diuinitus attrahat. Interea operatur & multa per  
 quæ purificet animam ac mala nobis auertat. Dæmones, qui sunt  
 nobis præstantiores, nullam naturalem utilitatem à nobis accipiunt.  
 aut enim non indigent, aut ipsimet sibi abunde ubique suppeditant.  
 Nullam uero ex rebus corporalibus mutationẽ aliquando patiuntur.  
 In sũt nobis pturbationũ pricipia quædã, quæ si uiolẽtius à pricipio  
 & subito cohibentur, tandem acriores erũpunt instar flãmæ cõpressæ  
 risũsq; cohibiti sũt, ergo remissius corrigẽda. Heraclitus sacrificia me  
 dicamẽta noiat quia purgent aiam à morbis i hac generatiõẽ cõcretis.  
 Porphyrius suspicabatur nõ mõ dæmones sed et deos aliq; passione tan  
 gi, quoniã in uocationib<sup>9</sup> moueãtur. Voluntas boni in deo diisq; qui  
 sũt bonitates excellẽtior ẽ, ideõq; liberior q̃ uita nostra electiua circa bo  
 num. Itaq; dii nõ quia inuocantur mouentur ad bonum hominibus  
 adhibendum. Sed sponte nos ad bonum prouocant nobisq; inuocan  
 do conuersis occurrunt ultro, ostendũtque aliquid atque largiuntur.  
 Putãt quidẽ homines se esse liberos ad petendũ. Esto, ergo dii liberio  
 res ad dandum. Dii propter liberam uoluntatem boni actionẽmq;  
 pennem atq; pfectam omnibus benefaciunt cũ primum ad illos sunt  
 inuocando conuersi. Anima in supplicationibus ad contemplatio  
 nem pueniens diuinorũ, uitã priorem obnoxia passionibus trásmutat

in uitam

## DE MYSTERIIS

in uitā passionis exptem dum subit actionem uitāmq; deorum. Quo- modo igitur supplicationes nostræ passionib<sup>9</sup> deos tagunt cum & aias ante passiuas reddant à passionibus liberas. Supplicationes animū influxui deorum aptum efficiunt, qui & ultro facile peruenit propter diuinam amicitiam omnia connectentem .

### De ira deorum.

**q** Vando à benefica cura deorū . quasi à lumine solis nos diuer- timus, in tenebris statim sumus, diciturq; deus nobis iratus. Pla- care igitur deorū iram est ad illos supplicando redire. Placatio eiusmodi nō affert passionē deo immo & aīum à prioribus liberat pas- sionibus. Dii, dæmonēsque diuini suppliciter adorati cultiq; mala multa repellunt, quæ alioqui naturaliter euenirent.

### De necessitate & libertate deorum .

**n** Ecessē est deos ita se habere, ut sūt, non necessitate extrinsecus il- lata, sed naturali sibi optimaq; sibi, ideóq; maxime uolūtaria, quā & nollent unq̄ optione proposita aliter se habere. Por- phyrus multiq; philosophi dicūt deos quidē eē intellectus puros, dæ- mones autē intellectus uel participationes itellectus aliquos aīales . sed Iamblichus non ita recte poni dæmonū proprietatem obiicit, nam & animæ intellectus sunt aīales & itellectus ipsius participationes quædā, neque rursū deorum proprietatem recte poni, nam puris intellectibus dii præsunt.

### De differētia deorū ad dæmonas apud græcos, atq; deuotissimos.

**d** Ii non secundū rationem intellectus ipsius sed unitatis & bo- nitatis & intelligibilis obiecti rite definiuntur. Porphyrius suspicatur intellectus puros sepatósq; habitudinem ad sensibi- lia nō habere, neq; preces audire. Principalis cultus, sepati substantiis tamen est adhibendus, in hoc utiq; cultu excitatur animæ summū, sum- misque coniungitur, supremi in uno omnia nostra cōprehendūt atq; cognoscūt, actionēsq; orationū religiosarum in seipsis comprehendūt, neque à se discedunt, sed in se stātes orantium intentioni prorsus inter- sunt, supplicare uero humillime conuenit, agnoscere, n. uilitatem no- stram si superis conferamur efficit ut maxime supplicemus, conuerta- mūrq; ad illos omnino & assidua cōsuetudīe similes euadamus. Appri

## IAMBlichVS .

me uero conferunt orationes missæ diuinitè, quibus diuina uis inest, hæc contra Porphyriū opinantem colendos nobis esse proprie mundanos deos quia sentiant. Item supplicationes diuinarum mentiū puritati minime cōuenire. Iamblichus conuenire putat propter sensum intimum, qui supplicationibus inest, præsertim quæ sunt datæ diuinitè. Intellectus puri sine sensu sensibilia noscunt.

Iterum de supplicationibus.

Orphyrius ait materialia quædam in supplicationibus adhiberi, ideo adhiberi diis tantum illis, qui sint animalia. Respondit Iamblichus in iis materialibus ultra corporeas qualitates latere etiam rationes & species & mēsuras incorporeas atque diuinas per quas quæ adhibentur sunt cōgrua diis. Profecto quicquid admouetur quomodocunque consentaneum & simile diis mox dii adsunt coniunguntur exhibentq; munera præcēsque exaudiunt. Parua quædā congruitas rerum nostrarum ad deos nobis sufficit ut aliud ab illis hauriamus. Illi enim ad hoc semper promptissimi sunt propter bonitatem naturalem mirabilemque potentiam. Causa uero præpotens agit in materiam uel exilitur præparatam. Porphyrius ex eo distinguit Dæmones à diis quod illi sunt incorporei, hi uero corporei, Iamblichus ait, per hæc substantias & proprietates eorum discerni non posse.

De differentia inter deos & dæmones atque de cœlestibus.

Ii cœlestes dici incorporei possunt, quoniam ad suam excellentiorem actionem & uitæ fœlicitatem nihil à corporibus impediendi contingit. Sed quatenus dii ad ipsum unum tendunt corpora sponte contendunt eodem, neque continent animas, sed excellentissime continentur. Cœleste corpus rebus est in corporeis cognatissimum, propter naturam simplicem indiuisam constantem, & actionem unam idest circuitum & uitam sibi congenitam atque lucem. Non fit in cœlo compositio ex anima & corpore, in tertiam naturam unam sed prorsus ad naturam animæ trahitur atque est quasi uisibilis quædam anima, forte cœlum est lumen ipsum sine materia & sine dimensione. Dimensio enim ibi propter amplam præsentiam eius apparet. Unde cœlum est aia cœli se ipsam acomodans oculis, rebusque caducis, atque circuitus ille est circuitus aia. lumen est intellectus eiusdem. Sicut in infimo corporum forma fit materialis, sic in summo materia fit formalis & corpore aiale non anima corporalis, si qua modo est in cœlo materia. Sicut summus aer, fit igneus ita cœlestis ignis fit aialis. Anima illa intellectualis euadit in-

tellectus

## DE MYSTERIIS

tellectus boniformis efficitur. Cœlestia aīalia dici incorporea possūt. Omnes cœlestes boni sunt atq; benefici suspicientes tantū ipsum bonū & hoc intuitu agentes ætherno. Virtutes inextimabiles cōpertæ sūt, tū in aīalibus cœlestibus, tū in earum corporib<sup>9</sup> insitat, um p̄ defluxus in oīa sine impedimēto usq; ad infima descēdentes, cōmunicatæ tā diuidis q̄ in speciebus, immutabiles ubiq; q̄uis ī materia mutabili regētes generationē p̄petuo quodā ordīe sēp̄erq; beneficæ. Perīde fluxū cœli ī materiā discordibus plenā resultat aliqd nobis dissonū. T̄palia temporaliter ætherna capiunt. Corpora incorporea corporaliter. Materialia hæc immaterialia cœlorū vires mutabiliter & inordinatæ suscipiūt. Quæ sūt in mūdo diuino figurata nō sunt q̄uis ut figurata recipiantur in cœlo, sic cœlestia non sunt mala q̄uis hic suscipiātur ut mala. Vires cœlestiū oēs inde bonæ descēdunt. in hac aut cōtrariorū p̄missione mutantur. ideóq; q̄litas, quæ nocet in terris, alia iā est præter illā quæ cœlit<sup>9</sup> hucusq; p̄uenerat. Primo qđ datur, aliud quidē ē ī datore, aliud aut extra. et si in se ipso p̄maneat. præterea ē & minus. Secūdo dum ī subiecto uiliori suscipitur fit & uilius. Tertio p̄ naturā suscipiētis diuersā suscipitur modo diuerso. Quarto q̄litatibus inter se differentibus, quæ à subiecto eodē pariter capiūtur. Quinto patiēte subiecto patitur. Sexto ex oībus subiecto cōprehensis aliud qđdā postremo resultat. In fluxus cœlestes ī materiales extendūt. Saturni quidē uis cōtentiua est. Martis uero motrix. Illa uero p̄acidēs frequēter obest quādo materia frigidior suscipitur, hæc aut quādo feruētior. Itē illa nocet quādo recipitur p̄ modū cōgelatiōis accipitur. hæc quādo p̄ æstū qđ qđdem fit pro dispositiōe materiæ. .i. quādo uidelicet materia illa neq; satis calida ē atq; est iterea densior. hæc aut per se est calidior atq; subtilior. Lux colorq; solis q̄uis offendere laquidū uideātur necessaria tamē sūt ad uitā. similiter oēs cœlestiū in fluxus ueniūt salutare q̄uis subiecti, uel p̄uersitas p̄uersæ recipiat, uel debilitas facile tolerare nō possit efficaciam suporū. Oēs motus cōferūt & uniuerso, & necessariis partibus uniuersi. q̄uis interim inter particulas minimas sub hoc motu uel alia lædatur ab alia, uel tales particule non facile motū uniuersi sustineant. Sicut in chorea dū singuli harmonice saltāt cōgruūtq; gestibns iter se & totichoro digitus & pes præmittitur & offenditur. Et si quid debile incederit, pessundatur.

De uicinitate cœlestium corporum ad species incorporeas.

d Si cœlestes principiū suū habentes in mundo intelligibili, dum ideas sui contemplantur in eo mouent cœlos hoc ipso actu in-



telligentiæ, uoluntatisque efficaci admodum & ppetuo. Ideoq; sine labore regunt qđ ex ordine semper constate euidenter apparet. ita uero affectis diis separatis coniuncti sunt potius q̄ corporibus. Regimé circa cœlos non pōt deos ab intelligentiæ intentione distrahere cū eo potentius faciliusq; regant, quo illic attentius speculatur. ex hoc. n. procedit & illud. idem quoq; nostris accideret animalibus, si cām suā cōtemplarentur, unde est & uegetandi facultas.

Confirmatio Superiorū.

Ens diuina per ideas suas deorum cœlestium animas procreat atq; per eas cœlestia corpora & utraq; sibi coniuncta perpetuo retinet. Dii mūdani, qui & itellectuales species nominātur, inter se uniti sunt, tum quia cuncti idem exemplar, in quo sunt spēs intelligibiles contuentur, tum quia exēplar illud in quolibet deo mūdano uiget ubiq; totum. Non spatiū, non subiecta diuersa prohibēt, quin quælibet essentiæ incorporeæ ubiq; sibi inuicē insint. Dii mūdani in se inuicē sunt, suisq; ideis, tū quia sūt ab uno & referunt ad unū, tū quia diuina unitas ubiq; præualēs unit eos, tū quia procedūt inter se & cōuertuntur, mutuóq; accipiūt. In cōpositis naturalib⁹ unitas ad uētita est depēdens à superioribus & à multitudine uincitur. In formis separabilibus unitas supat multitudinē, & in diis adeo supat, ut illorū esse sit unitas quædam, dico autē quædam, quia primū principiū est ipsa simpliciter unitas. Cum igitur unitas in diis intrinsecus ita præualeat merito à prioribus exuberat insequētes. Ita ut hi ī illorum unitate cōsistāt qua unitate quasi oībuscoī cuncti sunt unū actu quodā, sicut corpora inter se potētia quadā materiali sūt unū. Dii cœlestes inuisibilib⁹ diis penitus sūt uniti, tū qa cœlestes aīæ sūt extra corpora, tū qa dii superiores. i. ideæ unitatē infinitā hēnt, prout oēs sunt in quolibet, per quā unitatē sibi & inter se deos sequētes uniūt. Cū. n. oēs dii definiantur p unitatē, una coīs unitas dilataī ī oēs, p quā sūt unū actu cūctorū uno ad unum prorsus obiectū. & principium atq; finem, in eodē oēs puncto simul atq; momento. De prouidentia, & de diis atque dæmonibus.

Eorum prouidentia uniuersalis est, Dæmonum uero particularis. Deus primus dat omnibus omnia, dii sequentes oībus aliqua largiuntur. Dæmones atque animæ aliquibus solum & aliqua tantum. Sunt dii inuisibiles sunt & in cœlo uisibiles. sunt & dæmones. dii quidem in cœlo conspicui in ipsa unione ad deos occultos existūt. dæmones autē longe ab illis distāt uelut, à cōtēplatorib⁹ puris ipsi

## DE MYSTERIIS

puris ipsi in agendo propensius occupati. Ideo & à diis conspicuis longe distat. Item essentia utrorumque deorum & potentia prouidentiaque uniuersalis est per oia tendens. dæmonū uero natura prouidentia particularis circa res quasdam atque prouincias. Item dii corpora sua adeo supereminent, & corpora adeo his obsequuntur, ut à corporibus separati dicantur. Dæmones uero contraria ratione magis affecti sūt & copulati corporibus. Item dii sunt architecti, Dæmones uero ministri. dæmones quod occulti sūt sensibus, Dii rationi quoque humanæ, quod si forte aliquando dii appareant circa terram adhuc dæmonibus aeris erunt præstantiores. Mutatio enim loci uel officii naturam non mutat diuinam. Denique dii à potentiis fluentibus in generationem liberi sunt, Dæmones uero, nequaquã. Confutat quæ ex hystoria Porphyri<sup>o</sup> adduxerat. scilicet fieri multa ad deos quasi passibiles eēt. Quia lex sacrorum iubet à passionibus esse inter sacrificia liberum. quæ quidem lex est data diuinitus etiam à primo patre mundi à quo & omnia symbola in sacrificiis significãtia aliquid occultissimum. Denique quæ in sacris rite fiunt, habent cãm diuinam à deo a passione remotam, ut nec ratio eam possit attingere. Vulgus rationem cerimoniarum diuinitus institutarum attingere nequit. Veruntamen assignare conatur. ex suis igitur passionibus assignando, diis passiones attribuit. Vulgus erga potētes utitur gestibus uenerationis, & donis utitur ad deos eisdē. Sed erga homines id agit, tum passionibus suis tum propter passiones maioris. putat autē & similes passiones diis inesse, quæ hominibus potētibus isūt. atque propter similes passiones in subditis adoratoribusque diis talia exhiberi. Sed re uera cerimonie diuinitus institutæ non passiōe aguntur ulla, sed admiratione potius & ueneratione & constante profus intelligentia gaudiōque perfimili.

### Quo differant Dæmones. heroes. Animæ.

Vnt in diis uires generatiuæ opificesque, sunt & uiuificæ, quæ & in prioribus sublimius cōtinētur. Primæ latius diffundūtur quã secundæ. Secundæ per primas definiuntur. dæmones post longum earū processum exordiuntur. ubi iam ad partionē plurimã deriuantur. heroes definiuntur per secundas. i. uiuificas ante quam deueniant ad postremum. Nam in postremo earum exordiuntur aīæ. officium ergo dæmonum est opificium circa naturas mundanas, usque ad singula transigere simul atque perficere. et animas ligare corporibus. Heroum uero est uiuificare, ratiocinarique, & animas custodire, easque à

corporibus soluere. Dæmonum officium latius est quam heroum. illi circa uniuersum magis. hi circa animas potius operantur. Non dicimus animas fieri, sed accipere à dæmonibus, heroibusq; non nihil, & ex se multa in super adhibere, exordiriq; suum officium circa diuinorū finem. non quia diuina non ulterius agant, Sed quoniā aīæ in ultimis diuinorum officiis adsciscuntur. Item anima ex se tam uarias uiuendi formas promere pōt ut pro earum congruitate singulas habitet mundi plagas. Potest & cōgredi quibus uult, iterūmq; regredi in se ipsā & tā diis q̄ inferiorib⁹ se coniungere quatenus rationes diuinorū sicut inferior promit. & si saepe per dæmones: heroēsq; iungatur diis, pōt tā p̄ sua quædā media ab illis differentia se coniungere diis. Anima nonnunquā cōciliat se diuinis per alias harmonias eētīæ actionūmq; suarum, q̄ sint illæ, quas dæmones superis se coniungunt. Et si anima non seruet uitæ tenorem á deo similem, tamen saepe benefica uoluntate deorum illuminata Dæmones super greditur ad uitam angelicam potius q̄ animalem Anima q̄ uis uideatur omnes rationes, & totas in se species exhibere, tamen determinata semper est secūdum aliquid unum. i. unā speciem. Atque interim ex causis præcedentibus aliās aliis se ipsam coordinat, ipsa se mouens.

Quando alia numina aliter appareant atque agant.  
 Mnes superi inuocati ueniunt in conspectum: sed alii sub aliis formis uiribusq; occurrunt. Animæ quoque stellarum nouis quibusdam modis a spectum mouēt. Deorum uisa occurrunt uniformia simplicissimaq;. arcangelorū aliquāto minus uniformia uel simplicia. Angelorum quoque minus. dæmonum uaria iā principatum magis uaria, sed ordine uarietatis miro heroum his quasi similia. principatum uaria admodum ordinata parum. Animarum scilicet particularū omniformia. Cum. n. diuersi sint superi naturis actionibusque & modo suo appareāt singulis merito diuersi diuersis modis occurrunt. Dii in aspectum ueniunt admodum salutare arcangeli horribiles simul & mansueti. Mitiores angeli. Dæmones metuendi. heroes uerendi minus. principatus stupendi. principes noxii & infesti, animæ similes heroibus quamuis inferiores. Deorum imagines apparet penitus immutabiles. magnitudine. forma. figura. actione arcangelorum & angelorum gradatim minus immutabiles. sed prope deos. dæmonum mutabiles quidem magnitudine atque forma. his. n. aliās aliter apparent. sed eadē agnoscūtur. principatum immutabiles heroum  
 ferme

## DE MYSTERIIS

ferme sicut dæmonum principum multiformiter uariantur animarū mutabiliores longe quam dæmonum. Dii apparent cum quiete quadam & ordine. Arcangeli cum eisdem, sed his adhibent efficaciam. Angeli eisdem scilicet qui eti & ordini adhibent motum ordinatum & moderatum. dæmones cum turbatione ordinē trāscedente. principatus cū stabilitate constantiaq; in se ipsis. heroes cū motu atq; festinantia. principes cū tumultu. animæ ferme sicut heroes, sed minori cū stabilitate & ordine. Deorū pulchritudo occurrit in æstimabilis incomparabilis, admiranda. supra modum delectās. arcangelo & angelorūmq; cōsimilis, sed gradatim inæqualis. Dæmon & heroū spiritus p se apparētes pulchritudinem in speciebus determinatis habent, sed illi secundum rationes essentiæ, hi secundum fortitudinis actum. principatum pulchritudo principalis est. & natiua principum ficta. adornata. elaborata. Animarum pulchritudo in rationibus consistit determinatis quidem, sed diuisis magis q̄ in heroū forma, sub una tamen specie comprehēsis.

Deorum actiones effectūsque uelociores sunt q̄ intelligentia deprehēdere possit. Sed interea penitus stabiles. arcangelorum celeritas mixta est quodāmodo efficacibus actionibus. angelorum cum motu, neque pariter habent ut unā cum dicto perficiant. dæmonum actiones celeriores apparēt quam sint effectu & ueritate. heroes magnifice quidē incedunt ad actionem, tardius tamen q̄ dæmones peragunt. principatus cū auctoritate & imperio ueniunt ad agendum. principum conatus plurimam quidē habet emphasim, sed defuit ab effectu. animarum actiones mobiliiores sunt q̄ heroū, sed debiliores. Deorum apparentiū magnitudo totum cœlum occupare uidetur. Quam incedētem nec terra putatur sustinere posse. Arcangelis apparētibus partes mundi quædā commouentur, & lumen præcedit in se diuisum. Ipsi uero pro magnitudine dominationis suæ magnitudinem lucis & figuræ præferunt. angelica forma & lux & minor est & diuisa magis. dæmonum magnitudo formæque diuisa magis & minor. heroica rursus angustior, aspectusque magnanimus, principatus prægrandes & uasti principes inflati superbiq; & insolentes apparent. animarum effigies inæquales, heroibusq; minores. Denique quilibet pro magnitudine potentiæ suæ & imperii latitudine magnitudinem formæ lucisque præfert. Deorum spectacula prælucida nobis occurrunt, fulgentiaque ad summum & splendore de articulata mirifice & lucidiora quā sint re uera. arcangelorum uera perfectaque. angelorum effigies speciem eandem seruant præterq̄

IAMBlichVS :

quæ a noticiæ plenitudine agnitionis discretionem deficiunt. Dæmonum  
 exilia & quasi caduca. heroũ exiliora. principatuũ perspicua. principũ  
 obscura, sed utraq; impiosa. aiarũ umbrosa. Deoꝝ imagines q̄ pluri  
 mo splendore corruscant. Arcangeloꝝ quoq; præfulgidæ. fulgidæ in  
 super angelorum. dæmones turbidus ignis apparent. heroes mistum  
 lumen ex pluribus habent. principatus quidẽ purius. principes autem  
 ex dissimilibus contrariisq; confusum ostendũt. aia igne reddunt ple  
 num ex multis generationis admistionibus atq; diuisum. Deoꝝ ima  
 gines occurrũt taq; ignis indiuiduus, ineffabilisq; i plens uniuersum  
 mũdi profundũ. arcangeloꝝ ignis etiã indiuisus. habens circa se, uel an  
 te, uel retro q̄ plurimã multitudinem. angeloꝝ diuisus ignis, sed in ide  
 is absolutissimis. dæmonum magis quoq; diuisus, sed angustius circum  
 scriptus facile exprimẽdus. Et apud illos qui superiora uiderũt facile con  
 tẽnendus. heroicus ignis habet qd̄ horum consimilia sed nõ æq̄lia. prin  
 cipatuũ ignis apprime lucidus principũ aliqd̄ habet opaci. aiarum  
 ualde diuisus & multiformis atque ex multis mundi naturis admistus.  
 Deoꝝ ignis omnino stabilis est aspectu. arcangeloꝝ stabilitatis parti  
 ceps. angeloꝝ stabiliter mouetur. Dæmonũ instabilis. heroũ properan  
 tior. principatuũ quietus aduenit. principum uero tumultuosus. ani  
 marum ignis multis motibus transmutatur. Dii aias perfectissime  
 purgant. Arcangeli sursum reuocãt. angeli tantũ soluunt a materiæ uĩ  
 culis. Dæmones ad naturã trahunt. heroes ad curã sensibiliũ opum de  
 ducũt. Principatus quidẽ præfidentiã mũdanõꝝ. principes uero mate  
 rialiuũ studiũ exhibet. Aia cum apparent cõtendunt. trahũtq; in genera  
 tionẽ. Quicquid purũ firmũq; est in imagine nobis occurrẽte supi  
 orib; attributo generibus. Iã uero præfulgidũ eius, qd̄ ue i seipso firmi  
 ter p̄maneat diis attribue. qd̄ uero fulget atq; p̄manet qdẽ. sed q̄si in alio.  
 arcãgelis q̄ i alio p̄manẽs. angelis itẽ qd̄ mobile est & uagabũdũ & alienis  
 plenuũ naturis ubiq; in feriorib; ordinib; attributo. Dæmões mixtos i se  
 hẽnt mũdi uapores, ferũtũrq; instabiliter præter uel iuxta mũdi motũ.  
 heroibus generatiuæ spirituũ cõpositiões admiscẽtur circa q̄s & ipsi cõ  
 mouentur. Principat; eodẽ mō p̄manent mundanũ qd̄ hẽnt ostenden  
 tes. principes materialib; liquoribus pleni sunt. Aia supfluis maculis  
 & alienis spiritibus sũt repletæ, quibus cũ quotiẽs apparẽt unũquodq;  
 horum generum se ostendit. Dii materiam repente consumunt. ar  
 cangeli paulatim. angeli soluunt ab ea & ad sublimia reuocant. dæmo  
 nes diligenter exornant eam. heroes coaptant ad eam competentibus  
 ubiq;

## DE MYSTERIIS

ubiq; mēsuris eā strenue cōmodeq; curātes. principat<sup>9</sup> adstāt ei supere-  
minentes, & hoc pacto se ipsos ostendūt. principes impletos se penitus  
materia mōstrāt. Aīæ puræ qdē seorsū à materia ueniunt. Impuræ uero  
materia iuolutas se nobis ostēdūt. Exhibēt insup alii nobis alia. dii præ-  
sētes dāt corpori sanitatē. uirtutē aīæ. mēti sinceritatē. oīa nostra im pro-  
pria pricipia reuocāt. qdē i nobis ē frigidū. lætiferūq; delēt. calorē fouēt,  
efficacioremq; reddūt ad uitā. faciunt quoq; ut oīa aīæ menti q; cōgruāt  
& mensurentur eisdē. harmoniāq; intelligibili lumen effundūt. Quod  
ue non est corpus, ostēdunt tanq̄ corpus ipsi animæ oculis p̄ corporis  
oculos. Arcangeli eadem agūt. Sed nō adeo sufficientia uel p̄manētia  
uel extra proportionē nostrā. angeli bona ēt magis particularia diuise  
distribuunt. effectūque agūt ualde ab intimo eorū uigore deficiētem.  
dæmones presentia sua corpus grauant. morbis affligūt. aliter puniūt.  
aīas quoq; ad naturā trahūt & à corporib<sup>9</sup> cognatōq; eorū sensu nō di-  
scedunt. atq; eosq; ad ignē cœlestem diuinū ue cōtendūt circa locū infe-  
riorem detinent, nec à fati uinculis soluunt. heroes alia dæmonib<sup>9</sup> simi-  
lia faciunt. propriū uero id habent q̄ ad opa quædā generosa magnāq;  
nos suscitant. principatus apparentes bona largiuntur mūdana, resque  
uitæ huius oēs suppeditant. principes materialia, terrenaq; bona. aīæ cū  
apparent si aīæ sunt puræ in ordine angelico cōstitutæ sursum reuocāt.  
salutem aīo prebent. spemq; sacrā, sacra q; dona quæ sperātur. aīæ impu-  
re ad generationem detorquēt, spem frustrātur eius fructus auferentes,  
passionib<sup>9</sup>que intuentes implent aīam corpori copulantibus. Or-  
dinem quoque quē unusquisq; optinet in apparēdo designat. dii osten-  
dūt deos uel angelos circa se adstantes. arcāgeli angelos præferūt uel præ-  
currentes uel circumstantes, uel sequentes, siue aliā quādam turbā ange-  
lorū quasi stipato & circūuallantiū. angeli opa ordini suo cōgrua præfe-  
rūt. Boni dæmones opificia sua & bona quæ tribuūt in conspectū ad-  
ducūt. dæmones ultores ostendūt supplicio & species. dæmōes alii quo-  
modocūq; prauī occurrūt circūdati feris lætiferis, uoracib<sup>9</sup>q;. pricipa-  
tus prouincias mūdi quas dā secū demōstrant. principes cōditionē ma-  
teriæ ordine carentē errantēmq; secū afferunt incōspectū. aīa qdē to-  
ta in nulla particulariū specie detenta ignem ostendit si ne certa specie  
circa mundū totum, quo aīæ mundanæ natura significatur indiuisa &  
una & nulli addicta speciei. anima purificata igneam ostēdit figuram,  
ignem purum & lumen micans, simulque stabile. & ipsa unā cum du-  
ce sublimi sequitur bona uoluntate gaudens. atque ita in operibus suis

## IAMBlichVS

ordinem quem obtinet patefaciens. anima uero quæ deorsû labitur occurrit trahens secû signa uinculo & atq; pœna & materialiumq; spirituum cõpositione se grauatam ostedit, turbationibusq; materiæ dissimilibus occupatam, seq; subdentem impio dæmonû generationi fauētū.

Singuli cû apparent ostendunt prouincias sortesq;, quas sortiti inhabitant. aërii quidem ignem aëreû, terreni uero terrenû atq; nigrum. cœlestes aut ignem splendidiorē atque in his tribus terminis oēs distributi sunt eo & ordines. Dii demonstrant omniû ordinû principia in se cum apparent. Angeli declarant se ab arcangelis depēdere. dæmones heroesq; patefaciunt se superioribus ministrare. quis aliter hi q̄ illi. principatus principesq; præfecturâ ostendūt. Illi circa mūdū, hi circa materiã animæ declarât se supio & postrema tenere unde una cum se ipsis primi quidem prima loca designât, secūdi secunda, tertii tertia, ceteriq; deinceps eodē ordine. Dii tennitate luminis tanta effulgent, ut corporis oculi nō possint capere. atq; p̄ inde afficiãtur, ut pisces ab aqua turbida pinguiq; tracti in aërem tenuissimū qui. n. diuinum spectant ignē nō potentes ignis diuini respirare subtilitatē, cum primum spectare uidentur uirtute deficiunt atq; innato spiritu prorsus intercludūtur. Arcægeli quoq; splendorē emittūt subtiliorem puriorēq; q̄ tolerari queat, nō tamen a deo intolerabilem, sicut dii. Angeli occurrentes tolerabile pficiūt aeris mistionem, ut sacerdotes eã attigere possint. Dæmones cû apparent, nihil totus aer cõpatitur, nec eis circumfusus aer fit subtilior, neq; præcurrit lumē, in qđ eo & species emicat aërē anticipās. Neque circa illos circūlucet aer undiq;. heroibus apparentibus plage quædam terræ commouentur. sonitûsq; circunsonāt. totus uero aer non fit subtilior neq; a deo ineptus sacerdotibus ut substinere non possint. sub principatibus circuncurrit, eos uisorum circumuolutio plurimorū, difficilis toleratu, & uolumen eiusmodi circa eos est mundanum. circa principes uero terrenū, neq; tamen sup mūdana subtilitas neq; supremorum elemento &, animis apparentibus aer apparens magis conatus est eis, earūque descriptionem suscipit coaptatus eis. Affectiones inuocantium animorum occurrentibus diis excedentem reportant perfectionem actionēque & amorem diuinum incredibilēque lætitiā. arcangelis cõtemplationem intellectualē sūmo pe purā immutabilemque potentiã. angelis rationalē cognitionē uirtutēq; in ordine positã ad summū dæmonibus appetitū generatiōis atq; heroib<sup>9</sup> talia quædã, & insup studia ciuilibus gubernationis, prícipatib<sup>9</sup> uel prícipib<sup>9</sup> mot<sup>9</sup> mundanos

## DEMYSTERIIS.

mūdanos uel materiales agūt aīo naturæ opūmq; fataliū expletionem animis. appetitus. generationis. & studia corpoꝝ curādoꝝ. Deorum apparitio ueritatē. potestatem. actiones ad summū corroborat & bona præbet amplissima. arcāgeloꝝ similia, sed particularia magis, & cognitionē potētiamq; nō simpliciter, sed ad hoc & ibi & tūc & hoc pacto. angeloꝝ ēt determinata magis. dæmonū nō aīæ bona, sed corporis corporea; quādo mundanus ordo concedit. heroū dona. r. p. mūdāæ, siue terrenæ. principatuū mūdāna & oīa uitæ cōmoda principū. inferiora idest magis materialiuū copiā. aīæ & quæ ad humanā uitā cōferunt familiariter profus occurſu. Porphyrius narrauit opinionē dicentem cōmunē hoc est diis angelis dæmonibus, oībus deniq; sup̄is, cum apparēt ostentare se, & iactare mirifice & imaginariā similitudinē ex se producere. Iamblichus utrāq; confutat. Deus. angelus. dæmō bonus docēt hominē cū apparent, quæ qualis uere uera sit eoꝝ essentia. nihil ultra uel citra ueritatē loquentes. Sicut. n. lumen naturaliter, & assidue solem seq̄tur. sic ueritas deū eiusq; pedissequos. præsertim cum p̄fecti pleniq; sint neq; egent, neq; possunt sibi ultra q̄ sint arrogare. Quādo in theurgia. i. deiphica. & sacerdotia facultate delinquuntur tunc nō bona q̄dem numina quæ optantur, sed deteriora, malaq; nobis obcurrūt sub prætestu bonoꝝ. mali enī spūs in similitudinē bonoꝝ se sæpe transformāt. iactabudiq; ueniunt, & supra q̄ sunt sibi arrogant. Nempe ubi initium primū adulteratum suboritur mēdaciū plurimum ex peruersitate procedit. Oportet sacerdotes apparitiones spirituuū regula ordinis totius examinare: & meminisse arrogatiā iactabundā nō esse ullo mō propriā ueris spiritibus atq; bonis. Et cauere ne aritu sacrorū aberretur unq;. Ac si ierrore apparitiōis q̄dā repente isolētes aduētēt, nō decet ex eaꝝ cōditiōe cōmunē omnēq; numinū naturā cōditiōēq; pp̄edere. Quæ. n. multis seculis, & oposito labore ī sacris comprobata sunt, ne phasē ex nōnullis repēte icidētib⁹ temere iudicādo mutare. Et si falsi spūs mētiūtur: boni tamē circa ignē ueridici sūt atq; legitimi. In oī siq; dē genere principalia primū a se ipsis exordiuntur. sibiq; ipsis præbent q̄d cæteris exhibēt: idq; fit ī essentia, uita. motu. similiter sup̄i ueritatem oīb⁹ exhibētes: priō de se ipsis uera prædicāt ipsaq; eoꝝ essentiā præcipue cōtēplātib⁹ patefaciunt. Ideoque ignē p̄ se propriaque forma spectādū sacerdotib⁹ rite demōstrāt. Nō. n. est caloris frigefacere. uel luminis obtenebrare, atque occultare: uel ulli⁹ p̄ essentiā aliquid facientis: aliquādo cōtraria facere. Phantasma. i. simulacrū missū ab aliquo sine



natura eius: sed solum p modū idoli specularis uane trahit animū intu-  
entis: fallitq; dū simulat se eē aliqd, de cuius natura nihil habet. Est igitur  
causa falsitatis. quod nullo modo cōpetit alicui essentiæ uere. Ideo  
neque diis. sed ii eorumque sectatores: non exiles inanefque: sed natu-  
rales & ueras sui reuelent imagines. non quidem speculares (ut dixi) ua-  
nas curenim eas mitterentur. non ut demonstrent essentiam suam, at-  
que potentiam. Nam illæ ab hac ex tota natura deficiunt. non etiam  
ad intuentium utilitatem. **Que. n.** utilitas est ex mēdacio simul atque  
deceptione. Non denique ob hoc mittunt, quia natura eorum sit, ita ex  
se idolum mittere. nempe essentia firma in se ipsa cōsistens, & ita reliqs  
essentiæ ueritatīque causa nullo modo ī aliud mitit imitamē sui ullū  
fallax & deceptorium. quod simul & se esse aliquid: de cuius natura ni-  
hil habeat. Neque igitur dii: neque sequaces eorum: uel transformant  
naturam suam in aliqua simulacra: neque hæc in aliud ex se producant  
sed ueras sui formas in ueris animæ moribus illustrāt atque demōstrant  
Nota huic simile illud: q̄ in patria mens beata diuinam essentiam uidet  
non per imaginem ab ea. creatam prorsus deficientem: sed per eandem  
essentiam: sicut is qui lumen uidet per lumen in lumine. Non sicut qui  
calorem per lumen. uel qui corpus speculo. **Substātiæ separatae. nō**  
habent ullum sibi cōmune genus. Item dii. angeli. Dæmones boni  
non apparent phantastico mō: sed proprio prorsus, & uero. Spiritus ue-  
ro mali phantastico fallaciq; neque decet ex conditione qua hi apparēt  
nobis reputare modum, quo boni sua præsentia formant animam.

Porphyrus ait cognitionem quidem diuinorum esse rem sacram.  
ignorantiam uero prophanam. hec Iamblichus comprobat: quia cum  
dii per intelligentiam agant entia; merito nos per intelligentiam enti-  
um placere diis: atque probari. sed operationem religiosam antepōnit ī  
telligentiæ. tanq̄ quæ sola sit efficax ad acquirendam aīæ cum deo deifi-  
cam unitatem. **Tanta est uirtus sacrorum rite deo factorum: ut et si**  
hæc ignores. pie tamen obserues: non minorem habeant eff. caciā. **Nō**  
**.n.** intelligentia coniungit sacrificatores deo. alioquin philosophi unio-  
nem deificam reportarent.

#### De uirtute sacramentorum.

**B**seruantia decens præceptorum operumq; diuinorum quæ  
oēm excedunt intelligentiam, atque symbolorum sacramen-  
torumque potestas mira solis nota numinib<sup>9</sup> præstat nobis dei-  
ficam unionem. **Quando operamur in sacris non conficimus pin-**  
**telligentiā**

## DE MYSTERIIS

telligentiam sacramento alioquin & actio eorum intellectualis foret: & daretur a nobis. contra uero & nobis non intelligentibus: hæc propriū opus peragunt, & deorū potestas quo hæc referūtur: ineffabiles ex se ipsa. proprias agnoscit imagines non a nostris intelligentiis excitata. Vniuersales .n. cā a particularib' effectib' nō mouētur: unde nec ab intelligentiis nostris diuina principaliter mouentur ad operandum: Sed intelligentias & affectionē optimā puritatēq; præcedere necessariū ē tāq; cōcās q̄f dā. Quæ uero principaliter diuinā prouocāt uolūtātē ipsa sūt. sacramēta diuina: atq; ita diuina a seipsis icitātur, neq; ab ullo subdito principiū actionis accipiunt. Ne putes igitur totā ī nobis auctoritatē eē efficacis rationis ī sacramētis: neq; ī ueritate itelligentiæ nostræ uerū eorū opus absolui uel hæc ex nostra deceptiōe mētiri. Nā nec ēt si nouerim' quæ genus qđ libet propriæ cōsequūtur: subito cōsequimur ipsā eorū ī opē ueritatem.

Absq; cognitiōe qđ nūq̄ aduēit efficax unitas ad diuina: neq; tamen idē ē oīno. Quapp neq; diuina puritas p̄ rectā cognitiōem efficitur: sicut corporis puritas p̄ sanitatē sed sup̄ cognitionē unita ē & purificata puritas. i. p̄ ptatē cognitiōe superiorē. Neq; igitur aliud qđ ī nobis humanum addiuiarū actionū finē aliqd cōfert. Cōclude sniam Iamblichī ægyptio & assyrio & sicut ī agricultura medicīa: arte imaginū: coitu humano hō materiā oportune coaptat. cā uero superior uniuersalisq; adhibet formā sic ī sacrificio quādo fiūt symbola. atq; synthemata. i. signacula: & sacramēta. sacerdos adhibet materialia quædā quo ordie decus instituit. Deus at uim efficacē ī primit sacramētis.

Vaticiniū quid & unde.

Vaticiniū ipsum nec ab arte, nec a natura nec a naturabilib' uel animalibus rōnibus motib' ue efficitur: neq; fit ullo mō. sed utriq; sempiternū ē missū ad nos usq; diuinitus. totaq; ptās præfaga refertur ad deos, & oīs hui' auctoritas cōsistit ī eis: atq; idē traditur diuinit' q; opibus signisue p̄ficitur. Spectacula qđ habet diuina: & cōtēplationes uera scientia præditas. Cætera uero cuncta uel ut instrumenta subiiciuntur. missō diuinitus præfagii dono. quæcūq; ad animam pertinet, aut corpus. uel in totius natura sunt, siue naturis. loca uero & talia quædam ad uaticinium exiguntur uice materiæ. nō decet uaticinium deducere sine causa. s. a' quibusdam nullā ī se hærentibus præscientiam. Sed a diis continentibus in se terminos totius sciētix rerum. contemplari decet uaticinium distributum circa totum mundum & circa omnes diuisas in mundo naturas, sic utique causa uaticinii præcipua est & cōmunissima: possidensq; in se ipsa quæcūque sui participatibus exhibet: præ



cipue præbens ueritatem, qua opus est uaticinio & in primis essentia, cum  
 que eorum quæ fiunt optines in se ipsa. a quibus necessario procedit, perpetua præsa-  
 gii consecutio. Porphyrius ait, quando dormimus aliquando præsentire  
 re futura, absque ulla præsentis statum animaduersione, et si in extasi mini-  
 me concitemur. Volens arbitror non tam externo influxu. tunc diuinitus in-  
 fluente quæ ex ipsa natura animæ. metisque præsagire. Iamblichus ait somnia quæ  
 humanis proueniunt causis siue per naturam nostram, siue per affectum & cogita-  
 tiones, & actus, raro ad modum & obscure nimum, & sæpius casu quodam atti-  
 gere uerum.

## De somniis.

Omnia quandoque incitantur in nobis ab in natis intelligentiis rationibus  
 uel ab imaginatiōibus curisque diurnis, quæ aliquando uerum  
 affecuntur plurimum uero falluntur atque hæc humanis principiis ori-  
 untur, dormientibusque contigunt uigiliæ nihil habentibus. Somnia uero  
 missa diuinitus non ita contigunt, sed ueniunt uel inter uigiliam atque somnum  
 uel inter somnum atque uigiliam, uel in ipsa uigilia. Tunc breues audiuntur uo-  
 ces: quod agendum sit admonentes. et aliquando spiritus quidam non corpulentus non  
 tractabilis, se iacentibus circumfundit. Qui tamen non perspicitur: sed alio quo-  
 dam sensu & animaduersione quæ in consensu precipitur impetu quodam ingre-  
 diens. & se undique circumfundens absque contactu, atque mirifice passiones animi  
 corporisque expellit. aliquando uero lumen sincerum quædamque fulget. sed quo  
 uisus clauditur anima patens. Sed alii sensus interuigiles sunt persentiuntque  
 quomodo dii in lumine se ostendunt, & quæ illi locuntur aguntque con-  
 tinuata animaduersione percipiunt. perfectius uero id totum discerni-  
 tur, quando uisus quoque perspicit, atque intellectus corroboratus quæ  
 sunt assequitur, & qui spectant similiter commouentur. Tanta tamque  
 differentia qualia diximus, non sunt humana. contingunt uero quan-  
 do somnus noster est grauedo quædam capitis, uel inclinatio: & occu-  
 patio uisus, uel medium quiddam inter uigiliam atque somnum, uel  
 excitatio subita uel ipsa uigilia. Quæ omnia diuina sunt ad deos susci-  
 piendos idonea diuinitusque mittunt. at qui talia quædam præcedunt  
 quasi apparitionis diuinæ partes. Somnia humanis causis proceden-  
 tia defectus patiuntur duos. Nam & in ipso somno omnino dormien-  
 tibus accidunt, & nos tunc non distincte uel plene animaduertimus aut  
 quæ occurrunt, aut statum ibi nostrum. Quando uero diuinitus  
 mittuntur somnia, neque reuera dormimus, & assequimur animadu-  
 uertimusque clarius quam consueuerimus uigilantes. Ideoque in eiusmodi somniis  
 maxime potitur uaticinium. Anima duplicem habet uitam, unam quæ simul cum cor-  
 pore alteram uero ab omni corpore separabilem. quando uigilamus utimur

## DEMYSTERIIS.

plurimum uita quæ communis est cum corpore præter quæ si quando penitus separamur ab eo, propterea quod uel intelligamus, uel puris rationibus cogitemus, sed indormiendo penitus solui possumus uelut à uinculis adhibitis animo. atque uita à generatione separata tunc uti. Quando quodammodo dormientibus animus à corpore soluitur, tunc illa uitæ species secundum seipsam permanens separabilis, separataque, siue intellectualis siue etiam sit diuina, protinus expergiscitur in nobis agitque quemadmodum sua fert natura. Quonia, uero & intellectus entiam contempletur & anima generabilium rationes in se complectitur merito secundum causam comprehendentem futura in præcedentibus sui rationibus ordinata prænoscit. Dictum est de præfagiis animæ redeuntis in se in statu simili somno. In se inquam idest in rationes seminales, & intellectuales, sed hæcenus sub forma quadam propria præsentis uitæ, idest sub forma particularis actionis huius & uitæ, sed si mox explicet uniuersam rationum cogitationumque formam, secundum quæ uixit aliquando, tunc reportabit præfagia pertinentia magis ad uniuersalem mundanarum rerum conditionem, sub qua & particularia passim conspiciere poterit. Si rursum per formam uniuersalem eiusmodi suam ipsis deorum mentibus copuletur, uidebit in super quæ ad mundum spectant superiorem, & quæ ad hunc, item per illa tanquam præcipuas causas intelliget absolutius. in quo statu non solum cogitatio erit perfecta, sed imaginatio quoque habebit imaginamenta sincera de rebus corporeis atque diuinis. Quoniam uero sunt in anima rationes generabilium penes potentiam eius, tum effectiuam, tum etiam cognitiuam, atque hæ rationes dependent à rationibus quæ sunt in diis. Ideo anima his coniuncta, rationes in se suscitatur in actum. Saltem cognitionis amplissimum, & sub diuinæ prouidentiam modo per quem & per quas reputat præterita futuramque & temporalia omnia, eorumque actiones & passionem, passionumque remedia & curationes morbo & uitiorumque animi, & statuta legum & artes generi hominum necessarias sic in Aesculapii templo accipiuntur somnia, quibus morbi curantur, ipsaque ars medicæ somniis est comparata diuinis. Exercitio alexandri morbi mox de piturus eua sit discrimen remediis adhibitis in somno à Dioysio deo. Lisander rex aphutim urbem obsederat & in somno iussus ab Amone soluit obsidionem. Multa quotidie similia fiunt supra orationem rationemque humanam.

De inspiratione diuina quæ fit in uigilia.

**P** Orphyrus duas diuinas afflationes tetigit unam quæ coiter dicitur in somno fieri, alteram quæ in uigilia ubi afflati & percipi præfagiunt, ita uigilia

tes ut et utantur sensib<sup>9</sup>. Neq; tamē interim sunt humanæ rationis com-  
potes. Iamblichus ait animos uere præfagientes afflatosq; & cū dormi-  
re uidentur, nō dormire. & cū uigilare non proprie uigilare. neq; more  
hominū sensibus uti. Animi diuinitus afflati percitiq; subiacerūt  
uitā suā penitus afflāti deo. Ideo siue ut uehiculū, siue ut istrumentū se  
subiecerint priorē uitæ modū deposuere, atq; uel uitā propriā in uitam  
diuinam cōmutauere, uel uitam suā penitus ad deū agūt. Ideo neq; utū  
untur sensibus, neq; ita uigilāt, ut qui uigiles habent sensus, neq; ipsi præ-  
fagiunt, uel mouentur humano quodam impetu atq; more, neq; suum  
statum animaduertunt, neq; ullam edūt cognitionē, actionēq; propri-  
m. sed totum illic agitur sub forma actioneq; diuina,

Miracula multa fiunt a prophetis.

Vod aut afflati diuinitus nō uiuant, tūc ipsa aīalis uita patet.  
q̄ q̄a multi eoꝝ admoto igne non uruntur ignem uidelicet re-  
pellente deo intus afflante uel si uruntur non persentiunt, ne-  
que pungētia percipiunt, uel radentia, uel ulla tormenta. item quod a-  
ctiones eoꝝ non sint humanæ cōstat, quoniā per inuia uadunt, p̄rque  
ignem ferruntur intacti & flumina transeunt mirabiliter, quod & ipsa  
sacerdos agit in cataballis. per hęc patet illos non uiuere uitam huma-  
nam nec animalem sensibus impetōq; urētem. sed diuinam, quasi aīa  
eorum ocietur, & deus ibi sit pro anima moueatq; tanq̄ excellētior aīa:

Varia sunt diuinitus inspiratorum species tum pro uarietate deorū,  
qui alii aliter inspirant. tum pro differentia modorum inspirationib<sup>9</sup>,  
hi modi sunt tales. Aut enim deus ipse nos occupat, aut nos ei nos addi-  
cimur, totiꝝq; illius efficimur, aut cōem agimus ad deum actionem. itē  
uel ultimæ diuinæ potentiaē euadimus compotes, uel mediæ uel supre-  
mæ. item aliquando nuda est dei præsentia, aliquando ultra præsentia  
fit communio. interdum ultra hanc conficitur unio, rursus inspirati-  
onis, uel anima sola fit compos, uel etiam corpus subinde fit quodam-  
modo particeps, uel etiam commune animal ex æquo fit compos secū-  
dum horum diuersitatem differentiam sunt inspiratorum signa, & effe-  
ctus & opera. Secundum prædictam inspirantium inspirationis ue  
diuersitatem inspirati alii mouentur uel toto corpore uel quibusdam  
membris, uel contra quiescunt. Item choreas, cantilenasque concin-  
nas agunt aut cōtra. rursus corpus eorum uel ex crescere uidetur in al-  
tum uel in amplū uel per sublimia ferri atque cōtra. item uoces edunt,  
uel æquales perpetuasue uel inæquales & silentio interruptas. Et tum  
remitunt

## DE MYSTERIIS

remittunt tonostum intèndunt.

Inspiratus uacat ab actione propria. ac deum habet pro anima.

Maximum uero afflationis diuinæ signum est, quod ille qui numen deducit insinuâtque prospicit spiritum descendentem, & quantus sit & qualis atque ab eo mystice docetur & regitur.

Quin etiam qui numen suscipitante susceptionem aspicit quandam ignis speciem. Interdum uero hæc conspicitur & à præsentibus, siue adueniente, siue recedente deo. Quo ex signo in his rebus periti uerissime discernunt, quæ sit potestas numinis, quis ordo, & de quibus uera loquatur, & quæ perficiat, sed qui absq; eiusmodi spectaculis clam spiritus introducent, uelut in tenebris, latitantes cõcutiunt. Neque quid agant intelligunt, nisi exigua quædam, idest signa nonnulla in ipso afflati corpore.

Cum igitur ignis diuini præstantia & luminis species quædam, ineffabilis extrinsecus incubet occupato. Impleâtque ipsum totum & penitus dominetur. Et circum undique in se cõplectatur, adeo ut nec ullam queat actionem peragere propriam. Quisnam sensus perceptioe & animaduersio propria potest adesse animo diuinum igne suscipienti: uel humana motio, passio, peruersio, phantasia, & alienatio qualem aliqui suspicantur. Porphyrius afflationem diuinam definit, ita motio mentis una cû inspiratione dæmonica. Iamblichus ait, in animo afflato diuinitus, neq; mentem cogitationem ue humanam ferri, si reuera continetur adeo. Neque dæmonum, sed deorum fit inspiratio, neque rursus definiri debet exitus & alienatio. Hæc enim lapsus significant in deterius sed potius dici debet reductio restitutioq; in melius. Est igitur afflatio, nihil aliud q̄ totos adeo animos occupari, atque contineri, Hinc uero posterius sequitur extasis, idest exitus uel alienatio quædam, tanq̄ consequens ad afflationem accidens. Plato in phædro dicit antiquos uaticinium nominauisse mania, idest furorem. Quoniam soli diuino furore correpti, uere uaticinantur. posteriores autem adiuncto. τ. nominasse mantiam. Item sacerdotes sibyllas prophetas quãdiu prudentes sunt, uel paulum admodum & obscure præfagire uel nihil quãdo uero rapiuntur deo, uere uaticinari. unde præuidisse apud multas gentes pericula diuinitus imminetia, admonuisse populos & per sacrificia diuinã nemesim placauisse. item ait præfagium arte factũ appellari putatione cõiecturalẽ nec ulli<sup>9</sup> eẽ momẽti si cû diuina inspi ratioe & uaticinio cõparetur. Iamblich<sup>9</sup> ait diuinũ afflatũ uaticiniũq; nõ eẽ in mente uel aia, siue ut qualitas in subiecto siue ut actio in agẽte

IAMBlichVS :

sed totum esse actum ipsius dei ex deo simpliciter dependentem. Actū dico à deo peractum in mente uel anima simpliciter. ut instrumētis ab omni proprio motu uacantibus. atque ita uera præfagia dari. atsiq; motus ex corpore uel anima, uel qualitas talis interim inferatur, uel præcedat, confundi uisa. neque uera uaticinia fore. neque legitimam esse ibi diuinam afflationem ubi aliquid miscetur humanum. Tres generatim opiniones erant de afflatu, uaticinioque diuino. prima, causam eius referebat ad animam. secunda ad corpus. tertia ad compositum. Prima ponit ipsum in eo statu in quo anima tota est redacta in diuinū suum, uel in mentem, aut quando eius actio facta est uehementior, siue amplior, aut quando cogitatio facta est acuta motuque uelocissima, aut cū mens incaluerit. Secunda ponit illius causam in corpore, quando certam habet complexionem, scilicet uel melancolicam uel temperatam, siue qualitatem quandam elementalem, siue præterea specialē, siue certum spiritum. Tertia causam eius ait certam proportionem qua corpus & anima inuicem sunt compacta. Iamblichus ait, ipsum non esse opus animæ uel corporis. uel compositi nec causam in eis habere. Nā afflatus ille fatidicus agit, tum in prædicendo, tum in efficiendo. super omnem humanæ naturæ consuetudinem. Non potest autem homo, uel aliquid hominis ultra terminos suos ad diuinos progredi terminos. Neque possunt præstantiora à deterioribus generari. causa igitur, huius est, duntaxat ipsa diuinitas. quando scilicet à diis descendunt in nos lumina. spiritusque traduntur ab eis. adestque nobis dominatio potestatisque illinc absoluta comprehendens omnia quæ sunt in nobis, & exterminans penitus propriam nobis animaduersionem & motionem, proferensque sermones, per hominem quidem, sed non cum ipsa cogitatione hominis. immo pronuncians ipsa per os furentis extra se positi. Dum uidelicet quæcunque sunt in nobis seruiunt tota numini, ceduntque soli dominantis actioni diuinæ. Porphyrius ait. Musicam passiones inferre animo, itémque sedare, & alios senos, aliis animis & moribus conuenire. Item complexionem affectionesque corporis permutare. furorem mouere. cohibere furorem. Iamblichus ista concedit. Sed negat hæc esse causas afflatus diuini. Quoniam sunt humana, partim naturalia, partim artificiosa. Nec quicquam in se diuinum habent. Quod uidetur suspicari Porphyrius dicens aliquos affilari, cum audiunt tybias, uel cymbala, aut tympana alios uero cum alias melodias. Variis deorum ordinibus respondent  
in mundo

## DE MYSTERIIS AL

in mundo uariæ motionum species, certæ que certis. ex his uero uariæ profluunt melodiæ. quæ congruunt similiter p suos quæque motus certis ordine diis principiis motionum. hi cum ubiq; sint, & sua potissimum suis impartiant, melodiis sibi præcipue congruentibus adsunt præcipue nostrisq; spiritibus per eas affectis se insinuantes occupant hominem, suâq; mox essentia, & potestate penitus implent. cuius afflationis causa est, non tam passio hominis excitata per musicam, q̄ ipsa ad deum musicæ congruentia, cui naturaliter deus adest. Quæ ad uisum ueniunt nimis imaginaria sunt, & intelligibilia potius referunt. Quæ ad sensum infra auditum materialia nimis. quæ ad auditum, media & animæ congruunt spirituiq; insinuata cum motu, affectu, significatione uehementer afficiunt animam quidem hinc, & inde corpus. unde totus homo secundum proprietates melodiæ, euadit susceptaculum huius numinis, aut illius & qui afflati sunt aliter, aliterq; se habent in motu, & quiete aliisq; habitibus, pro diuersitate numinum quibus afflantur principalius q̄ pro differentia musicæ. Cessauit enim iam hic affectus soni quando deus agit, Anima in mundo intelligibili audiuit armoniam diuinam cuius hic reminiscitur quando audit melodias habentes diuinæ uestigium reminiscens uero ad eam uehementer afficitur. si est e numero animarû, quæ ipsam harmoniæ ideam præcipue contemplatæ sunt in patria. Eiusmodi uero affectu facta familiaris deo, iam afflatur singulari quadam præsentia dei. unde mirabilia facit, huius ergo afflationis miraculiq; causa est non passio ex sonis illata. nõ animæ natura ex harmonia composita, sed similitudo ad deum, deiq; præsentia. Multo quoq; minus dicendû est afflationem in eo consistere, quod per musicam & afflationem ipsam superflua quædam in anima, corporeq; concreta purgentur. Vaticinii ius non est ex certa complexiõe. deo enim dona non uariæ spirantur secundû corpoream uarietatem. Munus enim diuinum impatibile est, & super naturæ uim datur per propriam dei actionem, neq; aqua, neque aer, aut corporeum aliud præbet uaticinium, sed sacra quæ fiunt circa hæc, immo mentis purificatio una cum purificatione uehiculo intentioq; in deum suscipit uim diuinam, ubique sempérque promptissimam. Cum afflatus animus & dicat & agat supra, & contra naturæ morem, causa afflationis eiusmodi non est naturalis, uel ex corpore nostro, uel qualitate loci, uel dispositiõe cœlesti nascente homine, uel operante, sed ex dei præsentia ista fiunt. Vnde & uariæ afflatorum species non sequuntur naturales uarietates in nobis



sed differētes species, tum numinū afflātium, tū modo & quibus diuine  
 præsentiæ participes sumus. Quod igitur hoīes afflati diuinitus, alii  
 cōq̄escāt, alii cōcitentur, alii mōtes & deserta petāt, aliterq; alii se habeāt  
 non procedit ex differētiis naturaliū in nobis causarū uel locorum, uel  
 musicarū, quas nuper audiuerint, audiāntue. Sed ex uariis deorū pro-  
 prietatibus, quibus afflati reguntur, atq; ex uariis afflādi modis. Por-  
 phyrus tria e multis in mediū adducit oracula, unū colophoniu, ubi  
 aqua bibita uaticiniū ueniebat. alterū delphicū, ubi sedens ad os antri  
 uaticinabatur. tertiū brāchidicū, ubi hauriētes uaporē ex aqua prophe-  
 tabāt. Vnūquodq; secundū naturæ suæ modū agit circa se effectus, &  
 opera. Ideo spiritus ipsi q̄ à diis pendentes suscitant hoīes atq; cōcitant,  
 in hoc ipso ope excedūt oēm naturalē humanūq; motū atq; hæc ipsa eo-  
 rū actio nulla conditiōe similis est consuetis actionib<sup>9</sup> homini notis.

Erat in colophone subterraneus locus, in quo fons erat. Sacerdos igitur  
 statutis noctibus sacrificabat, postea gustabat aquam. Tandē uatici-  
 nabatur ibi factus præsentiibus inuisibilis. uideri potest alicui spūs diui-  
 nus transisse per aquam in sacerdotē. Neq; tamē est ita ipsum. nāq; diui-  
 nū nō ita secundū distantia, diuisionēq; trāscurrit p̄ ea quæ participāt,  
 sed extrinsecus cōprehēdit penitūsq; illustrat, & implet aquā uirtute qua-  
 dam ad uaticiniū conferente. s. purgatoria. ita q̄ quādo sacerdos bibit  
 ipsa purificat. luminosum spūm nobis insitū & accomodat ipsum deo  
 qua purificatione, accomodatiōēq; deū capere possumus. sed extat præ-  
 terea alia dei præsentiā præter uirtutē infusam aquæ, ac prior, & desuper,  
 circū, & intus illustrans. Quæ à nullo abest, modo pp̄ cōgruitatē cōtin-  
 gere possit. Adest itaq; subito, utiturq; propheta ut instrumēto. qui in-  
 terim neque sui iuris est, neq; animaduertit quæ loquitur. sed & ubi sit  
 ignorat, unde & post responsum uix se ipsum recipit. quin etiam ante-  
 potum aquæ diem, noctēmq; cibis, abstinet, & ad sacra quædam se re-  
 uocat in accessibilia uulgo. Itaque propter sequestrationem à rebus hu-  
 manis, sincerum se reddit aptūmq; ad deum suscipiendum. Ex qui-  
 bus colligitur duobus modis hic ad deum hominem præparari, uno p̄  
 purgatoriam aquam factam à deo talem, quæ purificat spiritum, alte-  
 ro per sobrietatem, solitudinem, separationem mentis à corpore, inten-  
 tionēmq; ad deum. Sibylla in delphis duobus modis suscipie-  
 bat deum, uel per spiritum quēdam tenuem, igneūmq; qui erumpebat  
 alicubi ex ore antri cuiusdā, uel sedens in adyto super sedem æneam, ha-  
 bentē tres aut quatuor pedes, & deo dicatā & utrobique exponebat se  
 spiritui diui

## DE MYSTERIIS.

spiritu diuino. unde radio diuini ignis illustrabatur. Itaque aliquando ignis plurimus simul totus ex antro euolans, undique circumfunditur ei, repletque splendore diuino. Aliquando dum inhæret sedi sacratae deo, per quam accommodatur deo. coaptatur stabili uaticinio dei. utrobique uero per hæc sibylla fit tota dei. unde subito deus adest. sed interim separatus. existens alter præter ignem & spiritum, sedemque propriam, & omnem eius loci apparatus, uel artificiosum, uel naturalem. Fœmina quoniam etiam in brancis fatidica, uel sedet in axe uel manu tenet uirgam ab aliquo deo datam, uel pedes aut limbum tingit in aquam. uel ex aqua quadam uapore haurit & his modis impletur splendore diuino. Deumque nacta uaticinatur. Nam ex his omnibus fit accommodata deo, quem extrinsecus accipit. Quod autem ex nulla uirtute corporea uel animali propria, uel locorum instrumentorum uel uaticinium fiat, sed ex præsentia dei uenientis extrinsecus patet ex eo quod ipsa sacerdos, antequam det oracula multa rite pagi sacrificia, obseruat sanctimoniam. lauatur. triduum prorsus abstinet cibo. habitat in secessu, iamque incipit paulatim illuminari mirificumque gaudere. Per quæ patet prouocari deum extrinsecus ut adueniat & forinsecus aduenire. & priusquam sacerdos ad locum aquæ ueniat, quodammodo inspirari & in ipso loco dum spiritus quidam ex aqua euolat fontis, constat aliud quiddam præter hæc esse deum separatum ab his omnibus. causamque loci, & fontis eiusmodi totiusque uaticinii. Virtus, quæ inspirat nobis uaticinium, est absoluta à locis & temporibus. Alioquin non posset omnia simul loca temporaque exprimere. Si enim inseparabiliter inhæreat naturæ locorum materialium uel procedat secundum motum determinatum numero, non poterit, quæ ubique semper sunt, nec ipsa ubique, & semper æque prænoscere. sin autem ab his fuerit absoluta. tanquam præstationibus quæ tempore fiunt. uel continentur loco, omnibus ubicumque sint aquæ adest, & iis quæ tempore fiunt undique simul adest, atque in uno simul comprehendit omnium ueritatem, propter euentiam eius separatam prorsus & omnia superantem. Vis diuina uaticinii origo est ubique tota & semper tota. Ea uis non est à corpore neque ab animo corpori addicto, sed absolutis. id est angelis deoque quæ sunt ubique, uel saltim uis ipsa est. ubicumque est aliquis angelus quæ sunt ubique. Ipsa quoque ab omnibus separata corporeis præsens omnibus. Non comprehensa loco uel corpore, uel anima, quæ in aliquo specie particularium. fit addicta. sed hæc ipsa fatidica deo & partem, & separata est ab omnibus, & ideo. tota simul ubique adest subito participare potestibus. illustrans forinsecus & omnia replet perque omnia elementa discurrens, nec relinquens animam aliquid, uel naturam cui pro capacitate sua non imprimat ex se aliquid conferens ad præfagium ipsa uero propterea implere se omnibus æque potest quæ pariter est ab omnibus absoluta.

## IAMBlichVS

Porphyrius præter uaticinia publice celebrata, cōmemorat aliquod priuatum, eorum scilicet qui profitentur per certos characteres se spiritus attracturos ad uaticinium, quod Iamblichus reprobat. quia cum totā religionem sanctimoniāque negligant soli cōfisi characterib⁹, nequeunt ipsam alicuius dei, bonique numinis præsentiam adipisci. Qua solent uera uaticinia dari, sed in eo falluntur, quod per characteres quidem diis congruos, & intentionem animi, reportant imaginariam quandam à superis apparitionem exiguam, & obscuram. & quoniam interim sanctimoniam negligunt, ueniunt sub malorum dæmonū potestaté, qui mentiuntur, & fallunt, & quantuluncunq; indiciorū apparitionū que à diis contigerit peruertunt, atque confundunt. Sed qui ueram deorum præsentiam sortiuntur, præfagium reportant uerū & immutabile, quod à malis spiritibus deturbari nō possit. Sicut enim ueniente sole tenebræ eius præsentiam sustinere non possunt sed subito subter fugiunt, nihil solem impediētes. sic undique refulgente potestate deorum, quæ replet omnia bonis, perturbatio omnis quæ solet à spiritibus malis accidere nullum habet locum, sed repēte disperditur. Bonis enim numinibus omnino præsentibus, mali spiritus euanescūt, neq; mouere se ualent, neq; splendorem obfuscare diuinum. Damnat eos, qui omnem contemplationem sanctimoniāque religiosam negligunt. solis cōfisi characteribus, quibus sperant se inclusuros substantiā ipsam alicuius dei, quo præsentē uaticinentur. Horū quoq; confidentiam Porphyrius improbat. Qui etiā narrat præter hos, esse alios, in quibus phantasia aliquando concitatur. quando certa quædam adhibuerint, & si alioquin in aliis mentes compotes sint, dum sunt phantasia furentes in sacris. Quando scilicet uel in tenebris latuerint, uel certa pocula biberint, uel cātibus, uel constructionibus quibusdam usi sint. Tunc ergo furentes imaginantur occulta, futuraq; alii quidem in aqua uidentes, alii in muro, alii sub diuo idest sereno aere, alii in sole, alii in stellis aliis. Lumen hoc diuinum uenit in phantasia proprie, ac si quid extra uidemus mirabile fit, per uisum phantasiæ pedissequum. Dii uel præsentia tantum sine medio mouent animum quotiens uolūt paratum. s. uel lumen aliquod ex se fundunt in æthereum animæ uehiculum, quo imaginationes mouentur in phantasia quales ipsi uolunt. & utrobique diuinitas nusq; includitur. Cum adhibentur prædicta uaticinio congrua, attentio quidem animi, & cogitatio animaduertit, quæ fiunt, quando diuinum lumen non attingit proprie ad hæc, scilicet ad

rationales

## DE MYSTERIIS

rationales potentias, sed interim imaginatio furit alienata, quia supra morem humanum desuper incitatur. Tenet aliquando in tenebris hominem diuinandum. Nihil enim in eis obsistit ueturo lumini. Aliquando tenent in lumine quando eum preparant, ut maior sit ad lumen diuinum similitudo, & tunc accipitur illud in lumine solis, uel lunæ. uel serenæ noctis, uel in aqua per diaphanon parata, uel in pariete sacris characteribus preparato. hic. n. propter soliditatem quod diuinitus semel accipitur diutius retinetur. Admouent præterea quædam cognata diis in sinuandis, & exhibent diuinaturo potiones, & compositiones quasdam & cantilenas uel excantationes conuenientes ad præparandum susceptaculum & ad commodandam præsentiam, apparentiamque deorum. scilicet quod lumen eorum occultum alicubi pateat sensui, sed semper pro uoluntate deorum siue deducatur ex æthere, siue aere, uel sole, uel luna, uel alia sphaera cœlesti. Quatenus placet diis qui liberi dant, & ut præcipui auctores, & mouent imaginationem, & per eam quandoque sensum in obiectis accommodatis, & aliquando eam per sensum, imagines magicæ factæ ex materia solida diutius uirtutem seruant. Superi dant dona paratis. non solum naturaliter, sed per intellectum & liberam uoluntatem ipsorum deorum. dii dant futurorum ostenta in æstis uibusque, & stellarum nouis prodigiis, ex quibus humana sagacitas coniicit euentus per proportionem signorum aduentus, ut ex casu auis casum uiri ex defectu membrorum in æstis defectiōni, exigue cadente deiectionem eorum. Dii imprimunt futurorum signa in rebus ministerio naturæ uniuersalis & naturarum uel obsequio dæmonum seruientium diis, & dominantium elementis animalibusque, similibusque cunctis, quæ agunt facile pro uoluntate deorum. Et si symbolice declarant insignis uoluntatem dei, & futuros euentus, ut inquit heraclitus. Repræsentant interim opificii modum. Sicut enim per imagines firmas faciunt res, & euentus præsignant, sic & per noua ostenta, & qualiacumque signa, & interim acuiunt ex eadem causa, & occasione sagacitatem nostram. Viscera in ostentis transmutantur contra naturam in animalibus ab anima eorum, & à dæmone eis præsidente & à motu aeris, motuque cœli, præter naturam & pro uoluntate deorum ad homines admonendos. Quod autem diuinitus fiat, patet, quia sæpe non inueniuntur in animalibus principalia quædam membra ad uitam necessaria. Quæ repente miraculo auferuntur. Cui necesse sit ea paulo ante non defuisse. In auguriis captandis aues miraculose mouentur ab anima sua, & dæmone præside motuque aeris, atque cœli. à quo cœlo descendit uirtus per totum aerem conformans, & commouens illum ad de-

## IAMBlichVS

orum sententiam. pro signis efficiendis. Setentiam dico ab initio præsignatam, atque decretam sic aues sæpe se ipsas præcipitant, uel allidunt uel aliter se necant dum ad significandum conferunt, quod non sponte faciunt, sed tractæ diuinitus. Flammæ quædam stellarum instar factæ diuinitus, aliquando pro signis futurorum in aere facillimæ fiunt ad nutum deorum cœlestium accenso illic aere summo, qui ductu. formatumque facillimus est præsertim à diis, atque in ignem. descendunt interim in hunc aerem corporum cœlestium influxus quidam, conducentes ad creandas, mouendasque stellas eiusmodi similes cœlestibus lucæ, uirtute motu. Mundanum animal est adeo secum unitum, ut membra eius cõpatiantur inuicem, commoueanturque, etiam quæ remota inter se uidentur, quasi sint proxima, tanquam eiusdem animalis membra. Atque hæc unio, & compassio confert diis ad exhibenda signa hominibus, primo per cœlum, subinde per aerem. Dii non immediate, sed per media instrumenta. scilicet dæmones, aïas, naturas & omnia hinc dependētia faciunt hominibus signa, exordientes secundum principium unum. Et inde diffundentes deinceps motionem ab ipsis descendētem, quocumque uolunt ipsi. Ideoque sine habitudine & cõhordinatione eorum ad generabilia, regunt eiusmodi singula & sicut in opificio, & prouidentia, ita in exhibendis signis non deflectitur eorum intellectus ad nostra, sed dum ille in se permanet, signa omnia uaticiniumque conuertit ad se, eaque animaduertit à se ipso procedere. Vates omnes confitentur, per deos uel dæmones uaticinium nancisci, quia nequeant futura uidere, nisi qui sint causæ & domini futurorum. Per quos & alii uideant. Porphyrius admiratur quod dii adeo inferuiant hominibus, ut uates aliqui et per farinam uaticinentur. Respondet Iamblichus deos non obsequio id præstare suo, sed excessu potatis & bonitatis. & cetera omnia in se continēte, dum in seipsis manent absque cõuersione ad subdita, eis pro gradu præparatiōis dona & signa largiri. sicut sol diaphanis, oculisque lumē. Atque hoc calorē. Quia uidemus homines subiecta curare cõuersione quadam ad opera & distractiōe ad diuersa, & distrahi à seipsis, & laborare, ideo similiter suspicamur prouidere deos. quod cõtra, quatenus ad se cõuertuntur, unamque sui formam, quæ est inferiorum causa, eatenus agunt, mouent regunt omnia, non distracti per diuersa, sed ab uno principio nutumque simplici uibrantes cuncta, successiōe quodam inde pendentia, neque ipsi ad subiecta flectuntur. sed statu & plenissime sua reddunt sibi cuncta similia. Deus diuersos suppeditat uaticinii modos. non quod distractus ipse, sed indiuiduo nutu formaque simplici suggerit omnes, & diuersis temporibus suggerit diuersos, non ipse per tempora uariis, sed æterno eodemque mētis, & uolūtatis ictu omnes inspirat quibus hi temporibus uariis explicentur, neque

## DEMYSTERIIS.

tur. neque in ostentis continetur distrahiturue, sed in una sui forma complectens omnia signa ex ea exprimit in se ipso consistens, dum uno uoluntatis actu omnia tradit. Tanta est exuberantia prouidentiae ad ostendenda nobis signa, ut etiam in calculis, uirgis, lignis, lapidibus, frumento, farina, indicia praebent futurorum, ubi mirabiliter inanimatis animam immobilibus motum, ratione carentibus intelligentiam quandam praestare uidentur, quasi haec cognoscere uideantur, ubi nobis futura portendunt. Et sicut deus saepe per fatuos homines loquitur sapientiam declarans non hominem ibi loqui, sed deum, sic per uilissima quaeque portendit futura, his ipse admodum supereminens, & per omnia nostrum instruens intellectum: Deus per infima quaeque cognitione carentia patefacit quaedam cognitione superiora ubi testatur se longe supereminere naturam. Qui dum diuersa porrigit signa non coercetur in eis, neque per illa distrahitur, sed stans in una indiuiduaque sui forma comprehendit illic omnia signa: & illinc unico simplici que nutu explicat omnia, praebetque nobis argumenta passim praeteritorum, praesentium, futurorum.

Non fit in sacris opus alicuius efficacie, nisi per potentiam immo & praesentiam numinis alicuius.

**N** religione non potest fieri opus ullum alicuius mirabilis efficaciae, nisi adsit illic superiorum aliquis spectator operis, & impletor. Opera quidem absoluta ducunt dii, media angeli, tertia daemones. Natura quidem humana nec rationem quidem orationem uel de diis suscipere potest, sine diis nedum diuina opera facere ualeat sine illis. Est enim imbecillis & hebes usque adeo ut nullum nullitatis suae remedium habeat, nisi quandam diuini luminis, portionem de super accedentem, sine qua nihil a nobis fit diuinum. Sicut falluntur qui confidunt ex inanimatis animam, & ex amentibus facere mentem, ita qui ex rebus non diuinis diuina facere, & sine diis propria deorum opera, qualia sunt uaticinia, & miracula, & similia, ut apparitiones, & expiationes.

Numina iuocata, nobis adsunt, non coacta sed uolentia.

**C**onfessum est efficacia religionis opera perfici praesentia deorum, angelorum, daemonum. Porphyrius quidem suspicatur numina

ad hæc trahi quadam inuocationis necessitate. Iamblichus negat necessitatem inferri uel ab homine, uel à mundo numinibus, quæ cum sint immaterialia non suscipiunt ordinem aduentitium aliunde. Item inuocatio & operatio sacra, admouet quidem sacerdotes ad numina assimilatione, & familiaritate quadam, non uolentia sacerdotibus illata, ne dum numinibus inferatur. deus omnisque chorus numinum deo coniunctus est supra omnem necessitatem extrinsecus uenientem.

Vaticiniū perficitur, dum sacerdos operatur sacra, neque tunc passio cadit in sacerdotem uel in indiuiuantem quando diuinitus inspirantur, Multo minus in numina, quæ non illabuntur in animos, nisi uacuo passione. Neque dicendum est fatidicum animum esse instrumentum medium, & efficax diuinorum. sacerdotem uero inuocantem esse uelut cām efficacem operum diuinorum. Immo deus est omnia, pōt omnia. implet omnia semetipso. humana uero natura nullam in his efficaciam habet. Est enim ad diuinitatem ludus. deridemus eos, qui dicunt deum sorte quadam aliquibus adesse potentia figuræ cœlestis in genesi. Non enim decet ingenitos & uniuersales causas mancipari alicui p̄ generationem, eiuſue periodum, & per causas alienas. Quidam cum & nolent curiſ honorare deum, & non perciperent modum aliquem opificii prouidentiaē que præter eum, qui sollicitudine fit humana, ne gauerunt deos facere atque prouidere. similiter negarent deos interesse uaticiniis, & miraculis, qui non uiderent modum excellentem, quo dii adsunt sine labore & mutatione sui. modus autem per hæc omnia diis proprius eisdem duntaxat est notus. Porphyrius ait opera diuina, qualia sunt uaticinia & miracula esse aliquando passiones quasdam animæ ex paruis scintillis excitatas, & animam sua uirtute posse hæc imaginari. loqui. facere. Iamblichus dicit opus diuinum neque fortuito fieri cum sit ordinatum, neque ab homine longe inferiore. Oportere enim diuinum opus à diuinitate fieri. omnia igitur opera diuinitati similia non ab humana, sed diuina pululare natura.

Opera miraculorum & prophetiæ non fiunt aliqua uirtute stellarum corporis animæ, sed mera & libera potestate dei.

Nima humana & una specie comprehensa est & à caduco corpore nimiū obumbrata. Ideo nullā habet ad diuinū opus potentiaē efficacē. si quando uero uidemur tale aliqd quodāmodo posse.

## DE MYSTERIIS

do posse, solum id agimus illustratione diuina de super influente, p qua  
& actiois diuinæ uidemur esse participes. si opera diuina fierent ab aia  
ipsa natura aia, & uirtute propria anima uirtutis & prudentiæ compos  
uel etiam ois anima talia faceret. Nunc uero nec omnia aia facit, & quæ  
perfecta uidetur anima, ad diuina ad huc est imperfecta. Non igitur ani  
ma, sed diuinitas ipsa causa est operū diuino. Alioquin non esset no  
bis ad hæc religio necessaria, sed absq; deo & cultu cōpotes essemus ope  
rum diuino, si hæc ipsa aia fierent potestate. Deniq; si anima sua pote  
state diuina pageret, uel ois anima faceret, uel quæ haberet uirtutem &  
perfectionem animæ propriā. s. scientiam, artem, prudentiam, mores,  
qui per prudentiam acquiruntur. Nunc autē non tales hæc faciunt, sed  
concitati quidam potius & abstracti. Tria proposuerat Porphyrius de  
diuinis operibus. Primum, ad hæc animam esse causam instrumētale,  
secundum, animam quādoq; esse causam principalem. Tertium, ani  
mam posse ita esse ex æquo concām, ut ex ea, spirituque diuino. Tertia  
quædam species substantiæ, uel subsistentiæ fiat. Iamblichus dicit quā  
do unum aliquid fit ex pluribus illa plura & esse cognata & mutabilia,  
ex eo quod sunt in aliud sic commisceri in unum quintum quatuor ele  
méta. & animas plures in unam totam, forte uegetalem, sensualem, mo  
tiuam, in nobis concedere intellectuali & in eius actum redigi, uel for  
te ex illis omnibus harmoniam uitalem in corpore resultare, uel forte  
animas in patria conspirare in unam ideam omnium animarum. diui  
nitas uero uelut à cunctis exempla non coit in unum. Tertium cum  
anima præsertim e suo statu iam lapsa, & quia diuinitas uelut longe di  
uersa non cadit in misturam. Et quoniam immutabilis non commuta  
tur in aliud commune duobus. Prius quidem dictum fuerat scintillis  
exiguis suscitari in anima species diuinas, esto, sed hæ non traduceren  
tur ad species simpliciter diuinas, si corporales, & naturales essent. nunc  
denique ubi dicitur animam cum diuinitate in unum tertium congre  
di, æquatur anima deo, & conceditur, deum ibi ita mutari acciperé que  
ab anima, sicut mutari animam & aliquid à deo suscipere. Quod est ab  
surdum, præsertim quia hinc admittitur quod dii elementorū instar  
coibunt in effectibus suis in unam formam temporaliter factam & ex  
sempiternis, & in re temporali continebuntur. Quando dicitur ex  
anima & deo uel ex diis inuicem unum aliquid fieri temporale. Quæri  
mus utrum præter congrementia resultet aliquid nec ne, si non resultat



IAMBlichVS :

tunc non fiet uera unio, neq; uere unum sicut neq; in artificio sola arte pendente si resultat res sempiternae e suo statu cadent ut fiat aliquid temporale. Nisi enim mutantur, tertium non resultat, omnino uero absurdum est hoc ipsum quod generatiōe quadam fit temporali ponere sempiternum. neque tamen decet ponere temporale, ne sempiterna seruiāt temporali. Nec decet ponere hoc esse solubile, utrinque factum ex sempiternis. Et tamen per nouam generationem uidetur esse solubile. Illa igitur opinio est absurda. Porphyrius ait, animam quandoque generare potestatem, essentiāque dæmonicam imaginantem futura, per motiones eiusmodi. Generare inquam, dum conuenit in unum materias quasdam habentes, in se uires eiusmodi, præcipue uero materias acceptas ex animantibus. Iamblichus negat generari dæmones & corrumpi. Negat enim ab anima ex uiribus corporeis generari dæmones, corporibus animāque superiores. Negat & actiones animæ particularis clausæ que in corpore procedere in essentias, in se extra animam subsistentes. Negat uires corporum, materiæ prorsus addictas, solui ab eis ad dæmones generandos. Præterea quærit quæ nam sit potestas, quæ uires materiales à materiis soluit, rursumque conflatur in unum ad dæmonem generandum. ubi uidetur potestas hæc esse dæmonica, atq; ita existere, dæmon etiam antequam generetur. Non potest ex rebus carentibus anima, uaticinatioque generari anima, præsertim fatidica. Nequit ex deteriori præstantius procreari. Nequit essentia ulla, substantiāque constitui, ex motionibus animæ, uiribusque corporeis, quæ nec substantiæ sunt neque essentiæ. Item nullum eorum quæ per generationem seminantur, maius aliquid habet quam quod ei traditur à causa principaliter generante. Cum ergo, nec corpus, nec anima per se habeat uaticinium. non potest anima ex suis motibus, atque corporibus uaticinantem dæmonem procreare. Dicit forsan aliquis non generari à nobis dæmones sed eos animantibus ordine præsidere, itaque quando materiæ ex animalibus huic dæmoni commédatis opportune adhibentur huc dæmonem quasi compatiens ad talia ferri. Iamblichus ait, dæmones qui usque adeo compatiuntur uera uaticinari non posse. Verum nanque uaticinium non esse naturæ passibilis & aliquo corpore, loco tempore clausæ, sed ab his omnibus absolutæ, ut queat quocunque in loco uel tempore facta, pariter simpliciterque prospicere.

## DE MYSTERIIS

### De somniis diuinis & humanis.

**P**Orphyrius ait præfagia somniorum partim esse ex nobis, partim ab extrinseco. Iamblichus ait solum extrinsecus aduenire. Quia sæpe studemus, agimusque non nulla ad hoc præfagium aucupandum. Neque tamen datur. & sæpe id non quærentibus datur. Quod si somnialis effectibus esset ex nostra natura, arbitrioque humano: nobis ad hoc prouidentibus eueniret. Mittitur autem à diis pro eorum arbitrio, scilicet quando, & quomodo uolunt, benignitate quadam demonstrare futurum. Idem declarat Orphicus hymnus. Porphyrius ait, uaticinii causam, esse quandam animi passionem. Iamblichus negat dicēs passionem esse suapte natura instabilem inordinatamque, atque perturbatam. Vaticinium uero esse debere stabile prorsus & ordinatū. Ideoque nō posse in passione uersari. Item quando anima prudens est, & constans, agitque secundum uires eius præstantiores: scilicet intellectuales, rationalesque, futura nō prospicit. Quomodo igitur hæc assequetur quando patitur secundum inordinatos motus, atque perturbatos. Item passio nihil habet proprium ad entium ueritatēque cōtemplationē sed affert impedimentū. Præterea si res ipsæ in mundo essent passionibus constitutæ passio similitudinē quadā has attigeret. Cū uero rōnibus speciebusque cōstitutæ sint, & agantur, certe aliā quadā prænotio ē ab oībus passionibus aliena. Rursum passio præsentia tantū sentit. Cū igitur uaticinium futurū, etiam assequatur, non uersatur in passione. Porphyrius ait, uaticinium esse passionē quadā phantasie subortā, uel ex cogitationibus nostris, uel instinctu corporalis in nobis naturæ uel similitet incidentē, ut & phreneticis contingit uaticinari. Ad hoc autem adhibet signa, quod in statu uaticinii agit quidē imaginatio uehementer. sensus autem interim occupantur, & cohibentur. Item quod suffumigationes adhibentur diuinaturo uidelicet ad phantasiam afficiendā. Item inuocationes, ad eandē affectionē incitandam. Item quod non omnes sed iuuenes simplicioresque ad hoc idonei sūt. Iamblichus ait, occupationē sensuum esse signum, quod phantasma tunc nullum est humanum. Vapores adhiberi ad efficiendam cum deo cōgruitatem, nō ad afficiendā spectantis animā. Inuocationes non excitare, uel cogitationes, uel corporeas passiones in nobis. Nam nobis incognitæ sūt, soli deo qui inuocatur cognitæ. solos simpliciores esse expositos diuino spiritui extrinsecus uenienti. Quod Porphyrius ait, uaticinium esse passionem phantasie talem, qualis, accidit melancholicis, & desipientibus sæpe fatidicis, abuti

tur diuino uaticinii mūere, dū alienationē diuinitus factā in melius cōparat alienatiōi à morbis ebrietate, rabie ideteri<sup>9</sup> accidēti. alienatio aī ex passionibus nostris, accidēs īfra hūanū statū deiicit aīum, sed à deo facta, attollit hoīem sup hoīem, deoq; cōiungit. Illa reddit instabilē, & ī materiā prorsus īmergit, hęc cōstantē ordinisq; cōpotē & à materiā soluit.

Nullō mō dicēdū, afflationē diuinā hēre aliqd simile cū alienatiōe facta ab humorib<sup>9</sup> ebrietate, rabia. Nā hęc à deo supra q̄ cogitari possit distātia sūt. tantū dē ergo distat insania eiusmōi ab īspiratiōe diuina, nihil igitur habent simile uel commune. Alienatio à causis facta corporeis, est animi deprauatio ex debilitate contingens. Facta uero diuinitus est salus animæ contingens ex plenitudine potestatis. In illa quidem dū animo suas operationes aggreditur, eas edit peruersas, atque turbulentas. In hac autem dum secundum propriam uitam intelligentiāque uacat superiori se exponit utendam. Denique quanto distant diuina ab infimis naturalibus tanto illorum actiones effectusque ab effectibus naturalium. Alienatio itaq; inducta diuinitus nihil habet simile cum ea quæ fit humanitus. Cum igitur illam cogitas, separa prorsus ab illa omnes huius defectus accidentia omnia. Quin etiam quando sobrietatem uigilantiāque sacram acceptam diuinitus meditaris, noli cum sobrietate hominū comparare. Et utrobique ab imaginationibus diuinitus adhibitis animo remoue quicquid ullo modo simile est imaginationibus ullis, quas humores, similēsque causæ suscitant. Item ambiguum hominis statum inter sobrium animum, alienatūque medium, ne similem putes statui animi sacri, uno intuitu spectantis deum, nec certissimos intuitus diuinorum similes esse credas, imaginationibus arte uenefica suscitatis. Nam quæ fascinati imaginamur præter imaginamenta nullam habent actionis, & essentiæ ueritatem. Eiusmodi nanque magicæ finis est non facere simpliciter aliquid, sed usque ad apparendum imaginamenta porrigere. Non est putandum diuinum uatem incidere in ueritatem casu sicut insani solent aliquando, nec etiam passiōe quadā naturali, sicut & aīalia solēt pati sæpe à partibus uirib<sup>9</sup> q; busdā mūdi futurū aliquid incohantibus, & iam in aere quodāmodo facientibus prius q̄ in terra. Atque ita patiendo nonnuquam futuras præsentunt terræ concussiones, atque procellas, præsertim animalia quæ uel facile patiuntur, uel acute persentiunt. Prænotio enim uel casu uel eiusmodi passione proueniens, rara fit inordinata, non continuata, prorsus obscura. Vaticinium uero diuinum uniuersū ordinem cotinuata  
& firma

## DE MYSTERIIS

& firma connexa que conspicit ratione. Si qua nobis innata sit facultas ad futurum percipiendum non est propterea uaticinium. hæc enim nec semper, sed aliquando ueridica est, nec in omnibus, sed quibusdam. uaticinium uero, & semper, & in omnibus est ueridicum. Item prenotio arte facta ex signis aucupatur futurum non omnino fidelibus, quia non semper sibi coniunctum habent euentum, sed diuina prouidentia factum effectus à causis cõspicit, intuitu firmo presentique & prorsus cõtinuato cõnectens oia mutabilia tẽporaliaq; & inter se distãtia, futura anticipans ut presentia. Dicit aliquis posse prænuñtiari futurũ, ex quatuor donis simul iunctis. scilicet ex certa hois natura, & ex arte huic adhibita, & ex communi rerum inter se compassione tanquam animalis eiusdẽ partium, atque ex ea corporũ dispositione, qua alia aliis indicia subministrẽt sed re uera q̃do his cõcurrẽtib⁹ indicia manifeste p̃cipiuntur, habet & hæc p̃ceptio aliq̃d simile uaticinio, & uniuersũ uestigia uaticinii habet ubique, sed nõ ubique clara. Tam etsi sicut imago ipsius boni in omnibus deum præfert, sic in cunctis est uestigium aliquod uaticinii. Neque tamen uaticinii species una diuina, immista, definienda est per simulacra eius in generationem demissa & multo minus per imaginamenta delirantium. hæc enim omnia fallacia sunt. Vaticinium ipsum definiendum est per unam rationem ordinẽmque unum, & unã speciem diuinam unãmque intelligibilem, & immutabilem ueritatem contra uero omnis perceptio mutabilis inde segreganda uelut indefinita, & deis diuinis que nullo modo conueniens. quando fit à nobis aliquod opus nobis naturale, certe ad hoc sunt ab initio tributo semina & præparamenta ab ipsa natura, quæ est operis eiusmodi causa. Nulla ergo sunt data præparamenta seminãque à natura, uel communi, uel humana ad uaticinium illud, quod est supra naturam consuetudinẽmque humanam. natura enim & intelligentia caret. nec est præcipuus auctor eorum quæ fiunt, præsertim quatenus in nobis est natura, sed uaticiniũ plusq̃ intellectuale est, & causas attingit euentuum, & uno subitoque intuitu cõplectitur ordinem uniuersi opus eiusmodi, dei proprium est agẽtis hoc in nobis, nobis tũc à propria actione uacãtib⁹. Præfagiũ si quod nobis incidit instinctu naturæ uel arte pagitur, p̃t utiq; i nostra natura præparationẽ aptitudinẽq; hẽre, sed hoc præfagiũ ualde angustũ est & obscurũ, & magis minus ue suscipit uaticinium uero diuinum amplissimum est, & certũ, & unũ stabilẽmque idest summũ ubiq; gradum possidet. Ideo nequit fuisse nobis inditum à natura. Porphyrius

## IAMBlichVS.

coniectabat affectionem quandam nostræ naturæ uel corporalem, uel animalem ad uaticinium conferre præcipue, ex eo quod qui aduocabant in hominem uaticinium, gestabant lapillos quosdam atque herbas, ligabantque nodos sacros, iterumque ligata soluebant. mutabant quoque proposita in eis, qui talia ab illis acceperant, & ex malis meliora reddebant. Sed Iamblichus observationes effectusque eiusmodi retorquet in coniecturam. quod inspiratio uaticinii forissecus desuperque proueniat. Talia enim certis numinibus consentanea cum adhibetur nobis ad eorum inspirationem suscipiendam nos accomodat. Porphyrius ait, non esse contemnendam artem quæ ex certis uaporibus ad ignem sub opportunis stellarum influxibus facit deorum idola in aere protinus apparentia, similia quodammodo diis, & hentia similem aliquam efficaciam. Iamblichus ait, hæc idola paruipendi a sacerdotibus, qui ueras deorum species peruiderunt. neque posse excellens aliquod bonum reperiri in eo quod pululat ex materia formisque in ea. formarumque eiusmodi uiribus, & arte simul humana. Nam quod fit ab homine est deterius homine, & quod fit ita, ut idolum est adumbratio quædam apparens potius quam existens, ac dum fit protinus euanescens, neque fit arte opificia, quæ ueras essentias fabricat, sed imitatoria potius quæ essentiarum reddit imagines. Profecto deus mundi opifex non per cœlestes motus non particularem materiam non per potentias ita diuisas fabricat omnia, sed intelligentiis uoluntatibusque & immaterialibus speciebus, ac per animam sempiternam super mundanam, simulatque mundanam mundos efficit. Factor quidem eiusmodi idolorum dicitur per stellas efficere non tamen eo modo per ipsas efficit stellas quo forte uidetur. cum enim innumeræ sint in diis cœlestibus uires, omnium infima est potentia naturalis. In ipsa potentia deorum cœlestium naturali sunt rationes, tum seminales. i. formarum generatiuæ tum aliæ quædam immobiles seminalibus præcedentes ibidem. i. coherdinatiuæ formarum. utrarumque igitur rationum auctoritas generationem uniuersam præcedit, post eas sunt in corporibus cœlestibus, qualitates, uires, motus, atque ex eis defluxus dominantes sub rationibus toti rerum mundanarum exordinationi. infima uero potestas cœlestium, quas dixi uirum generationem terrenorum ducit. Multæ artes, ut medicina gymnastica, agricultura, quæcumque uide licet in operatione sua comunicat cum operatione naturæ utuntur qualitatibus uiribusque per defluxus cœlestes ad inferiora traiectis, atque & idoloficus ipse trahit à cœlestibus defluxibus portionem aliquam genitalem quamuis exiguam. atque debilem. Non enim utitur ipsis cœlorum motibus aut

uiribus

## DEMYSTERIIS.

uiribus ipsis quæ illis insunt, aut uiribus quæ naturaliter fundantur circa celestes motus, nec potest eas attingere, sed occupatur circa uires quasdam quæ ab illorum natura ad ultimum defluerunt prolapsæ ad infimum mundi locum. Vtitur quidem is arte quadam, sed non pia atque deifica. hæ quidem infimæ celestium uires conspirantes, circa materiam quandam particularem, possunt eam transmutare, transfigurare, transformare alias aliter. Iam uero, & transpositionem ab aliis in alia suscipiunt potentiarum earum quæ particularibus insunt. Quando aliquis eiusmodi fabricat Idola ex multis materiis & sub celestibus influxibus, tunc uarietas illinc quidem celestium actionum, hinc uero potentiarum materialium congregata, facit quidem aliquid, Sed actio hæc longe degenerat non solum ab opificio diuino. sed et ab effectione naturali. Natura enim & uno simul tenore & actione simplici proprium peragit opus. Hæc igitur idolorum fabrica est artificiosa commistio circa defluxum celestium ultimum, & circa illa quæ ad postremum à celesti natura mouentur atque recedunt. Homo cum sit melior, & ex melioribus procreatus non debet idolis fabricandis incumbere. Quæ non sunt animata, sed ostentamento quodam uitæ sunt inflata. Nec intima ueræque, sed externa fictæque harmonia continentur prorsus ad breuem mansura, nec habet uerum aliquid & legitimum, cum sint arte solum humana conficta. Solum uero quod simplex & uniforme est actionis uel compositionis in eis præualet. Ideoque ualde deficiunt, quoniam ex qualitatibus longe diuersis contrariisque cōgesta sunt, neque potentiam aliquam perfectam habent. Quoniam eiusmodi defluxuum multitudo est multis captatur, & in aduentitium aliquid commiscetur exile penitus, & infirmum, Nec stabilitatem ullam habent hæc idola, immo uelocius quàm quæ apparent in speculis euanescent. Quando enim admouetur subfumigatio uaporibus exalantibus, protinus componuntur, at cum per totum aerem fumus uaporque se fundit, subito dissoluuntur. Prodigiorum eiusmodi fabrica idolaris est omnino contemplatore ueritatis indigna. qui enim hæc machinatur, siue eorum uilitatem agnoscens, delectatur tamen, similis illis euadit, siue colat ut deos, peccati reus est factu dictuque nefandi nec lux ulla in animam diuina subbrutilat, circa tenebrosa idolorum phantasmata occupatam. Porphyrius ait idolorum factores in fabrica obseruare celestium cursum dicentes quo potissimum celestium curren-

## IAMBlichVS

te, & cum quo uel quibus concurrente uaticinia uera prouenient aut falsa. Item quæ ibi fiunt. utrum significatiua sint effectiua ue uel contra significationis efficacie uacua. Quamuis ex materiis electis idola construant obseruatione syderum, nihil tamen hæc idæ habent in se diuinum. Nam materiæ quæ hic mouentur cœlitus in generatione sunt postremæ, atque ad ultimose cœlo defluxus compatiuntur. Quæ enim tam facile permutentur eiusmodi phantasmata, ut ad minimum nutum uel inertia sint, uel contra scilicet fatidica siue significatiua, siue effectiua. certe passio tam facilis & mutabilitas adeo uelox declarat, ea diuinæ potentiæ nihil habere, non sunt in materiis ullæ potentiæ quæ sint elementa dæmonum, neque hi possunt ex particularibus corporibus generari, immo ab eis hæc generantur atque custodiuntur. Neque potest homo suis machinis formas ipsas dæmonum procreare. imo nos secundum corpora dæmonibus formati sumus: Non est putandum ex elementorum coitu cōfluere aliquam multitudinem siue compositionem in se propriam dæmonibus uim habentem: Nam ipse dæmon simpliciter uniformiterque & in se consistens, in unum diuersa congregat elementa, atque ex eis composita generat, & quicquid inest perseuerantiæ ipse largitur neque decet idola dæmones appellare. Nam & aliud est idolorum auctor. aliud dæmon magnus dux dæmonum, ipsaque substantia dæmonum diuersa est a phantasmatis idolorum. quibus & tu Porphyri confiteris, neque deū neque dæmonem aliquem deorsum trahi. Igitur hæc idolorum fabrica. cum dei dæmonisque sit ex pers, neque uaticinium neque sacrum opus aliquod affert.

Caldæorum misteria de sacerdotio, Deo. dæmonibus bonis & malis.

Orphyrus commemorat opinionem dicentium omnia uaticinia nobis à dæmonibus malis infundi. Quorum natura sit subdola omniformisque atq; uersatilis. qui deos & sublimes dæmões & aias defunctorū simulent, & hac fallacia nobis occurrētes præfagia præbeāt, horum opionē Porphyrius & si nō probat, cōmemorat tamē de hac quoq; egyptiū cōsulēs. Iamblichus hoc quoq; dānat iter sacra cōmemorare prophana. atq; subinde narrat mysteria q̄ audiuit ægyptius a prophetis caldæo & talia. Dii uera bōa dāt bonis

## DE MYSTERIIS

bōis per sacrificia expiatis, quibus cū & uersantur, suoque cōmercio prauitate passionēque ab eis lōge propulsant, suoque splendore tenebrosos idē spiritus arcēt. Mali. n. spūs intrāte deo & lumine uelut sole tāq̄ tenebræ subterfugiūt, neque turbare ulterius pium sacrificatorem possunt, omni prauitate & peruersitate passionēque libere. Qui uero perniciosi sunt & interim contra ritus ordinemque sacrorum sacra insolenter inuadunt, hi sane propter actionis infirmitatem potentiaque defectum deos assequi nequeunt. Sed propter inquinamenta quaedam, tū a diis arcentur, tū dæmonibus malis accommodantur, quo & flatu prorsus implentur pessimo, pessimique illinc euadunt præfani scilicet atque dissoluti pariter & iniqui, desiderio dissimili diis atque in omnibus simillimi dæmonibus improbisque buscum uersantur assidue. Hi igitur passionibus & prauitate pleni per ipsam cognationem malos ad se trahūt spiritus quibus mox occupati, ad omnem iniquitatem inde iterum incitantur, ubi alter alterum ad hoc ipsum uicissim adiuuat & corroborat. sicut circulus aliquis principium cum fine coaptans, reddensque æqualem eodem pacto uicissitudinem. hucusque caldei. Quando prophani contra ritus tractant sacra frustratur euentus. nam & pro diis aliis alii celebrantur: & pro bonis spiritibus insinuatur mali. horum ergo errata non debent ubi de legitimis sacris agitur commemorari, neque quæ accidunt illis pro lege putari: sicut sacrilegium diuino cultui contrarium est, ita malis dæmonibus intemperantiæ auctoribus fallacibusque occupati contrarii sunt legitimis sacerdotibus, a quibus procul abest spiritus omnis iniquus & prauitas atque passio, adest uero bonorum præsentia numinum, atque desuper ab igne diuino ueritate replentur. His ergo mali spiritus impedimenti nihil afferunt ad animæ bona. nec inde suggeritur superbiæ fumus, uel adulatio mollis, neque subfumigatione falluntur neque ui uulla turbantur. Sed hæc omnia mala, tunc boni præsentia numinis, uelut fulguris ictu percussa disperduntur statim & eualescunt, Talibus ergo ueridicum prouenit uaticinium, cum quo nulla ex parte aliud est conferendum, cui rite studendum est: ea qua diximus sanctimonia. Hac enim ratione duntaxat acquiritur. & in uaticinādo ueritas incōcussa & in anima uirtus penitus absoluta. quibus sane duobus sacerdos ad ignem ascendit intelligibilem. quod tanq̄ finis omni prælagio sacrificioque debet eē propositū. temere nimirū o Porphyri, ubi de diuino agitur uaticinio opinionem eorum commemorandam existimasti, qui om



## IAMBlichVS :

ne præfagium arbitrantur a malo dæmone tribui. hi nãq; in tenebris ab initio semperq; uersati, nec uerum a falso discernere possunt. neq; præcipia quibus hæc adueniunt intelligere.

### Inuocatiões & íperia hominum aduersum spiritus.

**P** Orphyrus dubitat quare spūstū suppliciter inuocamus tāq; nobis superiores, tū quasi cogim<sup>9</sup> íperádo tāq; íferiores. Iamblichus ita distígit. Dii qdē : & oēs nostra natura superiores plenitudine bonitatis : & uolūtate bonoꝝ & benignitate quadā dignis aís cōuēiētia tribuūt. Deligūt religiosos tāq; gēituras suas & alūnos, atq; discipulos, & laboratiū miserētur. sūt præterea media quadā genera numinū, q̄ ephori præsidēsq; sūt discretōis atq; iudicii cōsulunt quæ facere deceat, quæ declinare. ad iusta quidē adiuuant. reuocant ab iniustis, & sæpe in homines iniquos iniurias, quas inferre conantur iuste retorquēt. ut quæ agere moliebātur, patiantur ipsi. Est rursū aliud gen<sup>9</sup> spiritūū nobis circūstatiū í discretū & inconsideratū. qđ unā numero potentiam ē sortitum pp̄ ipsam à singulis uniuersi partibus distributionem. Vnde unum uni tātū operi ē addictū. sicut enim gladius solū diuidit, nec aliud afficit. sic spūum in mundo distributorū propter ipsam partibilem naturæ necessitatem. hic quidē solum diuidit. Ille uero solum colligit. quæ fiunt atq; generātur. qđā igitur occulti spūs alius aliam sortiti potētiam illud tātum singuli ad qđ ordinati sunt, peragunt. Si q̄s igitur accipiens illa quæ ordine distributo ad totum cōferunt deflexerit aliorfū. & aliquid quasi præuaricando transegerit: hoc ipsū qđ fit sequitur ne ipsius male utētis est damnum. sed redeamus ad quæstionem. Vt ad quæstionem respondeam iussa & imperia uiolenta. diriguntur ad spūs: nec utentes propria rōne, nec iudicii discretionisq; principium possidentes. Cum enim cogitatio nostra habeat ratiocinandi naturam. atq; discernendi, qua res conditione se habent multas quoq; in se uitæ potētias complectatur, spiritibus imperare solet non utentibus ratione: & ad unam duntaxat actionem determinatis. Inuocate eos igitur tāq; superiores. quoniam ab uniuerso mūdo nos continente quæ ad tota conferunt trahere conatur circa quadam quæ in particularibus diuiduisq; continentur. Imperat rursū tāq; inferioribus. quia natura nostra intellectus præstantior est q̄ intellectu carens. & si illa latiore in mundo

habeat

## DE MYSTERIIS

habeat actionem. Item duplex est in sacerdote figura, siue prætesta, una quidem humana, altera uero diuina. quam ex sacramentis induit in quibus latet diuina potestas, sursum ad diuinitatem animum eleuans deoque coniungens. Ideoque figuram diuinam adhibens animo, quam indutus potest sub prætestu dei: tanquam superior eiu smodi spiritibus imperare. tam & si tanquam homo rogare solet inuocans eos eatenus superiores quatenus ab uniuerso inuocat potestates. Sed ita uerius soluimus questionem communio quædam consentientis beneuolentiæ & complexio indissolubilis unitatis omnem sacrorum expeditionem continet, ut hæc effectio sit diuina & excedens omnem expeditionis humanæ modum. Ideoque hunc omnem illinc auferre debemus. Non igitur sacerdos numerum accersit uel ut absens, nec mandat aliquid segregato perficiendum: quod homines inter se solent. Immo una quædam eademque communiter diuini ignis actio sponte sua per se prompta præsensque ex se agens refulget agitque eodem modo per omnia simul, tum quæ deinceps inde tradit aliis: tum quæ possunt accipere inde non nihil. Diuina igitur opera quæ in sacris expletur, non per contrarietatem huius ad illud ut generabilia. non per differentiam uocantis mouetisue aduocatur: atque motum, transiguntur, sicut humana solent sed identitate unione, consensione: id totum expletur. & sublata discrepantia: hoc ipsum quod agit. & cuius uirtute agitur est commune ubique aliquid atque simplex. Porphyrius quærit, cur nam superi sæpe iubeant suos cultores esse iustos. aliquando tamen obsecrati inferre iniuriam inferant. Respondet Iamblichus non inferre iniurias: sed iusta supplicia. ac si forte iniusta, non esse deos, sed demones improbos. Dii non partem quandam huius uirtutis tantum, sed totam, nec hanc solam, sed uniuersam ab æuo in æuum conspiciunt animæ uitam. atque ita pro meritis in antecedente uita contractis sæpe puniunt in sequenti, siue rogati punire: siue non rogati. Interea nos qui nihil uidemus ultra præsens opinamur aduersa non nunquam nobis contingere præter meritum: Dum tamen sæpe in hac uita patimur, quæ iam intulimus. & quæ nunc facimus, aliquando patiemur. Præterea multa nos latent hominum peccata quæ deos minime latent. Item nos iustitiam definimus, ut suum quisque officium faciat secundum præsentis patriæ leges. Dii uero definiunt eam latius ad modum spectantes uidelicet ad totum ordinem uniuersi. atque spectantes eam præcipuerationem, qua animæ diis conducant iudicium inde peragunt. Tantæque diuersitas est inter iudicium diuinum

de ipso iure atque nostrum, ut ad illud attingere non possimus. Iam uero & ipsi dii quid iustum sit aliter perpendunt ad unam spectantes animam, aliter ad totam animarum cognationem. Si enim eiusdem naturæ communitio existens inter animas, tum in corpore uiuentes, tum extra corpus positas complexionem quandam eadem atque communem cunctis efficit ad totam mundi uitam ordinemque mundanum, necessarium est expeditionem iudicii à totis exigere. scilicet ab ordine uniuersali, & a necessitudine animarum inter se requireretur. Præsertim ubi scelerum magnitudo ab una anima commissorum excedit supplicium, consequens ex peccatis. Dii ergo nunquam obsecrati inferunt supplicia, nisi iusta. Cum enim secundum essentiam bonum habeant, mali iniustique causa esse non possunt. Verum si quis forte conuincerit ex imprecationibus ad superos factis, aduersa quædam aliquibus iniuste contingere, alias quædam præter deos bonaque numina causas inquirere compellemur. quæ si forte non inuenerimus, non tamen ob hoc suspicari aliquid debemus de diis indignum diuina natura. eaque scientia certa quæ de bonitate deorum nostris intelligentiis est innata. In qua proculdubio græci omnes barbarique consentiunt. Proinde cum malorum species diuersæ sint: atque dissidentes non in unam sed in diuersas referendæ sunt causas.

Si uerum est, quod de idolis dicebamus improbisque dæmonibus, hinc sane exoritur multiplex origo malorum. Simulant enim deorum præsentiam dæmonumque bonorum. Ideoque cultorem suum iubent esse iustum, ut ipsi uideantur boni, sicut & dii, quoniam uero natura sunt mali. rogati mala inferre, libenter inferunt, atque nobis ad iniusta conducunt. Hi sunt omnino, qui & in oraculis mentiuntur & fallunt & turpia consulunt, atque peragunt. Dii uero bonique dæmones neque fallunt unquam: neque conferunt ad iniqua. est uero super malorum natura dæmonum sibi met inconspicua, instabilis secumque dissidens, alias alia suadens. superiorum uero natura, sibi constat assidue eundemque seruat semper in actione tenorem. Corporeæ mundi partes non sunt uirtute uacua. sed quanto maiores pulchriores perfectiores sunt quam nostra corpora: tanto uires actionesque maiores habent. Igitur una quæque earum uires seorsum differentes habet, & actiones diuersas edit. Item habitudine quadam inuicem multo plura conficere possunt. Quin etiam à totis mundi partibus descendit in particulas quædam actio multiformis, descenditque facillime, propter potentiarum similitudinem. Quatenus uidelicet sequentes gradatim potentia antecedentibus correspondent. Præsertim ubi patiens

## DEMYSTERIIS.

tiens in super ad agens accommodatur. corporis ergo necessitatibus cō-  
 tingunt ex totis in particulas quasdam mala & pernitiōsa quædam to-  
 tis quidem salutaria, & harmoniæ uniuersi consona quamuis iterea no-  
 xia partibus, uel quia toto & actiones sustinere non possunt, uel pp cō-  
 mitionē inferius accedentem, imbecilitatēq; infimis naturalē, uel quia  
 partes, partibus cōmensuratae non sunt. Proinde præter ipsū mundi  
 corpus multa pōt ipsa mundi natura. Nam & similiū concordia, & di-  
 scordia dissimilium nō pauca facit, quin ēt multo & coitus in unū toti<sup>9</sup>  
 animal & potentiæ uigētes in mūdo quotcūque sint & quales aliud qui-  
 dem in totis aliud in partibus agunt ob ipsam partium debilitatem ad  
 ultimum distributam atq; diuisam. Amicitia totius & amor atque  
 contentio, & similia in ipsis quidem totis actiones sunt in particulis pas-  
 siones. Item quæ in intellectu diuino species sunt rationēsque puræ in  
 uniuersi natura materialē quandam participant indigentiam. in singu-  
 lis tādē in formitatem, & quæ in totis sunt unita in particularibus dis-  
 sident, corrumpuntur in super particulae quædam ut tota secundū na-  
 turam constituta seruentur conteruntur & partes quædā atq; premun-  
 tur, totis interea sic idē nascētibus passionis expertibus. Quādo ue-  
 neficus aliq; ī precationibus suis deducit desup in quēpiā calamitatem  
 utēdo uidelicet ad hoc naturalib<sup>9</sup> qbusdā corporeisq; potētis uniuersi  
 traditio quidē actionis eiusmodi uenit desup absque electione, atq; pra-  
 uitate, tam & si interim maleficus hac ipsa utens, traditionem deflectit ad  
 contraria prorsus atq; mala, & ipsa quidē traditio actioq; supne descen-  
 dens cōpassione quadam pp similitudinem sub contrario & passioni-  
 bus cōmouetur. Maleficus autē electione trahit præter iustum, qd tradi-  
 tum est ad mala iam uero ipsa traditio, secundū unā harmoniā mundi  
 cōficit, ut quæ distantissima sunt tamen coopentur. si quis interī id de-  
 prehensum ducere molitur iniq; partes fortes uē. quasdā totius in par-  
 tes alias ita lædens eiusmodi dāni nō est causa uniuersū, sed abusus huma-  
 nustrāsgrediens ordinē uniuersi legitimāq; peruertens. Non igitur  
 dii mala nobis inferūt, sed naturæ corporaq; diuinitus depēdentia. Atq;  
 & hæc non ut malos sed ut bonos defluxus mundoq; salutare ad ima-  
 demittūt, qui uero suscipiunt propria mixtione, peruersitatēque tran-  
 sformant, adeo ut aliter quidem data recipiatur conditione contraria.  
 Post hæc interrogas: cur natura superi non exaudiant inuo can-  
 tem, nisi castum: ipsi uero interim obsecrati illicitos cuncubitus adiu-  
 uent. Neque pudeat cultores suos ad turpes libidines incitare. Quando

## IAMBlichVS.

causis occultis incitatur ad coitum non legitimum scilicet apud leges humanas, forte legitimum hoc est apud mundanas leges, quando uidelicet inde nascitur hominibus necessari<sup>9</sup>. Iam uero instinctus ad uenerem in mundo quidem ad amicitiam tendit, & harmoniam. in partibus autem fit uehementior, propterea quod hæ ob complexionem suam facile nimium, & mutuo, & toti compatiuntur. Denique quod cœlitus descendit ad bonum, hic sæpe transfertur ad malum. Mundus est unum animal in quo partes, quamuis loco distantes, tamen propter naturam unã inuicem ad se feruntur. At qui uis ipsa conciliatrix mundi & causa communis omnium mistionis, trahit quidem partes ad se inuicem suapte natura. potest eiusmodi tractus & appetitus arte quadam præter ordinẽ augeri, Vis quidem ipsa concilians infusa cunctis bona est, & causa ubique implectionis communionis, harmoniæ, amoris mutui, unionisq; mundanæ, quæ sunt fiuntque imperio continentis. in partibus autem propter earum distantiam, & inuicẽ, & à totis atque ob naturam debilem & egenam, compassione mutuum congressum conficit. Vnde acrior appetitus plurimis est ingenus. Ars itaq; deprehendens hanc uim coaguli passim in natura dispersam contrahit eam undique colligitq; simul deriuatq; in unum. Atque ita appetitum necessariæ unionis naturaliter moderatum, reddit suis machinis effrenatum, dum & materiam admouet genituræ præcipue conferentem, & uires undique naturales inter se differentes, commiscet in unum, quarum commistione pro arbitrio regit & conficit cõgressus ad genituram. proinde cum sint in herbis atque lapidibus uires, & dissolutiua & rursus congregatiua: sintq; multo maiores in rebus naturisq; maioribus potest utiq; ad coitum nixus intendi eiusmodi rebus adhibitis, atque ab his ipsis sine artis opera amor accendi tractusque fieri. Compertum habemus dæmones improbos, in generatione rebusque terrenis humanisq; posse quod plurimum. Ideo que nihil mirum uideri debet, ardorem ad illicitum coitum in nobis frequenter ab eis accendi. possunt & ad idem cõferre uires quædam animæ, tum in hoc corpore uiuentis habentisque uim mirabilem attrahedi, tum etiam hinc absolutæ, sed adhuc in spiritu turbido humidoq; inuolutæ & hoc circa loca generationis adhuc oberrantis ideoque talia committentis. Nemo itaq; uel deos, uel dæmones eorũ pedisse quos amoris & coitus non legitimi causas esse dicat, Sed uel naturales instinctus apud nos deprauatos, uel ueneficam insuper artem, uel malos dæmones, uel animas nondum puras.

De sacrificiis

## DE MYSTERIIS

De sacrificiis unde uim habeant & quid conferant.

Væritur qua ratione sacrificia & superis conueniant, & hominibus conferant, & in mundo quid agant. Porphyrius ait non solum prophetas, sed hypophetas id est oēs sacerdotes, qui uaticinium tradunt ab aliis acceptum debere animalibus abstinere, ne diuaporibus illinc exhalantibus contaminentur. Huic uero sententiæ contrarium est commune dictum deos uidelicet animalium nidoribus maxime demulceri uelut esca, capi q̄; Iamblichus utrunque dānat scilicet deos nidoribus carniū uel infici uel irretiri, atque inescari. Anima mundi cœlestesque ex eo quod corporibus suis adsint neque passiones inde suscipiunt, neque ab intelligentiis distrahuntur. Animæ uero particulares patiuntur utrunque. aberraret uero nimium qui defectus similes animabus superioribus attribueret, non enim est uniuersalium, atq; particularium uel principiorum atque effectuum æqua conditio uesci quidem corporibus quondam coniunctis animæ onus proculdubio inquitamentūque nobis infert & procliuitatem animæ, per quam uoluptatibus liquecat, atque subcumbat multosque alios in anima morbos procreat sed uapor exalans ab animalibus & suffumigatio sacrarite peracta diis mundanisque & uniuersalibus causis nihil officit. Non enim ipsa continet ordinatque superos ad se ipsam, sed continetur ab eis, atque ad uniuersum coordinatur pariter atque deos. Ideoque ita potest illorum imperio superis coaptari harmoniceq; congruere. abstinēt igitur animalibus religiosi non tamen quia diuaporibus animalium fœdari possint, potestas nanque deorum, priusquam materiale aliquid eam attingat, ipsa quoque sine tactu discutit, nec solum hæc absque propinquitate sua corporalia, priusquam sibi propinquent disperdit & delet, sed nec ipsa cœlestia corpora materiale aliquid elementum in se suscipiunt. Nec peregrinum aliquid intromittunt, nec amittunt proprium, quinetiam uapores terrenorum uix ad quinque stadia progressi refluunt nec in materiale uolubileque corpus inficiunt, aut alunt. quod nullam in se potentiam ad mutationem habet nec in se, neque sibi contrarium habet quicquam, neque fertur à medio uel ad medium sed uel quiescere debet, uel reuolui. corpora igitur in fra lunam cum sint ex discrepantibus potentiis motibusque composita, & transmutabilia sint omnino & sursum: deorsum ue ferantur. nihil habent cōmune cum cœlo, nec naturam nec potestatem, nec actionem, nec ergo uapor ex eis nec aliud attingit, cœlum ab eis omnino secretum, & merito ingenita

permutationem ex generabilibus nullam capiunt. Nūn quid ergo natura deorum à uaporibus eiusmodi fœdari potest. quæ uapores materiales, uno (ut ita dicam) ictu propulsat. Talia ergo non superis noxia sūt, sed nobis hæc enim diuidua materialiaque & cognata nobis, aliquid erga similia cōmune habent in passione uel actione: sed aduersus cœlestia diuināque in alio genere essentiæ posita diuersis que naturis uiribusque prædita & excedentia prorsus, agere quicquam & communicare non possunt.

**Quæ ratio sacrificiorum, quæ utilitas.**

Orphyrus offerri sacrificia diis hac ratioe putat ut eos ueneremur eiusmodi donis, ut maiores sæpe solemus, atque etiam ut pro bonis acceptis diuinitus ita gratiam referamus, pro bonis bona reddentes. Iamblichus causam eiusmodi ductam iquit ex cōmuni hominum ad homines consuetudine neque conuenire naturæ deorum mores humanos supra modum exsuperanti. Maximam uero sacrificiorum efficaciam tales modi declarationesque sacrificiorū nō omnino demonstrant. Efficaciam inquam, sine qua non liberamur à peste, fame, penuria, nec impetramus opportunos hymbres, immo & per quam purificationem quoque perfectionemque consequimur animorum, & ab hac generationis prouincia libertatem. Itaque aliquis ex assignatione tua non multum approbabit hos modos, quasi tu dignā causam ad effectus eorum assignaueris. Ac si forte probauerit, accipiet profecto secundo eos loco quasi consequentes & modo secundario coaptatos, primis antiquissimisque operum eiusmodi causis. desideramus itaque rationem, obquam sacrificia efficaciam ad res efficiendas habeant. Et unde coaptentur diis præcipuis eorum quæ fiunt causis, atque principiis.

Dicit aliquis quia mundus sit animal unum, habeatque unam eandemque ubique uitam, ideo communionem ipsam uirium consimiliū, uel etiam distantiam dissimilium, aut certe aptitudinem quandam agentis ad patiens commouere similia, aptaque eodem modo, dum uidelicet discurret secundum compassionem unam etiam à remotissimo ad remotissimum, tanquam hæc quoque sint proxima. Nā inter hæc quoque ipsa uitæ communitio est equalis assignatio eiusmodi, uerum quidē dicit, & quod ad sacrificia necessario sequitur. Non tamen uerus sacrificiorum modus ita monstratur. Ipsa nanque deorum essentia, nec in natura nec in necessitatibus naturalibus posita est, obquam obligationem ex passionibus naturalibus coexcitetur, uel per totam naturam ex-

## IAMBlichVS.

ten sis potentiis commoueat. sed extra hæc secundum se ipsam determinata est. nullū ad hæc commune habens, uel in essentia, uel potentia uel actione simul & passione. addunt ad superiorem assignationem aliqui quidam in rebus inferioribus congruentiã superis. Ideoque ad sacrificiorum efficaciam cõferentiã, uelut in crocodillo hexagonarius numerus cum sole congruat. In cane rursus & cynocephalo rationes physicae quædam & uires rationes cõmunes sint ad lunam. Itemq; in aliis materiales quædam species, sicut in sacris animalibus, colores, figuræ formæ, cuiuspiam conueniant superiorum, uel membroꝝ aliquod aialis ut cor galli. Et alia quædam similiter naturalia sacrificiis adhibita operum sint causæ mirabilium. Ex superiori causarum assignatione, nõ assignatur causa diuina quæ super naturalis est omnino, nec naturalibus motibus cõmouetur, sed assignatur naturalis quædam potentia in materia, & corporibus comprehensa, ideoque corporeis motibus rebusq; materialibus coexcitatur, rursusque sedatur, naturaliter inquam atq; hac simul quæ sunt circa naturam. Si quid uero tale ad sacrificia consequitur id quidẽ præcedentibus causis coaptatur, uelut con causa sine qua non eueniat opus. Præstat itaque dicere mirificos sacrificiorum effectus. tanquam à causa procedere ab amicitia quadam & accomodatione & habitudine cõciliante, opifices ad opificia, & genitores ad genita. Quando igitur præcedente atque ducente hoc communi principio accipimus aliquod animal, uel aliter animatum natumq; è terra. quod effectoris uoluntate propositumq; sincere & exacte conseruet, tunc p tale quiddã propriæ mouemus cãm opificiam huic immistæ præfectam. cum uero multæ sint causæ tales, & aliæ quidẽ absq; medio familiariter præsent. sicut dæmonia aliæ uero his superiores sint ordinatæ. sicut diuinæ per ordinem causæ atq; his omnibus una quædam antiquissima præsit causa, certe in sacrificio perfecto, omnes per ordinem causæ cõmouentur. Secundum uero ordinẽ quem una quæq; sortita sunt, cognata quadam conditione sacrificio familiariter accõmodantur, & (ut ita dicã) appropriantur. Sin autem sacrificium sit imperfectum usque ad aliquem gradum ascendit. sed non transcendit ulterius unde multi existimant sacrificia fieri dæmonibus bonis. Multi & potentiis deorũ ultimis. Alii mundanis uel terrenis dæmonum potestatibus uel deorum. partẽ quidẽ re uera sacrificiorum explicãtes, ignorantes tamẽ totam eorum potetiam omniãque bona ad omne diuinum se penitus dilatantia nos autem omnia admittimus simul atque comprehendimus naturalia.



## DE MYSTERIIS

quidem & quæ tanquam in uno animali secundum aptitudinem uel compassionem uel repassionem inuicem commouentur accipim<sup>9</sup> uelut simpliciter subiecta & consequentia seruentiaque causæ efficacis in sacrificiis apparentis. Dæmonia uero diuinæque circa terram mundumque potentias acceptamus, tanquam proximos ordini nostro præfectos. potissimas uero efficacium sacrificiorum causas competere iudicamus. perfectissimis, opificiisque potestatibus. Quoniam uero summa illæ opificiæ potestates in se omnes ordine causas complectuntur, ideo unam cum his commoueri simul uno quodam ictu cunctas efficientes causas arbitramur. Quoniam in sacrificio perfecto commouentur unam cum causis summis opificiisque causæ ordine consequentes, tunc ex cunctis communis utilitas prouenit in generationem totam. Aliquando quidem per ciuitates populosque gentesque omnigenas, uel maiores his uel minores circumscriptiones. Aliquando uero per domos uel hominem unumquemque bona contingunt, abunde benefica uoluntate, superis largientibus non passione distributionem suam exhibentibus sed impassibili mente iudicantibus esse dandum secundum proprietatem familiaritatemque atque cognationem. Vna quadam inter amicitia quæ continet omnia hanc colligationem per ineffabilem communionem quandam conficiente, hæc utique ueriora sunt magisque deorum essentiam potentiamque participant, quam quæ tu suspicaris scilicet nidoribus animalium in sacrificio superos potissimum inescari. Si quo enim corpore dæmones inuoluuntur, quod quidam sacrificiis nutrirî putant, illud certe immutabile est, & impassibile, lucidumque nec indigum, adeo ut nihil effluat inde nihilque necessarium sit influere. Atqui & si forte fuerit necessarium quidnam necesse est per sacrificia id influere. Cum mundus & aer in ipso indeficientem ex terrenis exalationem habeat undique circumfusam iam uero si corpora dæmonum effluant, sacrificia tamen non æqua portione restituent, nec quantitatem inter excessum defectumque dæmonibus naturalem, proportionemque similem conseruabunt denique cum mundi faber animalibus omnibus terrenis atque marinis abundantem paratumque tribuerit nutrimentum, nunquid superiores homine nutrimento deseruit: & cum uiuentibus aliis statuerit alimenta quotidiana eorundem opera copiose parari. Cuius dæmonibus solis aduentitium uoluit alimentum ab hominibus adhiberi. Atqui si forte nos nutritionem eiusmodi negligamus exuritura sunt & peritura corpora superiorum. Proinde si nos dæmones nutreamus, etiam genera-

remus

## DE MYSTERIIS.

remus eos, & superiores essemus. Contra uero se res habet. Nam ipsi nos nutriunt, & superiora passim inferiora sic caelestia terrestria nutriunt. Anima quidem ab intellectu perficitur atque alitur perficitque naturam, praeterea oblatio sacrificiorum per ignem materiam consumit, eamque sibi prorsus assimilat, non se materiae praestat similem, reducitque ad diuinum atque caelestem immaterialemque ignem, nec ullo modo deorsum ad materiam generationemque declinat. Si enim exalationem uaporum a sacrificiis fore oporteret nutrimentum materiale oportebat & materiam integram remanere. Sic enim abundantior illinc accepturis proueniret influxus nunc uero materia tota comburitur atque consumitur, & in ipsam ignis puritatem subtilitatemque penitus permutatur, quod quidem contrarium eius quod dicebas ipse significat. Superi namque sunt passionis expertes quando quidem placet eis per ignem discuti materiam atque consumi nosque reddunt a passionibus alienos, & quaecumque sunt in nobis diis similia faciunt quemadmodum ignis dura omnia & opaca, corporibus subtilibus lucidisque similia reddit. Nosque sursum eleuat per sacrificia eorumque ad ignem consumptionem ad deum & ignem, sicut & ignis ad ignem eleuat reducitque grauia simul & dura ad diuina sursum atque caelestia. Vehiculum corporale daemonebus subministrans, neque a materia neque ab elementis, neque ab aliquo corpore noto nobis existit. Non potest igitur ab elementalium eentia tanquam alienissima fieri daemonebus nutrimentum, sed quemadmodum dii igne fulmineo materiam diuidunt, ac separent a materia, quaecumque sunt immaterialia quidem per eentiam, sed alligata materiae, atque ex passibilibus impassibilia reddunt, sic & noster ignis, actionem diuini ignis imitans, quicquid materiale reperit in sacrificio destruit, & admota purificat & a uinculis materiae soluit ac per naturae puritatem ad deum & communionem idonea facit. Atque nos eodem pacto a uinculis generationis absoluit, diisque assimilat, & facit ad deum amicitiam aptos, nostramque naturam materiale, ad immaterialem attollit naturam. haec quidem communis sacrificio & ratio satis ut arbitror, facit ingeniosis potentibus ex norma communi unicuique sacrificio propria sagaciter indagare, uerum tamen tardioribus quoque ingenis indulgentes, propria quaedam his addemus clariora in medium adducetes. principium uero ad haec omnium optimum est quod contextum sacrificio & declarat, deum & ordini consequenter annexum. Deos alios quidem materiales, alios immateriales ponimus. Materiales qui materiam in se comprehendunt, atque exornant. Immateriales autem omnino qui a materia penitus segregati sunt secundum igitur sacerdotiam arte incipere sacrificia decet a diis materialibus non, n. aliter ad immateriales deos

pater ascensus. hi igitur cōmunionē quandā ad materiā hēnt quaten⁹ e  
 præsident, atq; incubāt. iidē quoq; iis quæ fiūt circa materiā dominātur. ut  
 diuisioni, percussioni repectiēti, mutationi generationi, corruptioni, cor  
 poribus materialib⁹ oībus. Si quis igitur hos rite uult colere, nimis pro  
 natura eorū atq; p̄cipatu cultū adhibere debet materialibus inquā ma  
 teriale. sic. n. ad eos totos, p̄ tota nos toti in familiaritatē propriā p̄duce  
 mur cognationēq; ipsis ī cultu cōgruā adhibebimus. corpora igitur ui  
 ta priuata, & aīaliū cades destructu corpoꝝ mutatioq; multiformis, atq;  
 corruptio & oīno projectio materiæ præcedētis materialibus diis cōgru  
 it. Nō qdē ipsis p̄ se ipsos, sed p̄ materiam cui præfunt. Et si. n. ab hac  
 maxime separati sint, simul tamen huic adsūt. ac si materiam in potesta  
 te īmateriali cōtinēt, attamen una cū hac existunt. Iā uero gubernata gu  
 bernatoribus non sūt aliena. similiter exornatoribus exornata. Quin  
 ēt utētibus quæ subministrāt, tanq̄ istrumēta facile proportionib⁹ coa  
 ptātur. quapropter īmaterialibus quidē diis, materiā ī sacrificiis adhibe  
 re ē alienā. materialibus aut oībus est admodū cōsentaneū. Ope præ  
 tiū est ad hæc insup̄ geminū uitæ nostræ habitū cogitare. Aliquādo qui  
 dem aīmus toti nos efficimur p̄ōiti extra corpus & eleuati mēte, una cū  
 totis immaterialibus diis p̄ sublimia nos attollimus alīquando uero ter  
 reno corpore colligamur, sumusq; corporei, materia uidelicet compre  
 hēsi similiter duplex erit cultus diuini ratio, una quidē erit simplex in  
 corporea ab oī generatione sincera. sinceris cōpetens aīalibus. Altera ue  
 ro plena corporibus & actione prorsus materiali cōueniens aīalibus nō  
 dum puris, nec dū ab oī generatione purgatis. sacrificiorum ergo speci  
 es duæ sūt, purissima quidē sacrificia hominū sūt sūmope purgatorum.  
 Quod quidē raro cōuenit uni, uel admodū paucissimis, ut inquit hera  
 clitus sacrificia uero materialia, & quæ immutatione uersantur anima  
 libus adhuc occupatis corpore competunt. ciuitatibus ergo nondū  
 purgatis genitili sorte contubernioque corporeo nisi eiusmodi sacrifi  
 cia dederis, ab utrisque pariter aberrabis ab immaterialibus simulatque  
 materialibus bonis. Illa quidem non possunt accipere. his autem pro  
 prium consentaneūque non offerunt. Accedit ad hæc, q̄ unusquis  
 que qua ratione est non qua non est agere debet essentiæ curam. Non  
 oportet igitur hanc præuaricari propriam colentis mensuram, atque  
 naturam. complexionem quoque proprie coaptatam inter curātes ho  
 mines potentiāsque curatas, electuram iudico conuenientem sibi cul  
 turæ modum. Nam complexio eiusmodi immaterialiter temperata  
 immaerialem

## DE MYSTERIIS

immaterialem eligit quatenus ipsa uidelicet potentiis puræ incorporeis ad ipsa pure incorporea copulatur. Complexio illiusmodi corporaliter coaptata corporibus, eligit culturā similē ad eētias corporib⁹ præfidentes. Sæpe pro necessario corporis usu uouemus, opamurq; aliquid erga deos gubernatores corporis. dæmonēsq; bonos, dū uidelicet studemus purgare corpus à maculis q̄busdam. fordib⁹q; ueteribus, uel morbis absoluere, sanitatēq; adhibere, uel grauedinē, torporēq; remouere, & leuitatem, efficaciamque adhibere, uel aliud quiddam bonū corpori cōparare. Tūc igitur nō intellectuali quadam, & incorporea ratiōe, corp⁹ rite tractabimus. Nō enim ita natū est ut his modis curari queat, sed cū cognata sibi nanciscitur, tūc corporib⁹ curatur corp⁹ atq; purgatur, erit igitur & sacrificandi ritus ad usum eiusmōi necessario corporalis atq; ita superflua corpis expurgabit, supplebitq; pro necessitate quæ defunt, & quæcunq; distributa sunt ad proportionem, ordinēq; reducet. Sacrificamus, sæpe poscentes à superis aliqua ad uitam humanā accomodata, scilicet quæ uel uictui necessaria sunt, uel ad illa p̄tinent, quæ gratia corpis affectamus. Quid nam tunc cōtinget nobis à diis ipsis, qui ab omni humana generatione sunt penitus segregati? Quod ad penuriam sterilitatē uel fugandam, uel copiam adducendam nobis cōferat, uel ad alia necessaria uitæ conducat. Nihil sane. Qui. n. sunt ab oībus absoluti eiusmodi dona nō tractant. Si quis uero dicat deos illos imateriales oīno imateriales i se cōprehendere deos, horūq; dona secundū unā cām primā i se cōplecti dicet, utique copiam, quādam ita diuini muneris illinc inferius descendentem. Verum quod illi hæc tractantes proxime humanam uitam actiōēsque peragant nulli dicere cōcedendum est. Eiusmōi enim rerum, quæ hic sunt dispensatio diuīsa est, atque particularis, & cum quadam ad hæc conuersione peragitur, neque omnino est à corporibus segregata neque puram, sincerāmque gubernationem præfecturāmq; admittere potest. Modus igitur sacrificandi pro rebus eiusmodi congruus est, qui cum corporibus habet & generatione commercium, non qui est a materia & corpore penitus separatus. Qui enim purus est omnino talia supergreditur, neque ad hæc proportionem habet. Qui uero corporibus horūmq; uiribus utitur, est rebus eiusmodi omnium cognatissimus. Potens pro sp̄a quædā uitæ suppeditare, & ad uersa nobis iminentia deuitare ac temperiem comparare humano generi moderatam. Plurima hominum turba naturæ subiicitur uniuersali eaque uiribus naturalibus gubernatur, atque inferius ad naturæ opera uergit complet

## IAMBlichVS.

que dispensationem fati, & fatalium operum suscipit ordinem, rationemque pratticam circa naturalia solum exercet. Paucissimi supnaturali mētis potentia freti à natura discedunt, atq; ad separatū immittūmq; se cōferūt intellectū. Vnde naturalibus potentiis superiores euadāt. Nō nulli uero mediū tenēt inter purū intellectū atq; naturā, & hōr alii qui dē uicissim sequuntur utrunq; alii mistam ex illis utrisq; uitā agūt. Alii soluuntur quidē a deterioribus & ad potiora se transferūt. Qui ergo natura gubernantur uniuersali, & ipsi uitā degūt naturæ propriæ mancipatā, potētisq; naturæ fruuntur, cultū exercebunt naturæ cōuenientem, corporib; naturā motis cōgruū. Eligentes ad hoc loca, qualitates aeris materiā, materiæ uires. corpora corporū qualitates & habitus motus conuenientes, mutationesq; eorū quæ in generatione uersantur, atq; similia tum in cæteris cultus diuini partibus, tum in ritu sacrificandi. Qui uero sola mente uiuunt uinculis naturæ soluti, intellectualem corporūmq; expertē culturæ normā in oī religionis parte meditabuntur. Qui mediā uitam degunt iter intellectū, atq; naturā, mediā quoq; sequentur religionem, atq; pro uitæ mediæ differentiis differentes sectabuntur colendi per media modos. Aut enim tractabunt utrunque uicissim, aut ab altero ad alterum declinabunt, aut deteriora tangēt ut p̄ ea cōsequatur, & potiora, existimantes nō aliter sublimiora, se consequi posse. In genere eētia & ptātūq; diuinarū, aliæ quidē subiectā sibi aīam hēnt atq; naturā, subministrātē uidelicet eorū opificiis, q̄tenus ipsæ uolunt. aliæ uero ab aīa & natura sunt penitus separatae, nō inq; ab aīa tantū mūdāna profus atq; genitali uerū etiā, ab aīa diuina eiusq; natura. Aliæ deniq; mediū tenēt, cōionēq; inter extrema cōciliāt, uel secundū unū indissolubile uinculū, uel secundū exuberantē maiore & traditionē uel secundū minore & susceptionē nō impeditā, uel secundū colligatā ambo & cōsensionē. Quādo deos colim⁹ aīa naturāq; dominātes nō alienū ē & naturales his uires offerre, & corpora, quæ natura regūtur, diis eiusmōi cōsecrare. oīa. n. naturæ opa & obtēperant eis & ad eorū dispensationē aliqd cōferūt. Sed quādo deos lōge secretos, & in sua unitate collectos cupim⁹ uenerari honorib; à materia penitus absolutis eos uenerari debemus. Intellectualia. n. his dona debētur, icorporea uita, uirtus p̄fecta, sapiētia cōsumata, eorūq; officia. Mediis at̄ diis, mediōrūq; bono & ducib; sicut dixim⁹ media cōpetūt. Ab alio igitur p̄cipio exordientes .s. à mūdo diis mūdānis distributione, quattuor in mūdo elemētōrum à cōmuni fortitiōe secundū mensuras elemento & facta, à cirferentia circa centra

## IAMBlichVS

ca centra in ordine reuoluta, ad ueritatem sacrificiorum facilem habemus accessum. Si enim nos in mundo sumus & ut partes continemur in eo primūque generamur ab eo, atque à totis potentiis eius perficimur, & ex quatuor eius componimur elementis, ac portionem quandam uitæ naturæ que ab eo nacti tenemus. Profecto non debemus in cultu diuino mundum mundanōsque ordines prætermittere. Ponamus igitur circa quamlibet mundi partē esse quidem corpus aliquod, ut uideamus, inesse præterea uires corporibus in corporeas ordine distributas, sacrōrum itaq; lex similia similibus rite distribuit, & à summis ad ima per media tota progreditur. Corpora quidem corporeis adhibens in corporeis in corporea, propria uidelicet unicuique reddens. Veruntamen si quis religiosus super mundanū numen assequitur, rarissime uero id accidit, hic utique solus seorsum à corporibus & materia positus nimirum & talē prosequitur cultū, super mundana potentia, diis super mundanis unitus. Quod autē uni uix tandem in sacerdotii fine cōtingit nō expedit pro communi lege omnibus & in principio & in medio religionis statuere. hi nanque corporeum quocunq; mō cultū agunt. Quilibet igitur p̄ritus in sacerdotio confitebitur, oportere cultum superis nec ex parte, nec imperfectum, sed conuenientem & integrum adhibere. Quoniam igitur anteq̄ adsint dii descendantq; ad terram, omnes præsubiacentes illis potentiæ mouentur, & ut præcursores pompæq; præcedunt nimirum qui non distribuit omnibus quod cuique congruit, nec unū quēq; proprio quodam honore prosequitur ipsam deorum præsentiam non assequitur. Qui uero omnia numina sibi propitia reddit, grata offerens unicuique donaque simillima, hunc sane non frustratur euētus sed diuinū chorū integra, plenaq; præsentia suscipit. Cū igitur hæc ita se hēant, nō oportet ritū religionis esse simplicē ex paucisq; cōpositū, sed multiformē, & ex omni harmōia cōstantē. ex cūctis ubiq; mūdanis (ut ita diximus) constitutū. Si. n. simplex aliqd, & unius dūtaxat ordinis esset, id ipsum qđ in sacerdotio aduocatur, & ad nos mouetur simplex utique modus sacrificandi sufficeret. At uero nullis notū est, q̄ta uiriū multitudo suscitari solet, quādo descēdūt dii, atq; mouētur nisi sacerdotib⁹ illis, q̄ ope ipso id expti iā fuerint. Soli igitur hi cognoscunt, quæ potissimum sit p̄fecta plenitudo colēdi, & q̄ paucis prætermisissis, q̄tū nos frustratur euētus. Quēadmodū in harmōia si una corda frāgatur. tota subito dissonat. sic uno prætermisso numie, sine ritu cōis ipsā religio finē non hēt optatū. dum hoc uno deficiente sacrum opus structuram suam in-

## DE MYSTERIIS

tegritatēmq; non habet. Quādo diuinæ potestates palām ad sensum descensuræ sunt manifestum nobis prouenit dānum, si quē ex supis præmittimus non honoratum. Similiter quando clam ueniunt in opere sacro, periculosum est, si hūc quidem honores, alium uero pro sua dignitate & ordine nō honores. Qui. n. aliquē proprio fraudat honore, totum confundit religionis opus, dū unam totāq; dispositionē dissipat, neq; ut aliquis putaret, tunc opus suscipiēdi tantū est imperfectum, sed totius structura perit. Quid uero? Nonne ipsa sanctimonix summitas, ad summū ipsum totius numinū multitudinis principium unūq; recurrit. Atq; in eo diuinās oēs simul essentias dominationēsq; colit? Proculdubio. uerū eiusmodi sūmitas, sero admodū aduenit, & q̄ paucifimis, atque optime nobiscū agi putādum est, si talibus in uitæ calce contigerit. Disputatio uero præsens nō eiusmodi uiro leges ponit. hic. n. est lege superior, sed lege aliqua indigentibus, has sacroꝝ leges in præsentia sancit., numinum multitudo est quasi mundus aliquis, habens multos ordines in unū ordinē conspirantes. Similiter sacrificia debent habere numerū ordinem pariter in unum ordinem conspirantem. Ita ut singuli singulis numinibus rite respondeāt. Similiter quæ circa nos sunt & in nobis multiplicia sunt, neq; debent ex aliqua parte tantum, sed ex cūctis congrue diuinis nostrarū rerum causis respondere, atq; ita ad supremos ascendere duces. Religiosa igitur obseruantia circa nos, & in nobis agit uaria. Aut enim quasi propagando perficit, aut amputat, aut emundat, aut expertia ordinis ordinat, aut segregat longius ab errore mortali. Cuncta deniq; totis supernis familiaritate conciliat. atqui quādo utrūque congregiuntur in unum, illinc quidem diuinæ causæ, hinc autem ex æquo præparationes humanæ, tunc absoluta religio peragit omnia, & ingētia ex sacrificiis bona reportat. Profecto exuberantia potestatis in causis uniuersi summis, id habet ut quemadmodum in cæteris inferiora superat, ita & in hoc admodum superet uidelicet in ipsa præsentix amplitudine, ut maxime oīum causæ, maxime omniū omnibus sint præsentis, adeo ut eadem ipsa causæ uniuscuiusque potestas, seorsum ab impedimento ubique tota semp̄que sit præsens. hac igitur ratione ipsa omnium prima ultimis quoque subrutilāt. Immateria liaque principia in materialiter materialibus adsunt. Nemo miretur si quam materiam esse dicimus puram, atq; diuinam. nam ipsa quoq; materia cū ab opifice patreꝝ omniū facta sit, merito perfectionem sui quādam acquisisse potest aptam ad deos suscipiendos. Quinetiā nihil prohibet su

## DE MYSTERIIS.

prohibet superiora lumen suum ad inferiora diffundere. Neque igitur materiam permittunt expertem fore superiorum. Quapropter quicumque materiae perfectum & purum est, atque deiforme ad deorum susceptionem non est ineptum. Nam cum oportuerit etiam terrena nullo modo diuinæ communionis expertia fore, ipsa quoque terra diuinam quandam portionem in se sortem ue suscepit ad capiendos deos sufficientem. Hæc igitur sacrorum sapientia contemplata atque ita secundum congruentiam, cōpetentia unicuique deorum susceptacula diligenter inueniens, sæpe componit in unum lapides, herbas, animalia, aromata, aliaque similia, sacra, & perfecta, & deiformia. Atque subinde ab his omnibus susceptaculum purum integrumque fabricat. Neque enim fas est omnem materiam detestari, sed solam, quæ à diis fuerit aliena. Propriam uero ad illos decet eligere utpotè quæ consentire possit, atque conferre ad deorum ædificia, statuarum fundamenta sacrificiorum opera. Neque enim aliter terrenis locis & hominibus hic habitibus possessio portio ue ulla ex diuinis contingere potest, nisi tale quiddam prius iactum fuerit fundamentum.

Archanis sermonibus credendum est testatibus ex deis per beata spectacula quandam traditam fuisse materiam. hæc igitur illis ipsis tradenti est cognata. Talis ergo materiae sacrificium deos excitat, ut se demonstrent, atque ad comprehensionem eos protinus aduocat, & præsentem capit, & perfecte demonstrat. Eadem aliquis perdiscere potest etiam ab ipsa quæ secundum loca distributio diuinitus est effecta, atque ab ipsa præfectura, quæ per res singulas est diuisa. Quæcumque secundum diuersos ordines, siue maiores, siue minores, passim sorte eiusmodi nacta fuit. Constat enim deis locorum quorundam rectoribus, sacrificium ex eisdem rebus quæ nascuntur ibidem, fore admodum consentaneum, & gubernatoribus gubernata & quæ ad ea pertinet placitura, effectoribus & grata semper sunt opera sua potissimum. Et qui primo aliqua procreant, talia rursus habent in primis accepta siue igitur animalia quædam, siue plantæ, siue alia quæ uisa superis dispensantur, simul & præfecturam sub eis nacta sunt. & communionem nobis conciliant cum superis indiuiduam. Horum ergo nonnulla quatenus conseruantur, atque tenentur, augent, tenentium ad deos familiarè proprietatè quotcumque uidelicet ex eo quod integra maneant, uim communionis inter homines deosque conseruant. Talia sunt quædam apud ægyptios animalia & ubique sacer homo, quædam uero mactata combustaque familiaritatè efficiunt clariorem, quotcumque uidelicet resolutionem in priorum elementorum principium, efficiunt cognatiorem, causis supero-



atq; pro ritu sacratiore. Vbiq; n. quo magis proprietas, familiaritasq; perficitur, eo perfectiora bona ad nos inde descendunt, Neq; sunt hæc hominum dūtaxat inuēta, nec humanis moribus auctoritate nacta sunt, sed deus ipse rite inter sacra uocatus auctor est eiusmodi legū, circa quē dii angelique per multi uersantur, sub quo per quasilibet in terra gentes, numen aliquod sortitum est præfecturam comunemque prouinciā. Proprium quoque inde tributum est templo unicuique numen. Item sacrorum quæ operamur ad deos, deus aliquis spectator ē, atque gubernator. Quæ ad angelos angelus, quæ ad dæmones dæmon, atque in aliis eodem pacto secundum proprium genus perfectus cognatam sortit<sup>9</sup> est præfecturā. Quoniam igitur sub numinib<sup>9</sup> speculatoribus auctoribusque sacrorum sacrificia pertractamus uereri debemus diuinæ sanctimonix leges, sacrificiaq; legitima, & propterea in his sperare quod sub numinum. deorumque principatu sacrificamus. Et interea cauere summo opere nequid uel indignum superis offeramus, uel alienum. Deniq; summatim id admonemus, ut singula quæ in nobis, & circa nos sunt circūspiciamus diligenter & quæ in mundo, itē deos angelos, dæmōes gentibus distributos. Et hac unicuiq; ratione amicū sacrificiū similiter offeramus. Hac enī ratione dūtaxat digna uno quoq; numine sanctimonia religioq; seruatur. Votum, siue adoratio, & oratio omne sacrificiorū opus perficit, & imprimis ad totā confert religionē, & sacram, indissolubileq; animabus ad deos cōflat communionē. Huius uero tres sunt species, prima congregat, atq; contactum notitiāque nobis ad diuinitatem præstat. Secunda, communionē ad diuinum deuincit consentientem, atque dona nobis prouocat diuinitus quoque demissa, etiam atēq; loquamur intelligamusq; omne nostrum opus perficientia. Tertia cōficit ineffabilem unitatem atq; in diis auctoritatē totā collocat animāq; nostram in eis perfecte ponit atq; cōfirmat. Iā uero in tribus his terminis, quibus diuina omnia mensurantur amicitiam nobis ad deos harmonix cōflat, sacramque à diis utilitatem triplicem nobis affert. Vna quidem ad illustrationem pertinet, alia ad comunem operum executionem, alia ad perfectā ex igne diuino plenitudinē. Itē adoratio eiusq; uirtus aliquādo sacrificia ipsa præcedit. aliquando mediis inseritur sacrificiis, aliquando finem complet sacrificandi. Opus uero in sacris nullum absque adorationis supplicationibus efficitur unquam. Adoratio denique diutissime frequentata nostrum nutrit & perficit intellectum.

Animam ad suscipienda diuina admodum efficit ampliorem diuina hoibus

## DE MYSTERIIS

na hominibus patefacit. Ad splendores diuini luminis capiendos assuefacit. Paulatim perficit, quæ nobis insunt ad numina contingenda. Quousque ad summum nos usque perducit. At qui & mores nostræ cogitationis humanos retrahit paulatim, moresque diuinos infert, persuasionem quoque & cõmunionem, & amicitiam procreat procul ab intermissione perpetuam. Diuinum rursus amorem auget, quod ue in anima diuinum est, accendit, & eleuat, expurgat quicquid animo est contrariũ & aduersum. Atque ab ipso spiritu æthereo splendidoq; qui est animæ circumfusus excutit, q̄tuncunq; uergit ad genituram. spem quin etiam præstat bonam, & fidem perficit circa lumen. Denique (ut summatim dicam) homines frequenter orantes, adorationis uirtus familiares deorum collocutores efficit atque discipulos.

Cum adoratio talis sit, talẽmque connexionem cum sacrificiis habeat patet sacrificiorum finem opificii contactus esse participem. Quandoquidem per opera diis accomodatur. Itaque & bonum ipsius tantũ est, quantum à causis, opificiis mittitur ad genus humanũ. atq; inde rursus apparet uirtus adorationis reductiua, perfectiua, impletriua, & qua ratione sit efficax & unionis effectrix, atq; à diis cõmune uinculum habeat. Et quomodo adoratio, sacrificiũmq; mutuo se confirmant, potentiãque inuicem conferant admirabiles religionis effectus. hinc rursus apparet sacerdotiam disciplinam operationẽmq; hẽre in partibus suis conspirationem non minorem q̄ in mẽbris habeat. animal neq; posse partem eius aliquam absq; cunctis suum opus absolueret.

### De sacrificiis animalium.

Orphyrus ambigit quare oporteat lege sacrorum, eum qui diuina sit inspecturus exanime corp<sup>9</sup> eo tẽpore nõ attingere. Veruntamen per corpora animalium mortuorum sæpius diuinorum inuocationes, consecutionesque peragantur. Iamblichus ita soluit. uates iubent diuinorum spectatorem exanime corpus, quod sacram non fuerit nõ attingere. Permittunt uero qđ consecratur attingere. Præterea uetãt humana corpora quæ iã deseruit anima. ne intuitu qđdem tangere. Vitæ nanque diuinæ uestigium quoddam uel simulacrum uel demonstratio in corpore per mortem extinguitur. Cæterorum uero animalium corpora mortua tangere religio nulla uetat.

Quoniam nec in uita diuiniore communicauerunt. Præterea quatenus ad immateriales deos consurgimus expedit tale corpus non attingisse. Quatenus uero ad materiales studemus accedere. tangere fre-

## IAMBlichVS :

quenter expediet. Nam per animalia deos eiusmodi aduocare solemus. Qui uidelicet talibus præsideant animalibus præsertim qui proxime & quasi cognata quadam conditione gubernent. Item hominibus quidem in materia comprehensis corpora uita priuata, maculam quãdam inferunt uidelicet non uiuens uiuenti, & sordidum puro & priuatum habenti habitum. Et mortuum habenti potentiam moriendi, propter cõmunem quãdam inter hæc habitudinem. sed dæmoni in corporeo penitus atque impassibili, talia corpora nihil obsunt. Nam caduca maxime supereminet.

### De uaticiniis per animalia.

Vando uaticinium agitur per corpora sacrorum animalium ut à sturum, non est putandum deos ad hæc accedere, uidelicet uniuersales prouisores ad curam diuisam particularem, materialem, proportionalem, circa animalia singula. Sed dæmones & hos quidem ualde diuisos & singulos singulis speciebus animalium distributos proximam curam animalium præfecturamque sortitos. hi namque principatū nacti sunt. haud prorsus sufficientem expertemque materia. Ideoque congrue instrumenta eiusmodi attingere solent. Ad hoc igitur ut eiusmodi per animalia uaticinium à dæmonibus consequamur parare his, oportet sedem talem, per quam possint inter homines obuersari, nobisque uti. Sedem uero hanc esse oportet in corpoream, ut incorporei dæmones per hanc nobis adsint. Erit igitur hæc anima talium animalium à corpore iam absoluta. Quatenus enim quodammodo & ipsa separata est à corpore, conuenit cum dæmonibus conuenit & nobiscum propter quandam uitæ cognationem. Igitur tanquam media præfidi eius dæmoni ministrat ad præfagium homini suggerendum & ad madata dæmonis declaranda & cum dæmone nos conciliat. Anima uero hæc eiusmodi uaticiniis utens, non solum uaticinium audit accipitue. Sed etiam non parum ex se ipsa confert ad executionem eius ad opera pertinentem. Hæc enim commouetur & cooperatur, & simul præuidet per quandam cõpatientem necessitatem. Sed eiusmodi uaticinium à diuino ueroque longissime distat. atque de rebus exiguis breuibusque habetur. Quæ in natura diuisa positæ sunt, & quotcunque circa generationem iam simul feruntur, atque motiones ex se ipsis exhibent potētibus eas accipere & passionibus multifariã inferunt, his quæ naturaliter ad cõpatiendū sunt exposita, per cõpassionem igitur præfagium eiusmodi prouenit. Non potest autem per passionem præcognitio perfecta contingere. Quod. n. imundæ imutabile, puræ

## DE MYSTERIIS

bile purū est, id præcipue futurū assequi consuevit. Quod uero cū materiali passibiliq; & tenebroso cōmerciū hēt obruitur ignorantia. hanc ergo artificiosam prælagii machinā, neq; legitimi uaticinii nomine dignā esse censemus, neq; serio pertractandam, neq; utēti, quasi sit ueridicus esse credendum.

*Quomodo obsecratores demonibus minabantur.*

Arrāt Porphyri<sup>9</sup> sacerdotes cōsueuisse uiolētis q̄busdā minis aduersū suposuti, ueluti nisi uos ita feceritis uel cōtra si feceritis aliqd̄ cœlos confringā uel occulta isidis patefaciā, uel archanū ī abyssō recōditū diuulgabo. aut sistā barī. i. nauē q̄dā apud ægyptios sacrā, aut mēbra osiridis typhoni disp̄gā cæterāq; similia. Iā blichus subdit exsecratores nō cōsueuisse dirigere minitatioēs eiusmōi, ut Porphyrius opinatur ad solē & lunā cæterāue cœlestia. sed esse ī mūdo genus aliquod potestātū ualde diuisum, & indiscretum, inconsideratūq;. quod accipit quidem ab alio rationē, siue sermonē exauditq;. Sed propria intelligentia nequaq;. Neq; uerū à falso, neq; possibile discernit ab impossibili. Hoc itaq; genus minitationibus laceffitum, protinus irritatum, & stupet, utpote quod & ipsum naturaliter dictis uehementioribus agitur, & alia ducit trahitq; p̄ stupidā quandam & instabilem fantasiā. Præterea sacerdos sepe nō humana uirtute sed diuina sacramentorum ineffabiliū ptāte mundanis numinibus imperat atq; minitatur. ipse tunc ī superiorum deorū ordine constitutus, & ideo grandioribus propria natura mandatis utitur atq; minis, neq; tamen tanq̄ facturus quæ tunc asseuerat, sed declarās quantā nactus fuerit potestātē pp̄ ipsam ad deos unione cōparatam uidelicet ex notitia possessione q; ineffabiliū symboloꝝ, siue signaculoꝝ quæ dicimus sacramēta. Itē dæmones p̄ prouincias partēsq; diuisi & partes mundi custodientes. singuli cōmēdatarum sibi partium tantā habent curā, ut nec uerbū quidē illius ordini dispensationis que cōtrarium ualeant tolerare perpetuam, uidelicet īmutabilēq; mundanorum perseuerantiā ob nixē custodientes. Ordinē uero eiusmodi suum ideo īmutabilē susceperunt, quoniam ordo deorū īmobilis p̄ manet in eisdem. In quo igitur esse hēt dæmones uel ætherei uel circa terrā distributi, hoc ipsum, nec minitatioibus inuadi unq̄ audire possunt. proinde dæmones ineffabiliū archanorūq; mysteriorum custodiam studiose procurant. Tanta uidelicet obseruantia, propterea q̄ intelligunt ordinem dispensationēque uniuersi præcipue in eiusmodi mysteriis contineri. Quatenus uidelicet allegorice per hæc uerba numina desi-

IÁMBLICHVS :

gnantur, ordinésque mundani. hanc enim ob causam mundi partes in ordine permanent, quod benefico potestas ofiridis sincero permanet, & intacta, neque contrario tumultu, & errore miscetur. Permanet insuper ipsa omnium uita pura semper & incorrupta quatenus uiuificæ, formosæque rationes quæ in iside recóditæ sunt, consistunt ibidem, dum inde mundus agitur, nec ipsæ in corpus hoc descendunt oculis manifestum. atqui & oia permanet imobilia & simul sempiterna generatiõis uidelicet successione, quoniam nullum solis cursum unquam sistere potest, perseuerant insuper integra, quoniam quæ in abyssu, idest profundo sunt abscondita, nunquam aperiuntur, in quibus ergo salutem habent omnia simul & uniuersum, uidelicet in eo quod & quæ naturaliter sunt occulta, ut sunt occulta seruentur, & maneant & secretissima deorum essentia, nunquam sortem contrariam subeat, nec oppositis misceatur, hoc inquam circum terranei dæmones, nec ad uocem usque auditumque sustinet aliter affici uerbisque prophanari. atque propterea aduersus dæmones eiusmodi uerborum usus habet aliquam potestatem. De his autem nullus alicubi minitatur. Nec ad illos sunt obsecrationes eiusmodi constitutæ. quapropter caldæi sacerdotes apud quos diiudicatus decretusque est, purus ipse ad solos deos sermo, nunquam minus utuntur. Aegyptii uero qui cum diuinis sacramentis dæmonicos sermones admiscunt, ad minas eiusmodi aliquando se conuertunt.

Expositio symbolorum ægyptiæ theologiæ.

Mitantes ægyptii ipsam uniuersi naturam, fabricamque deorum, ipsi quoque mysticarum reconditarumque notionum imagines quasdam in symbolis conficiendis ostendunt. quemadmodum & natura rationes occultas in apparëtibus formis quasi symbolis exprimit, & dii ueritatem idearum per manifestas imagines explicant. Cum ergo perspiciant superiora omnia inferiorum similitudinem delectari, atque insuper optent à superioribus bonitate repleti, quatenus pro uiribus imitentur, merito & ipsi conuenientem superis modum agendi pro uiribus offerunt, quando occulta mysteria symbolis inserunt manifestis, in quibus interpretandis dimitte uoces, accipe sensus. Quando igitur lutum in sacris nominant, ut inducunt, hoc intellige mundi corpus, atque materiam genitalémque uirtutem huic insertam & quasi pariter agitatam, atque fluentem, aut etiam causam principalem, & quasi loco fundamenti præpositam, elementorum elementaliumque uirtutum. Cum hoc igitur tale sit deus ipse generationis totiusque naturæ uirium omnium quæ

## DE MYSTERIIS

omnium quæ in sita sunt elementis, causa utpotè qui hæc supereminet  
at omnia immaterialis ipsæ indiuisus immobilis, & ingenitus totusque  
ex seipso & in seipso totus. hæc oïa perspicuus antecedit, & ducit in se cuncta  
complectens, atque ex eo quod complectitur omnia ac de suo mundanis tri-  
buit omnibus ex ipsis eluxit. **Quoniam** uero supereminet omnia efful-  
get, ut segregatus a mundanis omnibus secum ipse solus per sublime pro-  
cedens. Confirmat & hoc, quod subinde sequitur symbolum, ubi deus indu-  
citur sedens super loton aquaticam, scilicet arborem ubi significatur de-  
um principatu suo mundanum superexcedere lutum nec attingere gu-  
bernando, sed principatum gerere intellectualem penitus & empireum.  
Oïa. n. in loto rotunda sunt tum poma, tum folia, ex quo significatur circu-  
laris actio mentis per eadem uidelicet, & eodem pacto se habens. Deus  
igitur ipse super hanc in super actionem in seipso consistit, superans eius-  
modi principatum sanctus & uenerandus, & in seipso penitus conque-  
scens, quod quidem ex actu sedendi significatur proinde ubi deum in-  
troducunt nauis gubernatorem principatum significant mundi guber-  
natorem. sicut enim gubernator à nauis & gubernaculo segregatus uno  
quodam facilique momento mouet undique & regit, dirigitque nauem  
ita deus ipse mundum desuper uidelicet à primis naturæ principiis præ-  
cipuas motionum causas exhibens. **Quoniam** uero partes cæli omnes  
animaliaque cælestia, & totus uniuersi motus ipsiusque tempus secundum  
quod mundus ipse mouetur, cuncta denique quæ continentur in totis, ui-  
res à sole descendentes accipiunt, alias quidem commistas in ipsis, alias  
autem commistionem exuperantes, ideo has quoque symbolicus signifi-  
candi modus adducit, uerbis quidem solem designans secundum ani-  
malia cælestia figurari, formasque uicissim commutare per oras. Inte-  
rea uero demonstrans immutabilem eius simulque totam per totum mun-  
dum traditionem. sed quoniam quæ suspiciunt, alia quidem alibi cir-  
ca impartibilem feruntur dei traditionem atque ipsa pro diuersitate na-  
turarum motionumque suarum. multiformes accipiunt à sole po-  
tètiâs propterea symbolica traditio uult per donorum multitudinem  
unum ingredi deum, atque per potètiâs multiformes unam dei adesse  
potètiâ. **Quapropter** inquit ipsum unum eundemque consistere  
uices uero formarum, transfigurationesque insusipientibus asserit re-  
sultare quapropter illum secundum animalia & ad oras commutari ait,  
quasi circa deum mutationes eiusmodi uariantur secundum diuersa sub-  
sceptacula dei eiusmodi uotis utuntur ægyptii non solum in ipsis deo-

## IAMBlichVS

rum propriis uisionibus. sed in precibus etiam leuioribus, quæ eiusmodi sensum habent, atque per talem symbolicam mysticamque culturam ad deos supplicandos accedunt.

### Denominibus diuinis.

Orphyrus quærit cur sacerdotes utatur nominibus, quibusdam nihil significantibus. Iamblichus respondet omnia eiusmodi nomina significare aliquid apud deos quamuis in quibusdam significato nobis sint ignota, esse tamen nota quædam, quorum interpretationem diuinitus accepimus. omnino uero modum in eis significandi ineffabilem esse. Neque secundum imaginationes humanas sed secundum intellectum, qui in nobis est diuinus, uel potius simplici ore præstantioreque modo secundum intellectum diis unitum. Auferendum igitur à diuinis nominibus omnes excogitationes & rationales discursus atque assimulationes naturales uocis ipsius congenitas, ad res positas in natura, & quemadmodum character symbolicus diuinæ similitudinis in se intellectualis est, atque diuinus ita hunc ipsum in omnibus supponere accipereque debemus. quod autem hic nobis sit, hoc ipsum in eo est maxime uenerandum. præstantius enim est, quam ut in nostram notitiam diuidatur. iam uero in quibus diuinorum nominibus resolutionem suam diuinitus accepimus in his totam habemus essentiæ potentiæque & ordinis diuini notitiam ipso nomine comprehensam, atque etiam mysticam & ineffabilem simulque totam deorum imaginem in anima custodiamus, animamque per hæc ad deos attollimus eleuatamque illis pro uiribus copulamur. Proinde quæritur cur nam inter nomina diuinorum barbara cæteris anteponimus, quia uidelicet sacrarum gentium uelut ægyptiorum assiriorumque totum dii sermonem approbauerunt tanquam sacris maxime congruentem, propterea & cœs dictiones modosque loquendi arbitramur cognatæ ad deos dictioni, orationi que adhibendum præsertim quæ antiquior primusque extitit. modus iste loquendi. atque & quoniam præia nomina diuinitus accipiunt dum ea cum propria lingua miscerent tanquam cum familiari, consentanea que illis uoce contemperantes ita nobis seruanda perpetuo tradiderunt. Nosque ita ipsam traditionis regulam rite deinceps conseruare debemus. Siquid enim aliud diis conuenit sempiternum ipsum & immutabile diis est præcæteris cognatissimum. Inter hæc Porphyrius ait illum qui uocem audit nominum diuinorum ad significata respicere, ideoque sufficere notionem ipsam eandem ubique manentem, qualiscunque sit dictio. Respondet Iamblichus hunc in modum, non est autem id tale, quale tu putas, si enim nomi  
na ex ho

## DE MYSTERIIS.

na ex hominū pacto conuentoque posita essent, nihil interest alia pro aliis cōmutare. Sin aut naturæ rerum accōmodata fuerūt, quæ huic maxime congruunt hæc & diis maxime sunt amica. ex his perspicue patet sacrarum gentium uocem rationaliter cæteris esse præpositam. Neque enim profuse eandem mentem seruant nomina in aliam linguam interpretata. sed sunt gentibus singulis propria quædam, quæ gentibus aliis p̄ uocē significari nō possint. accedit ad hæc, q̄ si significationū proprietates per aliam linguam interpretari possimus, non tamen eandem conseruant permutata potentiam. habēt insuper nomina barbara, multam emphasim, idest insinuationis demōstrationisq̄ efficaciam. habēt & cōcisam breuitatē. Minimū uero ambiguitatis & uarietatis multitudinisq̄ uerborum propter hæc omnia superis maxime congruunt. Deponē igitur suspitiones à ueritate cadentes quibus suspicaris ægyptiam ibi cōferre linguam duntaxat ubi ægyptiusest, uel usus ægyptia lingua qui tunc inuocatus. Potius autem existimato, quoniam primi omniū ægyptii præsentiam, participationemque deorum sortiti sunt, ideo deos inuocantē potissimū approbare, quando ægyptio ritu uocantur, neque uero dicendū est barbara hæc obscura, diuinorum nomina eē quædam præstigiatorū fascinatorūq̄ machinamēta, quo enī pacto quæ maxime coniuncta sunt diis, nōs quoq̄ coniungunt, & quasi æquales cū superis uires habent. phantastica figmenta erunt, sine quibus nullū in sacris opus efficitur. Sed neque prætegmina inuolucraque eiusmodi per nostras passiones efficiuntur, ex fama diuino tributas. Non enim exordientes ab his quæ ipsi patimur, imo uero ab ipsis deorū propriis cōpetentes illis secundū naturā attribuimus dictiones. Neque contrarias de diuino agimus notiones. Contra uidelicet quā ipsum re uera se habeat. sed prout natura se habet, & quē admodū ueritatē de ipso consecuti sunt primi. qui leges nobis de religiōis sanctimonia tradiderunt, sic perseueramus in eis, siquid enī aliud ī sacris legibus atq̄ ritib⁹ deo placet, firmitas ipsa maxie placet & præcipue cōgruit. Oportet igitur ritus adoratiōis antiquos tanq̄ sacros cōseruare semp̄ intactos, neq̄ demere qcq̄, neq̄ aliud de quid addere, ferme nāq̄ & hoc causa nuper extitit, ut omnia & noīa & uota debilitata iam sint propterea q̄ propter ipsam præuaricationem & in nouandi cupiditatem permutata sunt semper, & permutari nō desinūt.

Græci nanque natura rerum nouarum studiosi sunt, ac præcipites usque quaq̄ feruntur, instar nauis saburra carentis nullam habētes stabilitatem, neq̄ cōseruant quod ab aliis acceperunt. Sed & hoc cito dixit



mittunt, & oia propter instabilitatē nouēq; inuēntiōis elocutionē trans-  
formare solent. barbari uero sicut moribus graues firmiq; sunt, sic & in  
eisdem sermonibus firmiter perseuerant, ob quam sane stabilitatem, &  
ipsi diis sunt amici & orationes offerunt illis acceptas, quas nulli ulla un-  
quam ratione fas est permutare.

Opinio ægyptiorum de deo atq; diis.

Værit subinde Porphyrius quidnā primam ægyptii causam  
esse uelint. Vtrum intellectum an super intellectū. Itē utrum  
unū aliquid solum an una cū alio quodam, siue aliis. Rursus  
utrū incorporeum sit, aut forsitan corporale. Præterea nun sit idem cū  
opifice mundi an opifice sit superius & nunquid ex uno an ex pluribus  
cuncta profluxerint. omnēmq; nunquid uelint primū fundamentum  
esse materiam prorsus informē, an corpora qualia. ipsāmq; materiā nū-  
quid ingenerabilē. aut genitā adhæc Iamblichus ita respōdit. Ego uero  
cām in primis tibi dicā ob quā sacri & antiqui ægyptiorū scriptores de  
his uaria senserint. Et insuper huius seculi sapientes nō eadem de his ra-  
tiōe loquātur. Cum enim multæ in uniuerso sint essentiæ, ac multifari-  
am inter se differant, merito earum & multa earum tradita sunt princi-  
pia habentia ordines differētes, & ab aliis sacerdotibus alia. principia  
quidem tota uniuersalia ue ut narrat Seleucus. Mercurius ipse tradit ui-  
ginti milibus uoluminibus, uel sicut Meneteus recenset, tradidit uolu-  
minibus triginta milibus. itēmq; sex milibus & quingentis atque ui-  
ginti quinque, & in eis perfectæ omnia demonstrauit. Propria uero par-  
ticularium essentiarum principia alii antiquorum, alia passim intro-  
duxerint. Oportet igitur de his omnibus ueritatem breuiter declarere  
atque primum quod primo quæsiisti. Primus deus ante ens, & solus,  
pater est primi dei, quem gignit manens in unitate sua solitaria atque  
id est super intelligibile. estq; exemplar ipsius, qđ dicitur sui pater, sui fi-  
lius, uni pater & deus uere bonus. Ille enim maior & primus, & fons  
omnium, & radix eorum quæ prima intelliguntur & intelligūt scilicet  
idearum. Ab hoc utique uno deus per se sufficiens seipsum explicauit.  
Ideoq; dicitur per se sufficiens sui pater, per se princeps. Est enī hic prin-  
cipium, deus deorum. unitas ex uno super essentiam, essentiæ principi-  
um. Ab eo enī essentia. propterea pater essentiæ nominatur. Ipse enī ē  
superenter ens intelligibilium principium. hæc sunt principia omniū  
antiquissima. Quæ mercurius præponit diis æthereis empireis cœlesti-  
bus?

## DE MYSTERIIS

bus: Componens de empireis libros centum, totidemque de æthereis, mille de cœlestibus. Secundum uero alium ordinem præponit deum emeph diis cœlestibus tanquam ducē, quem ait intellectū esse se ipsum intelligentem atque in se intelligentias conuertentem. huic unum impartibile anteponeit, quod appellat primum exemplar aut expressionē aut effigiem. quod icthon appellat. In quo est primum intelligens & intelligibile primum, quod solo silētio colitur, præter hos autem rerum apparentium opificio alii duces præfunt. Nam opifex intellectus qui & ueritatis est dominus, atque sapientia, quatenus in generationem progrediens occultam latentium rationum potentiā traducit in lucem. amun ægyptiaca lingua uocatur. Quatenus autem sine mendacio peragit omnia & artificiose simul cum ueritate phtha nuncupatur græci uero hunc uulcanum nominant artificiosum duntaxat considerantes.

Quantū uero effector est bono & appellatur osiris aliásq; deno iationes hēt pp potētias, actionēsq; differentes. Est & principatus alius apud illos sup elementa tota in generatiōe posita, uirtutēsq; eo & quarū quatuor qdē masculinæ quatuor fœmininæ. Quem principatum soli tribuunt. Item alius principatus sup naturā oēm, quæ in generatiōe uersatur lunæ tributis. Marsilius, Potes in his ordinem consentientem proculo ita disponere. Primum est ipsum unum super ens super intelligibile totum. Secundum unum ens, siue unitas entis in quo unitas sua suo enti præponitur. potest & intellectus intelligibilis appellari & sui pater. Tertiū est intellectus intelligibilis intellectualis q; simul & unitus intellectus & expressio, prima icthon. Quartum intellectus intellectualis iam explicatus cœlestium dux deorum emeph. Quintum intellectus opifex proximus dux opificum mundanorum, qui sunt dii cælestes empireique & ætherei hic forsan intellectus est animæ mundi qui nominatur Amun phtha Vulcanus osiris. Iamblichus diuidentes uero cœlum in partes duas, uel quatuor, uel duodecim, uel sex atque triginta, uel harum duplas, uel aliter quomodocunque principatus his quoque perficiūt aut pauciores aut plures. Rursus ducem unum his anteponunt atque ita ægyptiorum tractatus de principiis desup ad postrema progrediens ab uno descendit in multitudinem. ab uno uidelicet gubernatam à deo ubique indefinita natura sub quodam termino definito sit imperiose comprehensa. Præcipue uero ab excelsa omnium causa unitate. Materiam uero produxit deus materialitate. uidelicet

## IAMBlichVS :

ab essentialitate sub deriuata quam opifex uitalem assumens, simplices impatibilesque sphaeras effecit. Ipsius uero postremum accepit ad generabilia & corruptibilia corpora facienda. His ita discretis facile soluuntur dubia, quae in libris aegyptiis, quos legisti cocepisse dicis. Qui enim sub mercurii titulo circumferuntur, opiniones mercuriales continent, & si saepe philosophorum graecorum stilo loquuntur. Sunt enim ex lingua aegyptia in graecam translatae à uiris philosophiae non imperitis.

Optarem uero ut quicumque mundanarum rerum causas primas attingunt, ultima quoque principia declararent. Item quicumque planetas zodiacum decanos horoscopus, stellas potentes duces tractant, ut particulares principiorum distributiones traderent. Proinde dogmata qua in salaminiacis sunt breuissimam partem mercurialium ordinationum continent. item quae de stellarum apparitionibus uel latebris aut lunae augmento uel decremento tractantur, in postremis penes aegyptios assignationem causarum, habent. Profecto aegyptii non omnia esse naturalia putant, sed uitam & intellectualem, & animalem à natura discernunt. Non in mundo solum, sed etiam in hominibus. atque cum intellectum & rationem secundum se ipsos existentes praefecerint. Sic quaecumque fiunt fieri arbitrantur, atque eorum quae in generatione uersantur, primum praecipuum uel patrem esse opificem asserunt. Cognoscunt quoque uitalem potentiam, & quae in caelo est, & quae super caelum extat.

Item purum intellectum collocant super mundum, & unum impartibilem in toto mundo, & alterum per omnes circulos distributum.

Iam uero haec non oratione rationeque nuda speculari solent, sed admonent in super atque docent, ad excelsiora communioraque, & superiora fato naturam nostram progredi ad ipsum deum opificem que mundi. Quatenus neque materiam ferat secum, neque aliud quicquam praeter oportuni temporis obseruantiam, idque sacrorum opera nos consequi docent, atque simul efficiunt. tradidit haec quoque uiam nobis ipse mercurius. Sed interpretatus est ea propheta bitis Ammoni Regi in uetera in adytis templi in urbe Sayn, aegypti litteris que sacris insculptae praebuit quoque nobis. Dei nomen discurrens per uniuersum, sunt & alii multi ordines de eisdem. Quapropter non recte mihi uideris aegyptiorum omnia ad naturales duntaxat reducere causas. Sunt enim apud illos plura atque essentiis pluribus, sunt & potestates supermundanae quas & religiosa principia factimonia coluerunt.

## DE MYSTERIIS.

De libero arbitrio & quomodo soluamur à fato .

**P**ost hæc ait Porphyrius plures ægyptio & ipsum quoq; arbitrium nostrum motui stellæ & supposuisse. Respondet Iamblich<sup>9</sup> ex mercurialibus sententiis hunc imodum duas hō aīas hēt ut mercuriales litteræ docēt. una quidē est ab itelligibili primo, atq; ipsius opificis potentiæ particeps. Altera uero ex circuitu cœlestium nobis idita. In quā, & aīa speculatrix diuino & irrepit. Anima igitur a mūdīs in nos descendēs mundo & quoq; circuitus sequitur. Quæ uero ab itelligibili ueniēs itelligibiliter adest geneficū circuitum supeminet. atq; p eā & a fato soluimur & ad intelligibiles deos ascēdimus. Et religionē habemus ad æterna tendentē. nō igitur putandū est de quo tu dubitabas oīa insolubilibus necessitatis uinculis, qđ fatū nomināt, colligari. habet. n. aīa principiū in se propriū, quo ad intelligibile sese conferat, & discedat quidē ab his quæ gignuntur. ad ipsū uero ens accedat, atq; diuinū Neq; rursus diis applicuimus fatum, quos tanq̄ soluentes a fato in templis sacrifq; & statuis ueneramur. Ipsi quidem dii fatum soluunt. Naturæ uero ab eis ultimæ descendētes, atq; generationi corporiq; mundi iam implicitæ fatum peragunt. Merito igitur omnem diis sanctimoniam adhibemus, ut ipsi quidem soli p intellectuāle persuasionē dominātes necessitati mala nobis a fato imminētia soluant. Non enī totū in natura fati ligatum est. sed est, & aliud principium aīæ, & natura & generatiōe præstantius, per qđ & diis possumus copulari, & mundanum ordinē superare. atq; sempiternā uitā supcœlestiūmq; deorum actionem participare. per hoc igitur nos ipsos a fato eximere possumus. Quando enī præstantiora eorum quæ nobis insunt agunt & ad præstātiora sui ipsius anima reuocatur. tunc ab illis, quæ eam in generatione deuinciunt penitus segregatur a deterioribusq; descēdit. Atque alterā pro altera uitā cōmutat. seq; ipsam in alium, interferit ordinem dum priorē oīno deserit ordinem. Quid ergo Nunquid possibile est p deos circuncurentes a fato se ipsum soluere. Atque eosdem interim existimare duces auctores que factorum uinculisque insolubilibus uitas penitus alligantes. forte uero nihil prohibet ita fieri. Cum enim dii essentias potentiasque multas in se complectantur, quid nam prohibet illis inesse, & alias nobis inæstimabiles differentias, atque contrarietates. Iam uero, & hoc licet dicere, in unoquoque deorum etiam apparentium inesse intelligibilia, quædam essentiæ principia, per quæ animabus a generatione mundorum fuga contingat, atque libertas. Siquis autem duos deorū ordines

## IAMBlichVS

non admittat ad solutionis officium. s. mūdānos simul atq; sup munda nos, saltē p supmūdānos fiet quādoq; solutio. Verū hāc i tractatu deorum diligentius declarātur. Qui nā dii potissimū sint ad supā reductores & quō reuocent q̄būs ue potentiis, & qua ratiōe fatū soluat, & p quos precipue redditus sacrorū opatione pactos, & q̄s ordo mūdānæ naturæ & quo pacto intellectualis actio cōsumata huic ordini dominetur. quā obrē quod tu ex homeri uersibus adduxisti. s. deos eē flexibiles dictu nephas eē cēsemus. legibus nāq; sinceris intellectualibusq; iādiu definita sunt sancta religionis opera atq; ordīe potentiāq; maiore, deteriora soluentur. & quatenus nos in fortē traducimur meliorē, eatenus à deterioribus fit discessus, nec propterea cōtigit aliquid præter regulā ab initio cōstitutā, adeo ut dii flectantur pp sacrificium cultūmq; posterius actū sed à primo descensu deus aīasea cōditione demisit, ut ad eū iterum reuertantur. Neq; inter se repugnāt adscēsus aīæ, atq; descensus. sicut enī in uniuerso intellectuali, una cū essentia generatio. immo & hoc totum recte connectitur, sic & in aīarum dispositiōe, una cum earum circa generationem cura solutio quoq; à generatione consentit.

### De suo cuique dæmone.

Værebat post hāc multa Porphyrius de suo cuiq; dæmone. respondet ad hāc Iamblichus ita. Duplex est tractatus de dæmone unicuiq; proprio. Alter quidē sacer, siue deificus. Alter artificiosus. Ille dæmonē à supnis causis inuocat. hic à circuitibus, qui in generatione uersantur. Ille quidē exploratione uniuscuiusq; genituræ nō utitur. hic talia diligēter explorat. Ille uniuersalis sup naturā, hic particularius secundū naturā dæmonē colit, & curat. Cum igitur hāc ita se habeant, absurde tu mihi uideris culturam pfectiorem ad humanā admodū trāstulisse, & i hac duntaxat quæstiones tuas exercuisse. Propterea ubi naturali tantū uia quæris colīs ue dæmonē uideris, & eiusmōi uiaē exiguā quandā particulā accepisse. Consueuerūt. n. qui circa naturā artificiose pquirunt, & opantur, ordinate uocare dæmonē à decanis, i. faciētibus. Atq; ab influxuū dispensatoribus imaginib<sup>9</sup> cœli, stellisq; soleq; & luna. Item à polis totisq; elementis atq; mundo. Tu uero non recte breuissimam horum partem seligens scilicet ipsum genitalis figuræ dominum, de hoc duntaxat quæstiones inducis, & hac in parte hoc uno supposito perscrutaris, quo nam pacto dominus ipse figuræ dæmonem tribuat. Atque secundum quam, & qualē uitā uel potentiā, uel ifluxuū ab illo nobis ifluat. ubi prorsus in gēitura explorationē moraris præscrutans

## DE MYSTERIIS

tans utrū subsistat dæmon nec ne & utrū figuræ domini inueniri possit aut forte non possit. Afferis deniq; hunc fore beatum qui inuenta generationis suæ figura fatalia sic effugerit Ita uidelicet suum dæmonem cōspicatus. mihi uero uidentur hæc inter se dissentire & à ueritate deficere. Si enī ab ipsa generationis figura dæmon nobis est attributus atq; inde cognouimus eum, quo nam pacto fatalia fugiemus p̄ notitiam dæmonis fato nobis addicti. atq; & si necessaria à nobis per dæmonem expellimus, uel affirmas, quando ulterius sunt hæc una cum dæmone nobis destinata per fatum.

### De iudiciis astrologorum & dæmone.

Orphyrus dicit si quis cognosceret figurā natiuitatis dominiq; figuræ, inueniret dæmonē suum, & per ipsū solueretur à fato natiuitatis sed subdit impossibile esse scire illā, & hunc inuenire, & regulas astronomiæ, & astrologiæ esse incōprehensibiles, & i certaste et cheremōe. Iamblichus dicit dæmonē neq; cognosci, neq; dari ab illa figura & dæmonio eius. Alioquin non solueret nos à fato natiuitatis, sed dari ab antiquiori principio & altiori. s. à diis superioribus & cum primum anima inclinatur ad sensibilia ante conceptionē & solui nos à fato non tam per dæmonem, q̄ per cultū superioris numinis. Non solū uero illa porphyrii dicta à se ipsis, sed etiam à ueritate dissentiuunt. Non enim ab ipsa propria generationis figura omnino unicuiq; tributus est dæmon, sed est & antiquus hoc initiū. Item si hic duntaxat dæmon agnosceretur, non foret propterea fœlix, qui geneficum cognosceret dæmonem. Et quis nam hunc ducem accipiat ad effugenda fatalia. Si ad hæc explenda est ipse tributus, oīno uero præcipuas prætermittis de essentia & de ordine dæmonis quæstiones, ultimas uero tãgis unde descēdat.

Inquis præterea innumerabiles circumferri astrologiæ regulas, dubitationesq; de genesi. Vnde appareat scientiā de his haberi nō posse. Ego uero censeo primum quidē haberi posse per diuinū uaticinium ueritatē certissimā circa stellas. Nec nos oīno regularū dinumeratione, nec artificiosis prædicationibus indigere, & in super addo te non penitus impossibilem inde notitiam demonstrare quantum ad mathematicā scientiā pertinet, quod diuersæ iter illos feruntur opiniōes quod ue cheremon, & qui uis alius contradicit. Sic enim & in omni scientia simul & arte pp̄ dissidentes opiniōes dicere nullā eē scientiā cogeremur, sed profecto ubiq; nō solum falsa inter se dissident, sed & à ueris falsa dissentiuunt ut ubique præter falsa ueritas inueniri possit. Porphyrius dicit regulas

## IAMBlichVS :

etiam astronomiæ comprehendi nõ posse, ne dum astrologiæ, & multas esse illis dissensiones, & à multis impugnari. Respondet Iamblichus diuinum uaticiniũ põt docere naturã, & effectũ astroꝝ sine arte. Astronomia & aliæ artes quondã à diis datæ lógo tpe humanis opinionibns confunduntur exiguũq; diuinitatis, & ueritatis deniq; retinent. in astronomia est aliquid ueri, quũs exiguũ qd patet per effectus stellarũ iter se ex mēsurã prouenientes in cœlo, sicut prædictũ est de eclipsi solis & lunæ & aspectibus planetarum. Regulæ mensuræ, magnitudinem, distãtiarum, progressionum, cometaꝝ, atq; similiarum diu apud caldæos, & apud nos obseruatæ testantur astronomiæ scientiã esse uerã. Porphyrius dicit dominum figuræ, uel dominos si plures sint deprehēdi nõ posse ēt iudicio astronomoꝝ, & astrologoꝝ, sed inde proprium dæmonē esse quærēdũ Iamblichus dicit astrologos dare regulas, alios scilicet quinq; alios pauciores alios plures ad inueniendos, uel discernendos dominos figurarum. Non dicit inquã haberi regulas, & inueniri atq; discerni, sed ita putari, & tradi ab illis contra dicta Porphyrii. Quidnam prohibet figuræ dominum atq; dæmonē per astrologiã quidem difficile iueniri. facillime uero per diuinum uaticinium atque sacrificia. Neque putandum est dæmonem à solo figuræ domino tribui. Sunt enim plura hoc eius & antiquiora principia. Neque humanis artibus, sed diuinis proprium dæmonem possumus inuenire. proprius cuiq; dæmon nõ à particulari quodam cœli elementorũ uel dispositione distribuitur, sed à tota mundi dispositione, quando descendit aia regnante ipsiq; dæmonem, certum accomodante executorem uitæ quã elegerit anima, hic eam cõciliat corpori, uitam corpori cõmunicatam curat. uitam animæ propriam dirigit, cogitationi assidue principia exhibet, nosq; agimus talia, qualia hic adducit in mentem, eatenusque nos gubernat, quo ad sacris perfecti dominũ pro dæmone cõmutemus. Tunc dæmon deo cedēs, uel uacat ab opere, uel cõducit ad idem. fors alicuius propria tribuitur animæ dum descendit ex toto mundi corpore, & uita pro ut tunc se habet ad illam, & illa fors certo dæmone ducitur, & impletur. Ergo est impossibile iudicare certose uentus cum omnium causarum concursum comprehendere nequeamus, nisi per inspirationem diuinam id assequamur.

Vnde proprius dæmon ueniat, quid uel agat & utrũ sit unicus.

Proprius dæmon non à parte quadam cœli elementorũ uel tribuitur, imo uero à toto mũdo, & à multiformi in eo uita, & à multiformib⁹ corporib⁹ p quæ trástitaia descēdēs i generatio-

nem.

## DE MYSTERIIS

né, secernitur proprie atq; decernitur fors í nobis quædã propria nostris  
 secúdu præfecturã propriã distributa. hic utiq; dæmó erat í exéplari an  
 tequã in generationem animæ laberentur. Quæ cum primum anima  
 ducem accepit, adstat ipse dæmon expletor subinde uitarum. hic aiam  
 ut dixi descendētē alligat corpori. cõmune eius aial ipse curat. Vitã ani  
 mæ propriã dirigit. & quodcũq; ratiocinamur exhibet ratiocinãdi prĩ  
 cipia, agimusq; talia, qualia is adducit in mētē, gubernatq; nos quousq;  
 sacris opibus expiati, deũ subeamus pro dæmone ducē. cui post hac dæ  
 mon ita cedit, ut uel uacet eo præse, uel cõducat ad idē. Quærebas de  
 idē utrũ plures adsint unicuiq; dæmões, alii alia gubernãtes in homine.  
 Respodem<sup>9</sup> ad hæc dæmonē, nõ alicui parti nostrũ præesse dũtaxat sed  
 toti simul ad eẽ totũ ducere, quẽadmodum à totis, quæ í mũdo sũt ordi  
 nibus, est attributus. Coniectabas plures pro numero nostrarum parti  
 um dæmones nobis adesse. Præterea q̄ etiã in ipso corpore diuersi sint  
 dæmones alius sanitatem, alius pulchritudinem alii quandam in his ha  
 bitudinem curent. Vnusque his æque præsit in corpore. Sic & putabas  
 alium dæmonem corpus, alium animam, alium mentem regere. Præ  
 stat uero eiusmodi coniectura ad hoc ipsum uti uidelicet q̄ corpus &  
 anima & intellectus eodem dæmone gubernentur. Noli igitur ita diui  
 dere, ut alius sit corporis Dæmon, alius animæ, alius intellectus. absur  
 dum est enĩ animal quidem esse unum, dæmonium uero animali præ  
 fectum multiforme putare. Nam quæ principatum tenent, ubique sim  
 pliciora sunt subditis. Est in super & absurdus, si multi dæmones domi  
 nantes uelut dæmonii partes, non conflati in unum sint, sed inter se dif  
 iuncti. Introducis autem & in ipsis contrarietatem, tanquam do  
 minantium dæmonum alteri boni sint, alteri uero mali. Cum tamen  
 nusquam mali spiritus sortem habeant præfecturæ, nec pari uel auctori  
 tate, uel numero ex aduerso bonorum distributi sint. Post hæc suspi  
 caris dæmonem propriũ esse quandã aia partē uidelicet itellectũ, eũq;  
 hoĩem esse *ὁ δαιμόνιον* .i. fœlicem: qui sapientem habeat intellectum qđ  
 si ita sit, non erit amplius alius ordo præstantior homine præfectus ho  
 mini. Sed inter diuisas animæ partes superior inferioribus dnãbitur. Vbi  
 tamen cunctæ cognatæ sũt, nulla uero ut absoluta subditis dominatur.  
 Inducis post hæc dæmonis cultũ tanq̄ ad plura factũ, partĩ quidẽ tanq̄  
 ad duos dæmones, partĩ et uelut ad tres, nefas uero est causas nobis præsi  
 dentes partiri, nec ad unum redigere præfecturam. Quippe cum unitas  
 in omnibus dominetur. Iam uero & qui dæmonium secundum corp<sup>9</sup>



corporisque dispensationem diuiditis principatum eius in partē eiusdem redigit angustissimam. Quapropter religiosum cultū circa dæmonium ita diuisū cōsiderare non decet, cū opinio ipsa in qua fūdatur debilitate uacillet. Vnus igitur est secundū unūquenq; nostrum dæmon proprius gubernator. dæmonē uero cōmunē penit<sup>9</sup>, & eundē cunctoꝝ hoīum existimare nō decet, uidelicet rursū cōmunē q̄dem ī se ipso. propria uero cōditiōe unicuiq; copulatū. Ipsa. n. secūdū speciē unāquanq; diuisio materiæq; alteritas ipsā rerum secundū se incorporeæ. cōmitātem identitatēque non suscipit.

#### Inuocatio dæmonis.

Væris deinde quare cōmuni quadā apud oēs inuocatione aduocare dæmonē soleamus, quoniā uidelicet p̄ deū dominum unū dæmonū agitur inuocatio, qui & à p̄cipio suū cuiq; dæmonē definiuit, & in sacrificiis secūdū propriā uoluntatē suū cuiq; mōstrat. Semp. n. in sacraꝝ opationū ordine p̄ superiora numina īferiora uocantur. Quare & indæmonibus unusq̄dam dux eoꝝ, qui circa generationē optinet p̄cipatū dæmonē suū ad unūquēq; demittit. Postq̄ igitur adē unicuiq; suus, tūc & congruū sibi cultū pandit nomēq; suū modumq; inuocationis suæ propriū patefacit. Atq; hic cōueniēs ē ordo dæmonū. Alius. n. ordo īuocātibus est cognatus. alius ab antiquioribus causis procedit alius cōspirationē in eis conficit ad idem cōmuniter conferentem. Noli igitur diuinas inuocationes humanis similes arbitrari, & ineffabiles effabilibus comparare, & eas quæ omnem terminū oēmq; indeterminatum modum superat humanis imperiis mandatīsq; conferre, siue definita sint hæc siue prorsus indefinita. Quæ enim apud nos sunt cum toto genere cōmune nihil habent. Atque cum his quæ secundum totum ordinem nos excedunt. Totāque essentiam nostram naturāque exsuperant. Iam hinc uero maxime errores hominibus ingētes accidunt. Quando ex humana debilitate aliquid de dominationibus dæmonicis ratiocinari solēt & paruis nihil pendendīque atq; diuisis ingentia & magni pendenda, & perfectō perpēdunt.

#### De fœlicitate.

Vspicaris ne forte alia quædam ad beatitudinem præter diuinum cultum, uia lateat, & quænam ista potissimum sit interrogas. Sed profectō si in diis bonoꝝ omnīū essentia p̄fectioq; cōtinetur ac prima pōtas, primūq; bonoꝝ illic ē p̄cipiū. merito soli nos sacerdotes, & q̄ similiter sup̄is se dediderūt, atq; legitime unionē ad illos

## DE MYSTERIIS.

illos fuerint consecuti bono & oïum principiũ atque finẽ studiose prosequimur. in hoc utiq; statu & ueritatis cõtemplatio adest, & intellectuales scientiæ cõsumatio. Atq; una cũ deo & cognitione conuersio quoque ad nos ipsos nostriq; agnitio comitatur. Frustra uero suspicaris, ne forte religiosus ex opinionibus humanis fauoribusq; dependeat. Quid nã ocii esse potest animo diis deditio ad humanas laudes auscultandas.

Religionem esse ueram.

Ed neque quod sequitur recte dubitas, ne forte religiosus ipse fallat, ubi ais animam magna sæpe ex contingenti confingere

**Q**uodnam in rebus uere existentibus figmentorum initium esse potest. Non ne potentia phãastica in nobis est illa, quæ idola fingit, atque transformat: atque quando uita intellectualis pfectæ agit, phãasia nulla suboritur, non ne penes deos ueritas ipsa secundum essentiam una cũ illis existit. Non ne multo magis & illa, quæ secundum cõsonantiam in rebus intelligibilibus est fũdata. Frustra igitur talia & abste, & ab aliis diuulgantur. Quinetiam ubi tu, & alii religiosos calũniamini tanquã præstigiatores, atque uanos, & iectabundos longius à ueritate disceditis, sicut enim cæteris artibus, sic & in religione sunt, qui eam falso profiteantur. Quæ professio longius quam aliud quicquam à religione discedit. Malum enim bono magis quam non bono contrarium est.

De præfagio naturali artificioso atque de diuino.

Iqua nobis aptitudo naturaliter insit ad futuri præfagiũ. quẽ admodum animalibus terremotuũ, procellarũq; & frigorũ naturalis inest præcognitio. Non uidetur eiusmodi prænotio habere aliquid uenerandum. Nam secundum sensus acumen, uel compassionem, uel aliam quandam commotionem uirium naturalium, eiusmodi præfagium naturale consequitur, Neque sursum si quis secundum rationis discursum, uel obseruationem signorum effectus aliquos præcedentium, sicut à contractione pulsus. Atque rigore medici febrẽ præuidere solent, uidetur eiusmodi præsentia esse admodum honoranda. humana nanque, & suspecta corporeaque conditione progreditur. Solum igitur diuinitus adueniens uaticinium, re uera nobis diuinam exhibet uitã, dum & præuisionẽ & diuinas intelligẽtias possidet. Nosq; reddit re uera diuinos ac bonũ legitimũ nobis affert. beatissima .n. deorum intelligentia bonis omnibus abunde repletur. suspicaberis ne forte prophætæ diuinitus inspirati præuideant quod futura, neque tamen propterea sint fœlices. Nam & præuidere possunt, neq; tamen scire futu

ris uti, sed cōtradicens omnem uidelicet prænotionē diuinitus īspi-  
ratam esse bonis & bonitate refertam ordinisq; compotem, atq; deco-  
ri. Atq; utilitatem nobis afferre, dii namq; una cum præfagio, facultatē  
quoque ad cauenda declinandaq; incōmoda nobis naturaliter iminē-  
tia suggerunt. Et quando uirtutem oporteat exercere, ad idq; conferat  
ignoratio futurorum: occulunt ipsi futura, ut animus inde sit melior.  
Quando uero ad hoc nihil interest, expedit autem animus præsentire  
ad hoc uidelicet ut salui ad sublimia reuertantur, tunc in mediis aiarū  
essentiis uaticinium penitus inferunt.

## Via ad fœlicitatem.

Værebas deinde quæ sit ad fœlicitatem uia, Qua ué ī re sit ipsa  
fœlicitas. hoc igitur audi contemplabilis ipse in se intellectus  
homo: erat quondam deorum contemplationi coniunctus.  
Deinde uero alteram ingressus est animam, circa humanam formæ spe-  
ciem coaptatam, siue contemperatam, Atque propterea in ipso necessi-  
tatis, fatiq; uinculo est alligatus. Considerare itaq; decet, qua præcipue  
ratione ab eiusmodi uinculis solui possit. Est autem solutio nulla, præ-  
ter ipsam deorum cognitionem. Idea nanque fœlicitatis est ipsum co-  
gnoscere bonum. Quæ admodum est, & idea malorum ipsa quidem bo-  
norum obliuio, & fallacia circa malum, notitia quidem illa una cum  
diuino congregitur. obliuio uero hæc atque deceptio inseparabilis est  
à caduco. Item illa intelligibilium essentias per sacras sanctimoniam ui-  
as rite metitur. hæc autem à principiis cadens, atque repulsa, se ipsam  
proiicit ad corporale ideam dimeciendam. Illa rursus est sui parētis agni-  
tio hæc uero discessus unā cum obliuione ab ipso deo patre superfæcto,  
seque ipso sufficiente, longe remotus. Illa ueram conseruat uitam reuo-  
cans hanc ad patrem. hæc hominem principem genituræ usq; ad id de-  
ducit, quod permanet qdē nunquā, perpetuoq; in fluxu uersatur. hæc  
utique prima sit tibi ad fœlicitatem uia intellectualem habens unionis  
diuinæ penes animas plenitudinem. Sacra uero atque deifica fœlicita-  
tis traditio appellatur quidem porta ad ipsum omnium opificem de-  
um, aut locus, aut aula boni. Potestatem uero possidet primam qui-  
dem castam & sobriam animæ sanctimoniam, ualde utiliore, sobria  
corporis castitate. Deinde cogitationis accōmodationem, ad ipsam par-  
ticipationem, uisionemq; boni. Simulq; ad contrariorum expulsionē.  
Tertio rursus unionem exhibet ad deos bonorū omnium largitores.  
Postquam uero singulatim, atq; proprie, tum mundi partibus, tum di-  
uinis

## DE MYSTERIIS

uinis potestatibus per partes mundi diffusis, animam copulauerit, tunc opifici toti copulat animam. præbetq; undique cum ipso consensum, atque eam extra omnem materiam ponit cum sola iam sempiterna uniuersa ratione coniunctam. uerbi gratia in ipsa opificis potestate per se genita, per se mobili, & omnia sustinente prorsus, & eleuante, intellectuaque: & omnia pariter exornante. Item ad ueritatem intelligibilem reuocante, rursusque per se perfecta perficientēque, atque effectrice, ceterisque dei uiribus opificis gradatim pro cuiusque proprietate coaptae adeo ut in actionibus earum intelligentiisque, & opificiis facultatibus, expiatus animus atque sacer perfecte firmetur. Atque tum demum in toto opifice deo collocat animam.

Conclusio Religionis felicitatisque apud ægyptios.

Que hic apud ægyptios religiosæ sacræq; eleuationis, est finis ipsū uero bonū aliud quidē diuinum putāt ipsum scilicet præ intellectum deum. Aliud autem humanum unionem uidelicet ad ipsum dominū. Quæ admodū bytis propheta ex libris mercurialibus explicauit. Nō igitur pars hæc apud ægyptios prætermissa ē, ut tu suspicaris, sed quæ admodū spectat ad factimoniam rite nobis est tradita. Neque rursus de rebus exiguis sacerdotes diuinam intelligentiam interpellant, sed de his quæ ad purgationem, solutionem, salutem animæ pertinent, neque difficilia meditantur, eademq; hominibus inutilia. immores animæ omnium utilissimas neque sub dolo & seductore quodam demone obfuscata sacerdotes allucinantur, qui in omnibus fallacem demoniamque naturam prorsus excedunt atque ad intelligibile diuinamque cōscendunt his itaque per tractatis obsecro deos ut mihi tibiq; ueram intelligentiarum custodiam obseruantiamque exhibeant, nullo tempore defuturam, atque in sempiternam æternitatem æternorū præbeant ueritatem. Perfectiorumque circa deos intelligentiarum cōpotes nosefficiant, in quibus beatissimus bonorum finis nobis est propositus, & amicitia concordiaq; inter nos mutua, auctoritas omnis atque firmamentum.

**FINIS**

Excerpta Marfilii ficini ex græcis procli cōmen-  
tariis in Alcibiadem Platonis primum.

Rincipium dialogorum Platoniorū totiūſque philo-  
ſophiæ præcipuū atq; firmiſſimū. arbitrantur naturæ  
noſtræ cognitionē. hac enim recte cognita bonū quoq;  
nobis cōſentaneū, malūue diſſidens abſolutius noſſe  
poterimus. Sic utiq; natura comparatum eſt, ut quemad-  
modum interſe rerum eſſentiæ differunt, ſic & propriæ rerum perfe-  
ctiones. Vt igitur quæ ſit naturæ noſtræ perfectio, & quomodo cōpare-  
tur iueniamus, eēntiā nanq; noſtrā in primis debem⁹ agnoſcere. Quod  
quidē & in alcibiade pro poſitum eſt. & in tota doctria Platonis eſt finis.

Quādo reꝝ cōſideramus eēntias, pſcrutandū ē utꝝ eēntia rei ſit ex eaꝝ  
nūero, quæ īdiuiduæ ſunt, uel eaꝝ genere quæ circa corpora diuidūtur,  
uel eaꝝ quæ ī medio collocātur. Itē utrū eēntia ſit ætherna. an p oē tem-  
pus exiſtēs, an in aliq̄ tēporis parte fiat. Rurſū utrū ſit ſimplex, & ante cō-  
poſitionē exiſtēs, aut cōpoſita qdē ſit, ſed iſolubilibus uiculis ſit cōpoſi-  
ta, aut poſſit uiciſſim in ea ex q̄bus cōponitur, quādoq; reſolui. atq; ſi ita  
unū quodq; conſideremus, deinde poterimus eiꝝ quoq; bonū quale ſit  
facilius iudicare. Conſtat. n. eſſentiæ proſus indiuiſibilis, æthernū eſſe  
bonū, diuiſibilis uero bonū quoq; in tpe, motuq; uerſari. mediæ deniq;  
ſecūdū ſubſtātiæ ipſius meſuras pfectio quoq; ppēditur. eiꝝmōi nāq;  
pfectio tpe quidē indiget. ſed tpe primo, qd̄ ſanē in corporeos circuitus  
poſſit apte metiri. Ignoramus quidē nos ipſos. quoniam obliuione  
geneſica occupati ſumus atq; in rationaliū ſpecieꝝ uitæ pturbatiōe per-  
cuſi. exiſtimamus aut̄ iterea cognoſcere multa quæ ignoramus, quoniā  
reꝝ rationes eſſentiæ noſtræ īnatas habem⁹. Tres ſūt cōuerſionis ſpeci-  
es. quicqd. n. conuertitur, uel ad aliquid uertitur ſe deterius, dū à pfectiōe  
propria labitur, uel cōſurgit ad melius pp̄ propriæ uitæ uigorem, actio-  
nēmq; naturalē, uel reflectitur ad ſe ipſum pp̄ cognitionē ſibi conſortē  
mediāmq; ſpeciē motionis. Cōuerſio quidē erga deterius, paſſio quæ-  
dam eſt aiæ alas abicientis, & in obliuioē iam poſitæ, ſui ipſius ſimul atq;  
altiorꝝ. Cōuerſio uero & ad ſe, & ad melius nō ſolis competit animabus  
ſed ipſis quoq; diuinis. Quemadmodū Parmenides ipſe nos docet.

Plato ſignificat in proœmio præter cætera animum ueritatis ſtudio-  
ſum cognitiones rebus cognoſcendis conſortes edere. Neq; mutabiliū  
immutabilem, neque neceſſariorum ſtabiliūmq; ambiguam atque nu-  
tantē. Sed quēadmodū Socratē in re. pu. docuit notitia quidē ſimplici  
uniformi

## DE ANIMA ET DAEMONE.

uniformi intellectuāli intellectuālia oīa coniugata cognoscere. notitia uero scientifica, atq; cogitativa. specieꝝ evolutione atq; cōpositione rationes reꝝ medias contemplari. Tertia rursus à ueritate potētia sensuali p̄ instrumēta cognobilia propria cōtingente sensibilia iudicare. imaginari tandē potētia imagies sensibiliū apprehendere. Iā uero Timæus cognitiones proportione quadā ad cognoscēda distinguēs, iubet nos entia quidē intelligētia rationēq; iudicare, opinione uero, sensuq; illa quæ entia quidē non sūt, sed fiunt iugiter, atq; pereunt. atq; eorū quæ uere sunt rationes, ratas & in cōiunctas existere. reꝝ uero in generatione fluctuum imaginarias atq; contigentes. ubiq; n. rationes sermonesq; imitantur illa quæ explicāt. At qui Socrates in Cratylo ait circa res sempiternas, noīa naturā rei magis attingere, circa uero mutabiles noīa quoq; sæpe mutari & magis in positiōe uersari. Alioꝝ ubiq; deoꝝ aliaꝝ proprietates existunt, nā aliaꝝ quidē sunt opifices uniuersoꝝ, atq; speciei entiuū ornatusq; substantificæ, aliaꝝ uero propagantes uitā, ac uarios uitæ uigores progenerātes, aliaꝝ autē reꝝ ordinē seruant icōmutabilem, cōnexionēmq; custodiunt insolubile. Aliaꝝ deniq; aliā fortitæ potentiā oīa sua quadā beneficentia seruant. Similiter & oīs amatorius ordo causa cōuersionis est rebus oībus ad diuinā pulchritudinē, atq; formā, reducens quidem sequentia ad illam oīa, eiq; coniungens, & coniūcta cōfirmans, atq; mox inde sequentia replens, diuinūq; luminis procedentes inde doctes per oīa radians. Hāc igitur ob causam in Symposio traditur, amorem magnū existere dæmonem, quippe cū amor primus oīum eiusmodi mediū uim in se ipso demonstrat, sitq; mediū inter ipsum appetibile atq; appetens, & causa conuersionis sequentiū in priora. uniuersa igitur amatoria cohors in uestibulo causæ pulchritudinis cōstituta ad illā oīa conuocat mediūmq; processum facit inter amabile, atq; illa quæ reuocantur amore. Quapropter totius dæmonici ordinis in se declarat exemplar. hanc in diuinis medietatē obtinens, quam dæmones inter diuina tenent atq; mortalia. Cū igitur omnis amatoria cohors hanc iter deos proprietatē habeat, summatem eius quidem unicā & occultā excogitamus primæ & intelligibili pulchritudini copulatam, penes supremos deos, mediū uero processū eius penes sup̄ mūdānos deos intellectuāli cōditiōe fulgentē. Tertiū uero progressū eius circa mūdū multifariā distributum, multosq; ordines, atq; uires ex se producentē, atq; eiusmodi munera partibus mundi diuersis distribuentem. Post enī unicum primūq; amoris principium atq; post tripartitā substantiam inde per

secta uaria iam turba refulget amore. Vnde chori angelorum implentur amore. Turbae quin et daemonum hoc plena deo sectantur deos ad intelligibile pulchritudine reuocatos. Exercitus heroum una cum daemonibus & angelis circa pulchritudine debacchantur. Oia denique suscitantur reuiuiscunt, reuirescunt, incalescunt circa pulchritudinis ipsius influxum. Iam uero animae hominum inspiratione eiusmodi tactae, & naturaliter cognatae deo, circa pulchrum mouentur assidue atque in generationis prouinciis delabuntur ad beneficium animis imperfectioribus exhibendum, & ad prouidendum is quae salute indigere uidentur. Dii quidem ipsi deorumque pedisse qui in habitu proprio permanentes sequentibus benefaciunt, & ad se conuertunt, hominum uero animae deorsum lapsae generationemque tangentes beneficam deorum prouidentiam pro uiribus praesferunt. Quemadmodum igitur animae secundum alium constitutae deum, sincere prouinciis caducis praesunt, animabusque hic oberrantibus, atque animae quidem imperfectioribus profunt per uaticinium, animae per expiationes atque sacrificia, animae per operam edendi diuinam, sic & animae quae uitam amatoriam elegerunt mouentur quidem a deo pulchro praeside ad curam aiorum ingenioso. a pulchritudine uero sensibus apparente ad diuinam pulchritudinem rediguntur, secumque ipsis conuocant & amatos. animae uero quae obperuersam educationem a superno munere decidunt, alioquin amatoriam nactae naturam simulachris pulchritudinis incidetes, propter uera pulchritudinis ignorantiam corporeas formas admirantur & amant, passionem propriam ignorantes. Sicut, nam apud Plotinum defluxus mentis facit astutiam atque sapientiae portio lapsa creat sophisticam, sic & munus amoris impuersum incidens susceptaculum, uitam efficit intemperatam atque tyrannicam.

Causa superior agit in opere prius posteriusque quam inferior, & una cum illa atque est presentior operi.

Va perfectiora sunt ubique, & quae rationem exemplaris habet, actiones prorsus imaginum comprehendunt. Adeo ut deteriora nulli usquam adsint cui perfectiora quoque non multo prius aliquid ex se tradiderit. Quia etiam per omnes res ordines ipsum unum alia comprehendit, atque ante illa, & post illa & una cum illis agit.

Mali daemones et in sacris obcurrunt & fallunt sub praetextu bonorum.

Omptum habemus in expiationibus atque sacris, ubique ex deterioribus aliquid induere perfectionis imaginem per quam animas nondum perfectas alliciat ad se ipsum a superioribusque diuertat.

Quemadmodum igitur in contemplatione physica impedimentum est uita sophistica pro diuinitate atque

## DE ANIMA ET DAEMONE.

tasq; ad illam trahens infirmiorē ab ipsa entiu' cōtemplatiōe ad imaginatiōem caducis familiarem, sic in amatoria eleuatiōe turba popularium amatorum impedimentum est simulans amatorem uerum, & animam iunioris à bonis cœlestibus in terrena & tenebrosa detorquens. Similiter in sanctissimis quibusque expiationibus atq; sacris, ante q̄ ipse deus adsit palàm occurrunt dæmonum quorundam ipetus terrenorum, aspectus noui quoque eos qui expiantur perficiunturque deturbantes & à sinceris bonis ad materiã deflectentes. Quãobré dii iubent, ne prius in illos aspicias, q̄ sacro & ptate præstrinxeris oculos. sic. n. aiunt diuina eloquia. Nō expedit tibi illos aspiciere priusq̄ corpus expiaueris, atq; sacraueris. Quoniã illi mulcetes aïas à sacrificiis ubiq; deflectūt. Sicut igitur in sacris tum primū apparet diuinū quando totū hoc dæmoniū trahēs aïas i materiã expulerimus. Sic & diuinus amator post repulsam popularium amato & occurrit amato. Item sicut bonus cuiusq; dæmon unūquēq; custodit à pueritia actionesq; oēs eius explorat & uerba & ante parentes prouidet, & post parentes adest tanq̄ totius uitæ gubernator assiduus, atq; post obitū dux est nobis ad iudices, eodem modo ad alcibiadem se Socrates habet. deniq; sicut bonus dæmō nobis plurimū occultus adest clam nobis prouidens, & silentio consules, & ineffabiliter nos emendans, Ita Socrates Alcibiadi.

Intellectus in nobis semper agit illuminando, neque tamen semper animaduertimus.

**I**ntellectus ipse quidem circa nos semper agit semperq; præbet intelligentiã lumen. Atque etiam priusquam in conditionē labamur irrationalem, Et quando in passionibus uitam degimus, & passionibus quandoque sedatis, non semper animaduertimus, sed quando a q̄ plurimo generationis tumultu purgati sumus, atque tranquille uiuimus. Tunc enim intellectus nobis effulget, tunc quasi nobiscū loquitur, tunc suã nobis cōmunicat uocē antea silentio præsens.

De bono dæmōe & de terrenis materialibusq; dæmonibus. Itē quō unusquisq; nostrum consideretur dupliciter. s. & ut simpliciter anima, & ut aïa utens corpore.

**S**ocrates quidem ad alcibiadem se habet ut bon⁹ dæmon. amatores cæteri, ut materiales terrenique dæmones. Qui propellēdi sunt ut animus bono dæmoni sit magis expositus. Considerare potest dupliciter alcibiadem, & ut simpliciter animam & ut animam utentem corpore. Non enim idem est utrūq; quemadmodū nec



ipse per se homo, & iam gubernator homo, nec homo simpliciter atque auriga. Omnino autem quod est imparticipabile ab eo quod est participabile differt. Atque id quod secundum se ipsum existit, ab eo differt, quod ab eo discrepat, quod coordinationem ad aliud est sortitum. Quoniam igitur Alcibiades dupliciter intelligitur, & ut simpliciter anima, & ut anima utens corpore, qua quidem ratione est simpliciter anima quaedam. Socrates ad eum mentis uicem gerit, qua uero ratione est anima utens corpore. Socrates boni demonis partes agit. Atque idem ipse & demon est, ut ad hominem, & intellectus ad animam. Iam uero & quando medietate demoniam reputamus, inter deos eam & homines collocamus. Quando uero intellectum, in summo quidem animam ex ipso suspendimus, & corpore ex anima. habes profecto diuisionem alteram in symposio, ubi traditur demonum inter deos hominesque existere medium, habes alteram in Timæo dicente, animam inter intellectum atque corpus medium obtinere. Idem igitur est & intellectus, & demon ad animam quidem intellectus, ad animam uero humanam demon esse censetur.

Quomodo amor deus nec primus est nec ultimus & quomodo in diuinis est bonum, sapiens pulchrum item fides ueritas amor.

Morem domini neque in primis entium, neque in ultimis collocare debemus. Non in primis, quoniam ipsum amabile superius est amore. non in ultimis, quoniam amans particeps est amoris, oportet igitur amorem inter amabile amantemque constituere & ipso quidem pulchro posteriorem, cæteris uero quæcunq; amat priorem asseuerare. Vbi nam igitur existit ab initio. Quo pacto per uniuersa procedit, & quibus cum prodiit unitatibus. Cum igitur tres sint in diis intelligibilibus occultis que substantiæ, & prima quidem ob signata sit bono ipsum uidelicet bonum ex se intelligens, ubi sicut sacra eloquia tradunt unitas est paterna. Secunda uero per sapiens designetur ubi prima uiget intelligentia. Tertia per pulchrum definiatur ubi intelligibile est pulcherrimum, ut Timæus ait, nimirum & tres secundum has intelligibiles causas unitates existunt, secundum causam quidem uniformiter in intelligibilibus consistens, effulgentes uero primum in ipso ineffabili deorum ordine scilicet fides, ueritas, amor. Fides quidem omnia firmat in bono. Veritas autem omnem in entibus cognitionem explicat. amor denique conuertit omnia, congregatque in ipsius pulchri naturam. Eiusmodi sanè trinitas hinc per omnes deorum progreditur

## DE ANIMA ET DAEMONE.

ordines omnibusq; ad ipsum intelligibile irradiat, unionē. Aliter autē p alios ordines se declarat. Vires ubiq; suas deo & proprietatibus cōplicās. Alibi quidem est ineffabiliter incogniteq; & unice. Alibi cōtinentia cō nexionisq; ratione. Alibi tanq̄ pficiens atq; formans. hic rursus intelle ctualiter, atq; paterne, Ibi motiue uiuificeq; prorsus & effectiue. Illic tā q̄ impans, & assimilans. ibi absolute penitus atq; sincere. Illic multipli cate iam atq; diuisum. Amor ergo supne ab itelligibilibus usq; ad mū dana, descendit ad diuinam pulchritudinē oīa conuocans. Procedit & p oīa ueritas, illustrans cognitionibus oīa procedit fides p uniuersum in bono singulatim oīa sistens. Hic diuina eloquia, oīa tradūt tribus his gubernari, in eisq; consistere. Quāobrem dii sacrificantes iubent deo p trinitatē eiusmodi se cōiungere. Ipsa quidē intelligibilia pp inextima bilem unitatem medio non indigent amatorio. Vbi uero & unitas enti um est atq; discreto & discretio ibi extat & amor. colligator enī est & con ciliator eorum quæ sūt post ipsū & quæ sup ipsū. Conuersor sequentiū in priora ip̄fecto & reductor atq; p̄fector.

Prouidētia pcurrit p singula usq; ad minima & interī nullis addicta.

Vi diligentiores sunt in re & rationibus assignandis, duo hęc

q̄ elementa potissima diuinæ dæmonicæq; prouidentia tradūt.

Primum per oīa desuper prouidentiam ad ultimum usq; pro cedere ac ne minimum quidem sui expers alicubi prætermittere secū dum nihil oīno eam ex gubernātis accipere, nec eo & natura repleti, nec eis alicubi commiseri. Non enī ex eo q̄ omnia seruet atq; disponat admiscetur propterea gubernatis. Nā diuinum atq; dæmonum naturā habet passionibus aīarum particularium non subiectam. Neq; tamen dum separatim sequentia supereminet, propterea ex deterioribus ali quid inordinatum incultūque relinquit. Immo uero ob hanc ipsā causam omnia decenter exornat atq; à dispensatis absoluitur. Est enim benefica pariter atque sincera, exornatrix omnium, atq; ab ex cultis in terim expedita. Per omnia currēs, præsertim quia cohibita nufq̄. Viri quinetiam diuini inferioribus diligentissime prouident simul atq; trā quille. Quid ergo de diis ipsis bonisq; dæmonibus est dicendū. Non ne præsentibus omnibus liberi sunt ab omnibus. Implentes se ipsis oīa nullis alicubi permiscentur, discurrentes per uniuersū. nufq̄ uitam propriam addixerunt. Non ne confitebimur deos suas proles amare. Quemad modum poetæ fingunt Iouem amare puellam, ipsāque Venerē. Né pe quoniā amor eiusmodi prouisor est & seruator p̄fectoq; & conten

torreæ diuinitus amataæ. Interea & beneficus & sincerus imixtusq; habitudine nulla ad res affectus externas. Dicamabo .undenã diuinis iter dum hominum aïabus amatoriũ eiusmodi priuilegiũ obtigisset, nisi prius diis ipsis inesset. Quicquid. n. bonũ & salutare cõpetit animabus, causã à diis definitã habet. Quã obrem & uirtutũ oïum corporaliũmq; bonoæ uelut sanitatis roboris, iustitiæ, temperantiæ, exemplaria Plato probat præcedere penes deum. Quanto itaq; magis amatorii muneris causã principalem apud deos esse fatebimur. Quippe cũ amatorius hic affectus ut Socrates í Phædro ait, diuino quodã munere sit tributus. Di igitur deos amãt antiquiores quidem minores, sed prouidentiæ munere, minorem uicissim maiores diligunt quodam uidelicet conuersionis officio. Perficere quidem deteriora & inferioribus prouidere, aïab<sup>9</sup> quoq; qua ratione sunt animæ competit, nã & ob hoc ipsum descendũt, propter rerum generabilium prouidentiã curãmq; mortaliũ. Ita uero prouidere, ut prouides gubernatis, nec misceatur, nec uelut addictus afficiatur. Nec inde recipiat quicquã deorum propriũ est dæmonũq; bonoæ, & quotiens contingit animabus humanis: diuina uel dæmonica largitate cõtingit. Solent sacerdotes in sanctissimis sacrificiis, uel p uerba, uel per ea quæ oculis ostéduntur, in admiratione stuporemq; presentes adducere. Stupor enim deo animã exponere consueuit. Socrates nunq̃ amatoriã uitam usque adeo rectã peregisset, nisi afflatu quodam dæmoniselegisset eã; & tenuisset electã.

Amor est medius inter amabile & amãté, est magnus dæmon oïa ligãs & quæcũq; appetunt, ipse medius primo copulat appetibili.

A cra igitur eloquia hunc amorem domini indicunt omnia colligantem, omnibus insidentem hic sanesi connectit oïa, copulat & nos dæmonum præfecturis, Hunc Diotima magnũ dæmonem appellauit, quoniam medium implet ubique inter illa, quæ appetunt, & quæ appetuntur. Ipsum quidem, quod est amandum, gradum sibi uendicat primum. amans autem gradum tertium ab amato. Amor denique usurpat inter utrunque medium congregans, atque colligans inuicem appetens, atq; appetendum, & implens meliore de-  
 terius. Iam uero apud intelligibiles deos atque reconditos, primæ secretæq; pulchritudini, intelligibilem intellectum unit per uitam quãdam intelligentia meliorem. Itaque græcorum ipse theologos cecum illum appellat amorem. In illis autem quæ extra intelligibilia sunt non dum illustrat indissolubilem, cunctis ab ipso perfectis. Vinculum enim

## DE ANIMA ET DAEMONE.

unio quædam est, sed una cum discretiõne permulta. Quapropter eloquia sacra huius amoris igne appellare copulatore solent. ab intelligibili namque intellectu procedens sequentia cuncta inuicem illique deuincit.

Cõciliat igitur intelligibili quidem pulchritudini deos omnes, diis uero dæmones, nos aut dæmonibus, diisque coniungit. In diis quidem subsistit primo. in dæmonibus uero secundo. in animabus autem particularibus per processum quendam tertium à principiis existentem. In diis rursum super essentiam, omne namque deorum genus est eiusmodi. In dæmonibus autem per essentiam. In animabus denique per illustrationis effectum. Atque uidetur hic trinus ordo, trinæ intellectus potentie similis. Et enim intellectus alius quidem imparticipabilis extat ab omnibus particularibus generibus absolutus. Alius uero participatus. Cuius & deorum animæ tanquam melioris participes sunt. Alius autem ab hoc infunditur animabus, qui sane est ipsarum perfectio animarum. Hæc autem tria de intellectu Timæus ipse significat. Intellectui igitur in participabili amorem diis insitum congruum intelligito. absolutus namque est, & ille ab omnibus quæ suscipiunt eum, & illuminantur ab ipso. Intellectui uero participato amorem dæmonicum comparato. Essentialis enim est & ipse, sequitur ipso perfectus tanquam præparticipatus intellectus, & proxime insidens animabus. intellectui denique secundum habitum accepto. Tertium amorem illustrationis animabus infusum reddere debes. Nec iniuria uniuersæ intellectuali differentie coniugatum consideramus amorem. Intellectu. n. intelligibili primam habet occultamque substantiam. Si enim prodiit inde & ibi per causam est fundatus. atque mihi uidetur, & plato huc deum apud Orpheum inuenisse, eundem & amorem & magnum dæmonem illic appellatum atque ipse hoc hymno uidetur fuisse contentus. Merito igitur diotima magnum dæmonem appellat amorem. Et Socrates ubi de amore disputat, disputat etiam de dæmonibus.

Primo de dæmonibus communiter. Secundo de dæmonibus familiaribus, Tertio de dæmone Socratis.

**d** Icendum est deinceps primo quidem communiter de dæmonibus, deinde de illis quæ nos sortiti gubernant. tertio de dæmone Socratis. Dæmões igitur à prima uiuifica dea sortiti substantiam, atque inde uelut ex fonte fluentes essentiam nacti sunt animalē, & hanc quidem magis intellectualem illi qui maiorem habent perfectiorēque substantiam, minus uero intellectualem potius que rationalem, qui media possident. Tertii uero & dæmonici ordinis postrema tenentes uariam magisque rationalem habent ma-

terialeq; naturā. Eiusmodi igitur substantia cōstituti ad diuisionem deorum pariter diuiduntur, utpote qui, ad deos ministrorū uice funguntur. Aliter. n. respondēt, seruiuntq; diis penitus absolutis, ante mundū cūcta exordientibus atq; ducētib; . Aliter uero mūdanicis q; mūdi partibus proxime præsunt. q; & secundum duodecī deos super cœlestes distribuuntur. Hi autē secūdū oēs mūdanicos deos proprietates distributi sūt. omnis enim mundanus deus ordini alicui dæmonū imperat, cui propinquo suam impartit potentiam. Deus nāq; opifex uim largitur opificem. deus incōuertibilis incōtaminabilem exhibet facultatem, perfectior autē similiter perfectioriam. atq; circa unūquēq; deū innumerabilis est dæmonū multitudo, eadēq; cū diis ducibus cognomenta reportat. gratulātur sane quando apollines. Mercurii. Ioues noīantur. Quippe cū proprio deorū proprietatē in seipsis exprimant. Proinde mortalia per hos dæmones diuinos nanciscuntur influxus, atq; ita plantæ & animalia fabricantur, hæc quidem horū, illa uero illorum deorū imagines præferentia. His quidem e proximo dæmones ducū suorum munera largiuntur, eminentius uero dii desuper dæmonibus præsidentes.

Quamobrem postrema primis in passione cōsentiunt. Primorum enim notæ sunt in postremis, & postremorū in primis causæ cōprehenduntur. Media sane dæmonū genera implent omnia simulq; cōnectūt, cōmunionēq; ipsi omnium continent, dū deorū quidem participes sūt à caducis autē participati. Siquis itaque dixerit deū uniuersi fabrū contra totius ordinis in dæmōibus firmauisse à ueritate nō aberrabit. Quādo quidē & Diotima hunc eis attribuit ordinē cōnectentē uidelicet diuina simul, atque mortalia, deriuantē liquores superne fluentes, in deos sequentia omnia referentē, denique uniuersa cōplentē secūdū medietatis ipsius connexionem.

Confutat opiniones duas dicentem non esse alios dæmonas præter animas nostras à corpore solidiore solutas. Secundam Amelii putantis dæmonas esse deos aliquos oberrantes.

**n** On igitur admittere eos, qui dæmones aiunt esse nostras animas, hac uita iam functas in aliamque translatas. Non enim decet dæmonum per habitudinem quandam consideratum in idem cōferre atq; ipsum essentia dæmonē, neq; medietatē mūdanicorū oīum, sempiternā ex uita quadā constituere multifariā, permutante seipsam. Stat enim semper eodem pacto custodia ipsa dæmonica continuans uniuersa. Anima uero non ita suum retinet ordinē ut ait Socrates in re publica

## DE ANIMA ET DAEMONE.

publica. aliis nanq; temporibus uitas alias eligit. Nec illos iterum cōprobabimus, qui deorum aliquos esse dæmonas arbitrantur, ceu erraticos deos, ut putat Amelius. Sed Platonem ipsum sectabimur deos quidem dicentē dominos uniuersi, greges uero diis dæmonum subigentem, & ubique rationem diotimæ comprobabimus, medium dæmonibus ordinem inter deos mortales que tribuentem.

De dæmonibus familiaribus. Item numerat quinque genera dæmonum, diuersaq; eorum officia.

**C**um igitur dæmones in medio sint, ut diximus constituti, primi quidem atque summi inter eos diuini sunt dæmones, diiq; frequenter apparent ob excellentem ad deos similitudinem, Nempe in uno quoque ordine primū, superioris ordinis formam præfert. Et enī intellectus ex se tanq̄ deus occurrit & animarum antiquissima intellectualis existit, ideoq; dæmonum quoque suppreum genus ut potē dii proximū, uniforme est, atq; diuinum, secundi uero post hos sūt dæmones intellectuali proprietate iam præditi ascensionibus que & descensionibus præsidentes. atq; omnino deorum effectiōnem declarātes omnibus atque tradentes. Tertii uero sunt dæmones. qui animarum diuinarum effectiōnes distribuunt in sequentia, complēt que uinculum suscipientium, inde defluxus, ad illas. Quarti uniuersalium naturarū uires efficaces in generabilia transmittunt, particularibus que naturis inspirant uitam, ordinēq; & rationes, & uniuersam mortalium effecturā. Quinti corporei quodāmodo sūt, corporū que extrema deuinciūt.

Quo enim pacto corpora sempiterna conuenient cum caducis: quo modo efficientia cum effectibus, nisi eiusmodi medio colligante: Natura enim eiusmodi media bonis corporeis dominatur, omnibus que copiiis naturalibus prouidet. Pleriq; uero ex eorum numero uersantur circa materiā, uiresque à coelesti materia desuper in materiam descendentes continent, atq; contexunt. eamque subinde custodiunt & uarietate picturamque formarum in hac ipsa conseruant.

Officia dæmonum quinque, dæmones primi animas diis propriis copulant.

**C**um igitur multi multiformesq; sint, ut ait, Diotima dæmones. sūmi quidē animas procedentes à patre diis earum ducibus copulāt. Nā unusq; deus ducit primo quē dæmones, deinde uero particulares animas. Sicut enim Timæus ait deus horum opifex, alias quidem aīas in solem, alias autem in lunam, alias in deos alios seminauit hi

utiq; dii sunt dæmones, q̄ secūdum essentiam sortiti sunt aīas propriis q; eas ducibus copulant. atq; unaquæq; aīa, & si circa suum deum se reuoluit, indiget eiusmodi dæmonis beneficio. Secūdi uero dæmones ascēsus animarum, descensūs que dispensant. atque ab his electiones animis sunt per multis. Nempe perfectissime animarum quæ sine generabiliū commercio in generatione uitam agunt, quemadmodum proprio deo uitam consentaneam elegerunt, sic & secundum dæmonem diuinum uiuunt, qui & manentes quondam apud superos eas deo proprio coaptauerat. Quamobrem ægyptius ille Plotinum est admiratus tanquam diuino quodam dæmōe gubernatum. Itaque circa animas quæ ita hic uitam agunt tanquam mox ad sublimia reditura, dæmon idem hic est atque superne. Circa uero minus perfectas, alius quidem est ipse secūdū essentiā dæmon, alius autem qui uitā nuper editā comitatur.

Tribus modis dicitur dæmon, aut essentia, aut comparatiōe, aut habitudine quadam.

I hæc recte posita sunt, nemo iam admittet animam nostram rationalem dæmonem esse dicentes. dæmon enim aliud est q̄ homo ut diotima tradit, dæmonas inter deos hominēs que disponens. Quod & hic Socrates ipse significat, ubi contra causam humanam causam dæmonicam diuidit, dicens non humana quidem causa, sed dæmonicum obstaculum me detinuit. homo autē est anima utens corpore, non igitur dæmon idem, atque anima rationalis est putandus. Iam uero & hoc manifestum est, ubi Plato in timæo dæmonē ait animalis in nobis rationem constitutam esse. Veruntamen hoc usque ad comparisonem quandam nobis est admittendum. Alius enim est ipsa eētia dæmon, alius comparatione dæmon, alius habitu uel habituē dæmon. Vbi que enim quod proxime præest in quodam dæmōis ordine ad inferius sese habens appellare dæmonem consueuerūt. quo usu iupiter apud Orpheum, Saturnum patrem dæmonem appellauit, & ipse Plato in timæo dæmonas nuncupauit, deos illos qui generationē epropinquo disponunt. ubi ait, de aliis uero dæmonibus tractare, eorūm q; generationem in lucem edere, maius est quam ferre humanum possit ingenium. comparatione utique dæmon est eiusmodi, qui uidelicet proxime unicuique prouidet, etiam si deus sit, ac etiam si deo sit inferior. Habitudine uero quadam dæmon dicitur animus qui similitudine quapiam ad genus dæmonicum mirabiliore, quam secundum hominem actiones edit, totāmq; uitam suam suspendit ex dæmone.

Hac arbi

## DE ANIMA ET DAEMONE.

Hac arbitror ratione Socratem in re publica, dæmonas animos appellasse, qui uitam bene transegerint & in meliorem translati sint sortem loca que augustiora iam colant. Ipse denique secundum essentiam dæmon, neque propter habitudinem ad sequentia neque ob aliquid ad aliud similitudinem appellatus est dæmō, sed hanc per seipsum proprietatem est sortitus, atque in existentia quædam uiribus que propriis, modisque differentibus actionum est distinctus. omnino uero anima quædam rationalis in Timæo dæmō animalis est appellata. Nos autem ipsum hominis dæmonem perscrutamur, non dæmonem animalis, atque eum qui rationalem dirigat animam, non instrumentum duntaxat illius. eum rursus, qui tandem animalis solutos animam producat ad iudices. Quem admodum Socrates asserit in phædone, quando animal quædam non est amplius, dæmō autem unumquemque ducit ad iudicem, dæmon inquit ipse qui sortitus fuerat & uiuentem. Si enim eum ipsum uiuentem nactus est dæmō, quem & post obitum iudicio sistit nimirum hominem uidelicet non animal solū nactus erat. Quin etiam de super exordians atque imperans, constitutionem nostram gubernat totam.

Contradicentes dæmonem esse, uel partem animæ operantem, uel partem ei præpositam.

Ed neque etiam probandi sunt, si qui anima rationali dimissa, dæmonem esse dicant ipsum quod operatur in anima, ceu in uiuentibus quod secundum rationem esse dæmonem rationem, sed ira uiuentibus, irascibile, cupiditate, concupiscibile, neque rursus audiendi si qui dixerint dæmonem esse quod in ipsa uita nostra ei quod operatur proxime præsidet, ceu iracundis rationem, libidinis iracundiæ partem. Principio dicere dæmonas esse partes animæ hominum est humanam uitam nimirum admirantiū, neque probantium Socratem in re publica. post deos & dæmōas disponentem genus heroicū & humanum, increpantemque poetas, quod heroes nihilo meliores hominibus introducant, sed passionibus similibus mancipatos. Socrates igitur talia increpans procul admodum ab hac erit opinione, ut dæmonas qui heroibus præstantiores sunt, inter animæ partes uires que constituat. Ex his nanque sequitur ipsa per essentiam meliora intus accipi ad deteriora complenda. Præterea uitarum mutationes, uarias dæmonum mutationem adducunt. Auarus nanque in ambitiosam uitam sæpe mutatur. ambitiosus in habitum recta opinione uiuentem. hic in habitum scientia præditum. Dæmon igitur alias similiter, alius erit. Nam pars ipsa agens in anima alias existit alia. Si igitur uel hæc ipsa pars operans, uel pars huic proximo præsidens dæmon fuerit. nimirum una cum humanæ uitæ mutationibus, dæmōes pariter mutabuntur. atque in eadem uita plures



idem animus dæmões nan ciscetur qđ fieri nullo mō pōt. Nunq̄ enim anima in eodem uitæ curriculo mutat dæmōis præfecturam. sed idem dæmō est ex ipsa genitura usque ad iudicis uitæ præsentiam nos gubernans. Quemadmodum Socrates asserit in Phædone.

Dæmō nō est particularis intellectus, sed substantia differēs ab intellectu, posita in latitudine animarum.

Roinde qui intellectū particularē idem esse putāt atq; dæmōnē nos sortitū, nō recte mihi uidentur intellectualem proprietatem cum substantia dæmonica cōfundere. Omnes enim dæmones in animarum latitudine cōtinentur animisq; diuinis posteriores existunt. Intellectualis autē ordo aliud qđdā ē q̄ anima. neq; eandem essentiam uel potentiam, uel actionē eandem nacta sunt. Præterea intellectu quidem animæ perfruuntur, tunc demū, quando ad ipsum cōuersæ fuerint, lumēq; inde susceperint, suamq; illi cōiunxerint. actionem. dæmōis autē præfectura potiuntur p̄ oēm uitam, totūq; uictum, atque per oīa, quæ uel à fato proficiscuntur uel prouidentia. ipse nāq; dæmō est, q̄ oēm uitam nostrā regit, electionēsq; nostras ante generatiōem factas implet, donaq; fatalia, & munera ducū fati deorū. Quin etiā illustrationes à prouidentia suggerit atq; dimittit.

Iā uero nos tanq̄ animæ quædā à solo intellectu pēdemus, ut autē animæ utētes corpore egemus & dæmōe. Quāobrem Plato intellectum quidē gubernatorē animæ nuncupauit in phædro, dæmonē uero passim hominū speculato rem, atq; curatorē. atqui nemo recte cōsiderans, aliam quādam unam & nobis proximā prouidentia inueniet. ad nostra oīa p̄tinentē præter dæmōicam prouidentia atq; curam. Intellectus enim ab anima rationali participatur (ut diximus) à corpe uero nequaq; natura participatur à corpe, ab intelligētia minime. Aīa rōnalis iracūdia qđē & cōcupiscētia dominatur. in rebus uero fortuitis nō hēt īperiū. Dæmō uero solus oīa mouet. cūcta gubernat. nostra oīa excolit atq; disponit. enī uero rōnē p̄ficit. p̄turbatiōes tēperat. naturā inspirat. corp⁹ cōtinet. fortuita subministrat, fatalia cōplet. prouidētia dona largitur. Vn⁹q; hic existit uniuerso, quæ ī nobis & circa nos sūt, rector toti⁹ uitæ gubernacula tenēs.

Tria de dæmōe Socratis, primū qđ ē etiam deus. secūdū qđ per uocem apparet. tertiū qđ reuocat non prouocat.

De Socratis dæmōe cōsiderāda nobis sūt tria. Primū qđ appellat & de⁹, ut hic & iapologia patet. Secūdū qđ p̄ uocē dabat socrati signū qđ ī theage apparet & phædro. Tertiū qđ reuocabat Socratē, nō prouocabat, qđ te

## DE ANIMA ET DAEMONE.

bat, qđ testat̃ apologia. Pr̃icipio aiarũ diuinarũ, quæ intellectualẽ uitã elegerũt dæmões sũt diuini i dæmonũ qđẽ genere sũmi. deorũ uero participantẽ oēs, sicut enim in diis est dæmõ, sic & in dæmonibus ẽ, & deus. sed ibi quidem substantia est diuina, proportio uero dæmõica. In dæmonibus autẽ proprietates quidem dæmõica, proportio uero diuinam declarat eẽntiã. A deo. n. cæteros dæmonas antecellunt, ut dii frequẽter appareãt. Merito itaq; Socrates dæmonẽ suũ appellat & deũ, tanq̃ ex dæmonũ ordine summũ. Quapropter p̃fectus Socrates erat, tali uidelicet dæmõẽ gubernatus, & ad eiusmodi sui dæmõis normã sese dirigens. pro idẽ q̃tum ad illam dæmõis uocem spectat, attende. Socrates sane primo quidẽ p̃ intelligentiã scientiãq; rerũ separatarum inspiratiõẽ dæmonis fruebatur ad diuinũ amorẽ assidue reuocante. Secũdo uero & i uitæ negociis dirigebat prouidẽtiã suã erga deteriores, atq; secũdũ ipsã dæmõis actionẽ nõ itelligẽtia siue cogitatiõẽ tantũ neq; solis uirib⁹ opinãtib⁹, lumẽ accepit inde procedẽs, sed ipso quoq; spiritu, dũ p̃ totã eius uitam inspiratio illa dæmonica repente procederet ipsũmq; sensum iam moueret. Constat enim eadem actiõẽ nobis desuper imminente, aliter quidem ratiõẽ, aliter imaginatiõẽ, aliter uero sensum, dato munere perfrui, & unũ quodq; eorũ quæ nobis insunt propria quadã cõditiõẽ à dæmõẽ moueri atq; pati, nõ extrinsecus igitur passiuẽ uox in Socrate incidẽbat, sed ex intimis inspiratio per animam totam procedẽs, & usq; ad sensuum instrumenta progrediens, postremo uox euadebat, in notitiam uidelicet ueniens, nõ tam sensu quo piã, q̃ cõsensu. Tales enim à bõis dæmõibus atq; diis illustratiões cõtingere solent.

Dæmões alii sub aliis diis ordinati diuersa inter se habẽt officia.

Vod autẽ de Socratis dæmõẽ dictum est, reuocare uidelicet nõ prouocare, nõ omnibus dæmõibus nostris est cõmune beneficium ergo socratis ingenium & caritate erga hoies cõmuniter plenum, & ultro ad beneficia promptum dæmonica exortatiõẽ nõ indigebat. dehortabatur tamen eum dæmõ quotiens uel importune uel iẽptos ad disciplinam suã aggredereetur. Freno uidelicet potius q̃ calcari bus indigentem. Præterea dæmonum alii purgatoriam & incõtaminabilem possident potestatem, alii uero genetricem, alii perfectoriam, alii opificem, atque omnino secundum deorum proprietates, uirẽsque sub quibus ordinati sunt. diuiduntur. Iam uero secũdũ eorũ substantiã singuli cliẽtib⁹ suis ad beatam uitam patrocinantur, alii quidẽ ad deteriore curã nos mouentes, alii uero ab actiõibus retrahẽtes externis.

Videtur itaq; Socratis dæmon proprietatē huiusmodi nactus purgatoriam inq̄ & incontaminabilis uitæ causam, at sub hanc apollinis potentiam ordinatus præfidentem uniuersæ purgatiōi, uirtute scilicet uniforni. hac ergo uirtute dæmon à cōmercio uulgi nimio segregat, colligitq; ipsum ad animi penetralia, & actionem à deteriorib⁹ segregatam. Nempe sicut apud Orpheum Apollo præest Baccho, reuocans eum à processu in titanicam multitudinē. sic & Socratem eius dæmon, 'qui pedissequ⁹ ē apollinis. Intellectus. n. noster ē numinis apollinei proles.

Substantias numinum & animorum cognoscere est intellectus pfecte purgati. cōmuniter uero per actiones eorum cognoscim⁹ potentias per has auguramur essentias.

Inter hæc alcibiadi Socrates pollicetur dæmonis non substantiam sed potentiam notam fore. Ait enim diuinus Iamblichus substantias quidem dæmonum & cōmuniter omnium nobis superiorum, contemplari nobis difficillimum esse, nisi intellectum habuerimus pfecte purgatum. Quandoquidem & animæ essentiam non unicuique facile. Solus ergo Timæus omnē eius essentiam declarauit. Qualis enim est omnino diuina longaq; expositione indiget, qua declaretur, ut Socrates ait in phædro. Potentias autem numinū facile ē explicare, nam ab actionibus, quarum proxime matres sunt ipse uires, eas ipsas potentias persentimus. Media nanque inter actionem & essentiam potentia est, producta quidem ab essentia, actionem uero produciens. Præterea ipsa potentia maximam cum dæmonibus familiaritatem habet. Vbiq; enim potentia dæmonis instar medium obtinet. Et in rebus quidem intelligibilibus patrem intellectūmq; coniungit.

Potentia enim est simul cum patre, Intellectus autem existit à patre. In rebus autem intellectualibus cum essentiis copulat actiōes, actio nāque est potentiæ proles. essentia uero potentia ex se parit. Numina igitur inter nos deosque media proprie per nomen potentiæ designantur, ubiq; medium possidentis. Vera enim essentia uerūmq; esse penes deos existit. Potentia uero diis rite ministrans in dæmonibus habet locū. Actio denique & effectio per eorum potentiam progressa foras uersatur in nobis.

Cognitio futurorū contingentium, est apud supos certa atq; necessaria. Iamblichus atq; dux ille noster ita quærunt, atq; soluunt.

Quomodo non est absurdum? ex natura rerum cognoscendarū differentias cognitionū determinare atq; non contra, scilicet cognitionum de

## DE ANIMA ET DAEMONE.

num siue cognoscentiū differentiis cognoscenda diuidere. Ita ut quod per essentiam æthernum est, atque diuinum, ætherne atque diuine cūcta cognoscat, quod humanum est cognoscat humane quod sane indiuiduum est nimirum & indiuidue, uel quæ diuidua sunt anticipet. qđ æthernum super tempus etiam tēporalia, quod rationale in rationalia quoque rationaliter. Ex his itaque patet deos atque dæmonas cognoscere indefinita definite, instabilia stabiliter atq; firmiter. nōne uidem⁹, multa inferioribus nostris incognita nobis interim esse nota? In rationalia enim uniuersalis ipsius naturam apprehendere nequeunt. Nos autem colligere possumus. Quidnam igitur ulterius admiramur, quæ nos ambigua & fallaci cognitione coniiicimus, hæc superos firmiter cōprehendere. Non enim nostra debilitas, est illorum potētiae iudex. quē admodum neque irrationale nobis inferius, habet rationis nostræ iudicium, quāuis irrationali quod est in nobis, uel extra nos nostram intelligentiam moueat. Cur non absurdum sit coniecturalem quidem futuri præsensonem alicubi reperiri, stabilem uero determinatamque & indubiam, inueniri nusq̄. Ipsa nanque natura rerum non potest ab imperfectis, ab impuris, à rebus cum contrario mistis exordia ducere, si autem futuri coniectio est ignorantiae particeps, neq; constat, ubi nā ipsa ē per se futuri notitia? Vbi purum ipsum à quo quidem & quod posteri⁹ est & illius cupidum, substantiam est sortitum nisi apud superos.

Superi nobis bene consulunt, & si præuideant nos non obtemperaturoseis.

**a** Pollo Pythius Laio respōdit cōsulēs ne filium generaret, alioquin dæmonum uiolentiæ subditum. Præuidebat tamen interea Laium oraculo non obtemperaturum. sed Phœbus tanq̄ bonus proposuit ei uitæ melioris electionem. Et Laius sane illi quidem non errauit, sed propter propriam ignorantiam futuris est periculis circumuentus. Omnes quidem probi uiri actiones ad ipsa sui intima uergunt. Itaque si benefice atque diuine fuerit operatus, finem iam suum habet in actione uidelicet propria constitutū, etiam si extra nihil fuerit imperfectum similiter & circa nos sæpe dæmones operantur. Proinde diuina frequenter inferioribus uidentur occurrere, atque præcurrere, interim e suis sedibus non discedentia, sed dum in seipsis permanēt propter aptitudinem suscipientis, uidentur accedere. Nam & in deorum inuocationibus, & occurribus sponte factis accedere ad nos quodammodo uidetur ipsa diuinitas nobis uidelicet profectis ad ipsam. Mos Py

thagoreis erat per signa in corpore constituta uenientes ad eos iudicare utrum ad meliorem uitam apti forent. nec ne. Natura enī ipsa quæ animis confingit corpora, instrumēta eis congrua sumministrat, imaginēs q; animarum in corporibus indicat per quas & animarum ingenia in hac arte periti de præhendere possunt.

**Regula dialectica de propositionibus necessariis atq; cōtingentibus.**

Eriti in dialecticis dicere solent, etiā si quis decies mille propositionibus necessariis usus fuerit unicam uero interferuerit contingentem, conclusionem omnino, deteriori similem euasuram, similiter si ipsum quod à nobis cognoscendum est, habeat penes se aliquid materialis, instabilis que naturæ cōmistum, proculdubio efficit ut nostra de hoc ipso cognitio indefinita sit & ambigua. Cognitiones enim instabilium rerum non sunt à redargutione securæ, sed per assimilationem quandam uix talia comprehenduntur. Talis autem est & naturalis uirtus quia ubique quod imperfectum est tanquam materiæ cognatum, facillime permutatur. Ipsa per se sufficientia primum est penes deos boni nanq; sunt dii, atq; super essentielles bonitates quædam & entium omnium plenitudines, per quos & cæteris omnibus sufficientia competit intellectibus animis diuinis, dæmonibus nobis, & alia quidem participatione quadam sufficientia sunt. dii autem ipsa substantia. Quamobrem communis immutabilis que sententia beatitudinē designat sufficientia quibus enim competit habere se bene, eisdem sufficienter habere se conuenit.

Anima rationalis à primo opifice mundi in rationalis à diis iuuenibus. Ideo illa est hac nobilior.

Nimam in nobis rationalem, anima in rationali nobiliorem esse dicimus, quoniam illam quidem primus mundi opifex procreauit, hanc autem dii iuuenes produxerunt, huius sane generositatis, ipsa familiarum nobilitas est imago, quæ tamen ignobilitatem habet admistam, uicissim que mutatur, stabilis autem & sempiterna generositas animarum à diis ducitur, circa quos olim satæ dicuntur, atque à diuinis potentiis, sub quibus ordinatæ fuerunt, nobiliores enim animæ sunt, quæ sublimiorum deorum pedissequæ sunt, atque à maioribus potentiis dependentes secundum distributionem in uniuerso dispositam. Idem quoque de ciuitatibus assero. Desuper enim secundum sortes

## DE ANIMA ET DAEMONE.

dum sortes differentia ad animas usque descendit. Atque dicimus deos quidem alios esse igneos, alios æthereos, alios cœlestes, alios postremo terrenos. Rursum animarum, alias esse ex phæra solari, alias mercuriali, alias uero lunari. Atque est eiusmodi secundum loca distributio animarum talis, ut ea re uera gloriari quis possit. Non autem nobilitas secundum terrenos genitores & urbes.

Perfectiores animæ, sublimioribus diis dæmonibus quæ circa illos accommodatæ fuerunt, atque uicissim.

Ocrates inter hæc designat differentiã bonorũ dæmonũ nobis secundum essentiam præsentium, atque potentias quas sortiti sunt in mundo. Item animarum perfectiores quidem potentioribus subiectas esse dæmonibus, ab eisque seruari, atque ut expedit ubique dirigi. imperfectiores autem inferioribus subesse dæmonibus. sicut enim circa deos animæ pro dignitate sunt satæ, sic etiam sub dæmonibus rite sunt ordinatæ. Et quemadmodum deos duces, sic & dæmonas curatores pater ille faberq; mundi traditur animis præfecisse. Qua propter Socrates curatorem sui appellat præfectum sibi dæmonem atque deum. Manifeste asserens Alcibiadi hunc duntaxat esse uerum hominis curatorem. Qui sit & beatitudinis auctor propter eius mirabilem potestatem, quod sane nullus hominum nobis efficere ualeat.

Ordo rerum exigit, ut post idealem causam sint res semper ideæ participes, stabiles que omnino, deinde res ordinatæ semper que mutabiles.

Mor à corporea pulchritudine pendens mutabilis est. Quoniam est & illa mutabilis. Nefas uero est effectus alicubi conditionem supergredi causarum, atque meliores illis euadere. Nam & ubi causæ sunt ordinatæ, sæpe effectus inordinati nascuntur. ubi stabiles causæ, exitus sæpe mobiles. ubi determinatæ frequenter indefinitæ, contingunt. Igitur multo magis ex causis statu ordinæ que carentibus effectus ordinis statûs que expertes eueniunt.

Series uniuersæ de super p eiusmodi gradus deuenit ad extrema, quæ tandem talia sunt quæ permutari possint, sibi que ipsis naturalem uendicare mutationem, quemadmodum circa iustum, aliud quidem est primo iustum ipsum que iustum neque participatione tale, aliud autem illius primo particeps, quod & semper est particeps. Aliud denique aliquando quidem particeps, aliquando uero à participatione cadens.

Nque enim fas erat ipsum iustum sterile permanere, nulli prorsus quam suæ proprietatis impartiens nullum sanè primorum est eiusmodi, sed sterilitas ipsa soli materiæ tanquam rerum infimæ competit. Neque rursus fas erat quod primum aliis participandum fuit, participari primo ab eis, quæ solum quandoque participant. Nam ab ipso quod simplex penitus immutabileque consistit, hoc certe quod compositum est atque mutabile, nimis est alienum, Ideoque medio quodam uinculo indiget ad illius cõtactum. Nec iterum quod participatum est ab eis, quæ inde semper illustrari possunt, oportuit usque ad hæc ipsa duntaxat suum sistere munus, ne in uniuerso sit extremum hoc ipsum, quod principiis semper est suspensum. Oportet igitur triplicem sicut diximus ordinem constituere non solum circa iustum, sed circa pulchrum, æquale, simile, & species denique rerum omnes.

Vemadmodum dii curationes morborum, idest peccatorum animis & fruges opportunis temporibus adhibetes beneficio eas afficiunt, sic & uiri diuini opportunitatem quærunt ad disciplinam, sed dii quidem intellectuâli, diuinâque forma opportunitatum mensuras ipsi determinant. homines autem eas scientia prosequuntur. Sunt & qui inter homines ex inspiratione dæmonica eas aucupantur. Bonorum nanque dæmonum præsentia familiaritasque præcipuam uim habet in nobis ad opportunitatem infallibiliter ubique captandâ, quod & Socrati contingebat. Iam uero quemadmodum locus unicuique corpori ab ipsa natura proprie destinatus est, sic & temporis partes aliæ aliis conueniunt actionibus & quemadmodum totius mundi quidam circuitus, sunt fecunditatis sterilitatis ue causæ, animalium, atque plantarum. Ita singulis actionibus aliud conuenit, aliudque tempus ad actionem hanc aut illam perficiendam. eiusmodi uero tempus est actionis cuiuslibet oportunitas, tanquam bonum atque finem agentibus afferens & effectis. Quapropter pythagorici primam quoque causam à qua omnibus bonum adest, oportunitatem ipsam nominauerunt. Quippe cum omnibus ut perfecta sint largiatur. Tali quadam occasione Socrates per dæmonem ad Alcibiadem fretus est, accedens ad eum non nulla dicturus, quando & Alcibiades cogitabat ad eum proficisci eadem rogaturus. Vniuersa enim hunc in modum inuicem coaptantur, omnibusque ita communio bonorum ubique perficitur dum uidelicet causæ quidem perfectoriæ ad tradendum promptissimæ sunt.

Susceptura

## DE ANIMA ET DAEMONE.

Susceptura uero ad participationem expurgantur. & illæ rursus potentiam porrigunt perfectioriam. hæc autem potentia aptitudinis à natura susceperunt. Duplex enim potentia est. altera quidem agentis, altera patientis, & illa mater est actionis, hæc uero perfectionis est susceptulum, atque oportet tum quod effecturum est exuberans in se esse atque ad agendum ita promptum, ut etiam si suscepturum subsit nullum, ipsum tamen per se sit perfectum, atque ultro motum sit ad dandum, tum etiam quod passurum est ad participationem gliscat, sequitur ipsum perfectioriam admoveat potestati, atque etiam si illa non adsit, tamen per aptitudinem summam ad participationem fuerit ex parte rectum. Cum enim duæ sint causæ, alia quidem immobiles & omnibus ubique præsentis, alia uero mobiles, & aliquando præsentis perficiendis, aliquando uero distantes, & intelligibilia certe similiter ubique adsint, omnibus que semper eodem modo sua munera largiantur, sensibilia uero adesse participantibus, uicissimque abesse possint, quemadmodum sol nunc adest, impleretque lumine, deinde discedit, cum inquam ita se res habeant, quando aptitudo quidem inest participaturo ad aliquam immobilium causarum, tunc & hæc adest simul & efficientis causæ munus absoluitur. In talibus enim sola subiectorum ineptitudo solet munera prohibere. Quoniam quæ traditura sunt & semper tradunt, & sunt semper ubique similiter. Quod igitur euasit aptum fit & causæ subito particeps. at quando ad aliquam mobilium causarum aliquid sit paratum, sæpe & si hoc expositum est, quod tamen traditurum fuerat abest. Oportet enim hoc & nuper adesse quando quidem locum requirit ad dandum. Omnino uero quemadmodum diximus necesse est per omnes bonorum communionem hæc duo præcedere, tum datoris perfectioriam potestatem, tum consumatam aptitudinem suscepturi atque largitoris perfectionem cum suscipientis præparatione concurrere, & una cum eiusmodi concursu ipsam efficientem causam patienti secundum essentiam superferri. Concursum quoniam etiam eiusmodi non esse fortuitum neque ab inordinatis & rebus non coordinatis obtingere solet aliquid ordinatum quemadmodum quæ casu in uicem confluent. sed necessum est conspirationem tale alicubi quidem per naturam fieri, alicubi uero per intellectum. Item alibi à causa quadam dæmonica, alibi potius à diuina, hac sane conditione Socrates cum Alcibiade opportunè concurrat ad idem, huius autem opportuni congressus bonus dæmon causa extitit oportunitate Socrati conueniendi determinans. ipsa nanque oportunitas desuper à diuinis exordians usque ad extrema progreditur, & alia quidem opportu-



nitas est à diis determinata. Alia uero dæmonica. fatalis alia. alia uero fortuita. Fortuna enim ut inquit, opportunitàsque omnia humana gubernant.

Quæ attentius in patria uideras eorum imagines  
hic ante alia sequeris.

Nimæ nostræ hic peruagantur circa imagines, eorum quæ in  
a prima uiderant, & ad eas imagines magis afficiuntur, quorum  
exemplaria illic attentius contemplatæ fuerant. Aliæ nan-  
que animæ aliis sūt accōmodatæ spectaculis. Ideo aliæ aliis imaginibus  
incumbūt. Eorum enim quæ illic inspexerant similitudines amant.

Quæcūq; uero magni Iouis in super pedisse quæ fuerunt, unaq; cū il-  
lo circū uiuere, ordinē habente ducalem inter duodecim principes uni-  
uersi, hæ profecto secundum speciem sui dei etiam huc profectæ impe-  
riosam uitæ speciem appetunt. & quod reuera imperiale est ignorāt, ap-  
parentem uero principatum inter imagines prosequuntur. atque si sa-  
pientes nactæ sint præceptores, affectus eiusmodi eis peruenit ad salutē  
per quendam ad cœlestia reditum. Sin autem inter imagines moras tra-  
xerint, desinunt in tyrānidem. Hinc ait in re. publi. Socrates, animas  
nuper profectas è cœlis imperiosas potissimum eligere uitas. Cū enim  
paulo ante una cum diis cœlestibus circumuenerint, inspexerintque ui-  
res eorum omnibus dominantes, affectant ipse quoq; uitā eorū similem  
cæteris imperantem. Et plurimæ quidem affectu eiusmodi abutuntur  
rectæ uero utuntur admodum pauca. Præstantissimam quidem ui-  
tam Plato ponit. Contemplatiuam. Secundam, ambitiosam. Tertiam,  
uoluptuosam uel auaram. Contemplatiuam quidem eligunt animæ  
uenientes cœlitus, educatæ que rectissime. Ambitiosam quoque ueniē-  
tes è cœlo, sed educatæ deterius, reliquas uenientes è terris.

Naturalis in cunctis sententia est, deos anima-  
rum occulta cognoscere.

o Mnes homines naturaliter intimas cogitationes suas & passio-  
nes & appetitus ad deos loquuntur, persuasi uidelicet per im-  
mutabiles anticipatiōes, ipsam diuinitatem, omnia nosse ipsa  
etiam animarum occulta momenta. Omnis certe copula commu-  
niōque ratione cōfecta, indiget præsentia dei. Quid enim aliud & mul-  
ta unit, & congregat segregata, nisi diuinitas?

Deus

## DE ANIMA ET DAEMONE.

Deus prouidentia sua nostrū confirmat arbitrium.

**I**i animabus uitas proponunt, & eisdem postquam elegerint quæcunque electæ uitæ conueniunt certa sorte determinant. atque ita libertas arbitrii in media prouidentia cōtinetur, moueturque & determinatur inde, & in medio uertitur. hæc manifeste in re. pu. describuntur, ubi propheta uitas proponit animis ex genibus lachesis sortes accipiens. atque clamans inter animas o animæ diurnæ & cætera. & propositio quidem per medium prophetam fit à lachesi. Electio uero circa uitas ibi propositas, ipsarum iam est animarum. Iam uero propheta illic animarum electiones in se ipso cunctas anticipans, ita demum sortes proicit. profecto res ipsa quæ instabilis & indefinita uideatur semper in superioribus. perfectioribusque secundum unum terminum, & stabiliter, & ordinate ante comprehenditur.

Tres Platonis sententiæ.

**X** Platonis uerbis hic tria colligimus, primū ipsum male esse omnino deterius iudicandum quam non esse, secundum separationem animæ à corpore liberare nos à malis quæ uersantur in regione caduca, & ab impedimentis quæ hic consecutionem conuenientis finis impediunt. tertium ipsos animarum appetitus ad uitæ formas ualere quam plurimum, neque nos esse tales, ut ab externis duntaxat formemur, atque moueamur. Ex nobis enim ipsis electiones promimus, per quas uitam agimus.

Superi sententia certa tenent quæ in rebus sunt incerta.

**A**ccipies hinc sententiam admirandam, quæ uidelicet præstantiora sunt uniformiter, ubique anticipare deteriora. at uero deteriora potentiæ superiorum non æquari. Item cognitiones superiorum in seipsis deteriorum actiones firmiter comprehendere. Cognitiones autem inferiorum, totam superiorum actionem comprehendere nunquam posse. Quod superius est nihil à deterioribus in se accipit, quemadmodum neque cælum, ex mutatione accipit aliquam sublimarium passionem. Neque immobilis causa ex motu mundanorum mundanum aliquid intromittit. nec omnino quæ sunt æterna ex rebus agentibus temporaliter quicquam in seipsis admittunt. Hæc denique quod necessarium est, dum cuncta cognoscit mutationem substinet in eo etiam cognoscendo quod est contingens.

Argumentatio duplex per negationem & affirmationem illa resoluit. ista componit, & utraque cum ipsa natura animæ congruit.

**I** Alcibiades assignare nequit tempus in quo putauerit se nescire illa de quibus nunc cōsultat, certe nec illa quæsciuit aliquādo. nec à præceptoribus didicit unq̄. Quod si neque quæsiuit neq; accepit ab aliis, profecto nec didicit nec inuenit, si nec didicit, nec inuenit, merito neq; nouit, si non nouit, non est bonus iudex, inquit assignare nequit tempus, quādo se nescire putauerit. Vides profecto quemadmodum si hoc pacto disputatio producat, tum quidem cōpositione, tum uero resolutione procedimus. Affirmatiua quidem cōpositione, negatiua uero resolutione dicentes. Hæc autem scilicet cōpositio atq; resolutio prorsus naturæ animæ conuenit, quæ quidem à perfectioribus ad deteriora p̄ cōpositionē rationū, & appositionē alienorū quorūdam indumentorū labitur. quousque indēsum hoc solidūmq; uinculum includatur. Vicissim uero ad excelsa resurgit, per resolutionē, expulsionēmq; eorū, quæ ab ipsa eius natura dissentiūt, donec euadens nuda ut sacra tradūt eloquia, speciebus oīno separatis à materia cōiungatur. Quamobrem argumentatio per affirmatiua procedens, à perfectioribus ad imperfectiora descēdit. Procedēs uero p̄ negatiua uicissim.

**I**psum bonum quod essentiam intellectualem supereminet solum tamen ad infimum usque se porrigit.

**I**psum bonum tanq̄ super naturam intellectualem in se consistens, si dictu fas est, usque ad postrema descendit, illustrās oīa & conseruans, exornāns q; & interim ad se conuertens. Primo quidem ipsis uere existentibus adest. Secūdo diuinis animis. Tertio numinibus humano generi præsidentibus. Quarto nostris animis atque deinceps animalibus & plantis, omnibusq; corporibus. Ipsi deniq; in formi materiæ infimæ rerum feci, ipsum profecto bonum clam ineffabilitérq; ante omnem ordinē, proprium munus exhibet omnibus hæc aut illud ubique participāt, aliter atq; aliter suo qualibet ordine. & quatenus unaquæque naturaliter apta sunt, bonum inde reportant. hæc quædem debilius efficacius illa. hæc uniformius. Illa magis conditione partibili. hæc in super sempiternæ, mutabiliter illa. res nanque diuiniore quemadmodum indiuiduam habent essentiam, sic & bonum indiuisum possident & unitum. Quæ uero a principiis longius discesserunt, in distantia quadam, & diuisione iam posita bonum proprium comparant. Quapropter talia cœtu quodam ad idem contendente mutuaq; cōspiratioe

## DE ANIMA ET DAEMONE.

conspiratione penitus indigent. Vt quando quidē unūquodq; non habet sufficientiam quod est elementum boni. saltem p̄ communionem mutuam suppleat naturæ defectū. Atq; ita debilitatem suam diuisione factam, cōspiratione corroboret. Hac utiq; ratione hoīes singuli seorsū debiles ī commune ad consiliū congregantur, diuisam ita mentem inuicem copulantes, & quasi ē scintillis multis lumen unū accendere cōtendentes. Ipsa quidem multitudo nunquā per se ipsum sibi cōmuniter conferens comparet. Nisi circa unū aliquid, in ea præualens simul ordinaretur. hoc enim circa omnem rerum ordinem contemplari licet. Multitudinem scilicet ubique uni congenitam esse, atq; per cognatum unum reuocandam ad unitatē ipsam penitus absolutā. Ipsum diuinum bonum ideo cunctis sui in seruit appetitum, ut per hunc bona nobis impertire ualeret.

Mercurius est auctor nobis inuentionis & disciplinæ.

Mercurius ut Iouis nuntius paternam animis explicat uoluntatem, atq; ita nobis exhibet disciplinam, atq; iter ut inquisitionis est auctor, inuentionem suis præstat alumnis. Iam uero quando disciplina à superis uenit in animas, est inuentione præstantior. Quando uero a bæqualibus ceu hominibus cognitricem in nobis potentiam suscitantibus, est inuentione deterior. Inuentio igitur media ē, naturæ aīæ conueniens per se mobili. Per hanc enim uis ipsa in nobis p̄ se uiuens & per se opans potissimum declaratur. Disciplina uero utrinq; se habet, atq; secundū melius implet animam à causis eius superioribus secundum uero deterius ab eis quæ sunt extra nos uitalem in nobis uim suscitatur conditione quadam aliunde mobili. Quod autem etiam à superis cognitio quædam rerum nascatur in nobis, ipsi dii manifesta sui præsentia expositionibusque satis sæpe declarant, ostendentes animis ordinem uniuersi, atque præcurrentes uelut duces in ipso itinere ad diuinum atq; faces quasi phanales in signum itineris suspendentes.

Propter notiones rerum nobis innatas, putamus nos omnia nosse.

Animæ nostræ premuntur ignorantia duplici, putantes quidem se plurima nosse ob ingenitas sibi rerum ab initio notiones, ignorantes aut propter obliuionē. Qui igitur hac duplici premitur ignorātia, nihil ultra p̄quirit, sicut neq; sapiēs ipse quærit. Atq; ī hoc ipso est quodāmodo similis sapienti. Quæadmodū & materia deo p̄ dissimilē quandā similitudinē. Vt recte quidā tradit. Sicut. n. materia est informis, sic & deus, & utrunque infinitum est penitus, & ignotum

Tam&si hęc omnia deo quidem secundum melius,conueniunt,secū  
dum uero deterius materię competunt.

Anima per acquisitam scientiam fit, menti similis per duplicem  
ignorantiam, similis fit materię.

Nima per ipsam quidem scientiam euadit intellectui similis  
a secundum actum ipsum cognobile comprehendens, quem  
admodum intellectus intelligibile. Secundum uero duplicē  
ignorantiam fit materię similis, sicut enim materia omnia uidetur ha  
bere, cum nihil re uera possideat. Sic & duplici ignoratione laborans, ui  
detur sibi quę non habet habere.

Proinde duplex animarum co  
gnitio est. Vna quidem indistincta perque intelligentiam simplicem  
atque nudam. Altera uero dearticulata & scientię compos, & ambigui  
tatis expers. Videmur enim ut ipse ait quasi per somnium omnia nosse  
eadē inque per uigiliam ignorare. ut pote qui per essentiam quidem ra  
tiones habemus, & quasi cognitiones earum hinc expiramus, secundū  
uero actum productionē inque non satis habemus. Notionem igitur  
specierum per essentiam nobis insitam, atque constantem tempus non  
antecedit. ab æuo enim hanc habuimus. Sed notitiam secundum pro  
ductionem distinctionē inque rationum effectam præcedit tempus.

Itaque quo tempore primum hanc acceperimus, assignare ualemus. no  
ui enim quod quid ipse sit circulus, in hoc tempore didici quid ue iusti  
tię species sit in alio, similiterque de aliis. Quorum scientias, etiam se  
cundum actum habemus. Itaque de qua quidem re siue rei de qua remi  
niscamur tempus non satis recolimus. Reminiscentię uero ipsius, est  
tempus aliquod certe determinatum.

Ætates septem, planetis septem congruę.

Etatum ordo sequitur ordinem uniuersi. Prima quidem ætas

a lunarem sequitur potestatem. Tunc enim secundum nutriti  
uam uegetalē inque uiuimus facultatem. Secunda Mercuria  
lem, quando litterarum cytharęq; & luctę similiū inque ludorum stu  
dium exercemus. Tertia ueneream, quando turgent membra semini  
bus & ad genituram protinus incitatur. Quarta solarem, tunc enim  
regnat uigor ætatisque perfectio properat, ætasq; media. Quinta mar  
tiam, in qua potentias & uictorias affectamus. Sexta Iouiam, quę pru  
dentiam & uitam actiuam ciuilē inque desiderat. Septima Saturniam,  
In qua naturę consentaneum est a generatione desistere, seque a corpo  
reis segregare, & ad alterā incorporeā inque uitā se trāsferre. Superiora ubiq;  
inferiorum

## DE ANIMA ET DAEMONE.

inferiorum cognitiones unice complectuntur, atque præstantius. Quæcunque enim sensus materiali conditione cognoscit, eadem immateriali<sup>o</sup> imaginatio percipit. quæ opinio sine causa reputat, eadem per causam scientia comprehendit, atque ita deinceps præstantiora semper per eminentiam absolutam uniuersam cognitionem in se continent inferioribus competentem, itaque & dæmonem præfectum nobis nihil nostro prælatet, non motus animi, non potentia naturalis, non fortuita permutatio. Sed ille cuncta unice circūspicit, atque gubernat. In hoc uniuerso fines omnes omnium in eo dispositorum ad ipsum finem mundi conducunt. Vt enim mundus perfectus foret, sicut Timæus ait animalia cuncta, tam diuina quàm caduca sunt genita. Similiter in ciuitate recte disposita partium omnium fines, fini ciuili peritiæ seruiunt. Item sicut unumquodque eorum quæ in generatione uersantur secundum speciem unicam habet esse ideoque non est infinita. Ipsum uero intelligibile est omnia, quando quidem sensibilem habet causas, sic & qui libet priuatus artifex plurimum est ignorans, semel uero peritus, ipse uero ciuilis est absolute prudens. Nouit enim & finem proprium & aliorum fines, atque cæteras artes ad unam dirigit ciuitatis uitam.

Per harmoniam in cælo regnantem superi reliqua harmonice cuncta contemperat.

O Elum concentu motionumque concinnitate plenum est. c Deinde numina nobis superiora harmoniæ cœlitus præcedentis participia sunt. Post hæc hominum uita recte disposita consonantiam morum & actionum concinnitatem suscipit inde, eorundem quoque superiorum munus usque ad bruta plantaſque descendit. Nā hæc quoque harmoniæ naturaliter participia sunt. Superi nanque harmonica ratione mundana omnia continent, atque perficiunt, & inuicem accommodant & ad mundum. Intellectui quidem corpus per mediam animam harmonica ratione concinant. Circuitui uero identitatis ratione constanti, generationem per medium circuitum alteritati (ut ita dixerim) deputatum. Igni denique terram per uincula media. Præterea quamlibet animam harmonicis rationibus excolunt. Et unumquodque corpus similibus copulant ubique mensuris. Atque motum quemlibet musicis peragunt ubique mensuris. Habitus igitur in nobis musicus, munus quidem est musarum, quauis earum imago postrema. Habitus enim in nobis artificiosus, atque contemplatiui, deos præsides habent, originemque inde deducunt.

Qui ignorat finalem causam, ignorat omnem causam.  
 Ignorantia finalis causæ circa rem quamlibet efficit ut & cæteræ causæ ad eandem pertinentes similiter ignorentur. Quoniam finis est causæ & prima præcipuaq; atq; potentissima, huius enim gratia & efficientes causæ faciunt, & quæ fiunt efficiuntur. Quapropter Timæus eiusmodi causam apud sapientes optimam arbitratur habendam, duplicem in sophista Plato tradit animæ prauitatem. Quarum una quidem ignorantia est in ratione cadens, altera uero discordia in rationalis partis ad rationalem. Eiusmodi quidem discordia est animæ morbus. Ignorantia uero deformitas. Cū enim ratio in uniuersa anima ordinem habeat speciei, merito prauitas rationis est animæ turpitudine, sicut rationis uirtus est animæ pulchritudo. Fit enim ignorantia quidem propter irrationalis potentia dominatum. Cognitio uero propter rationalis imperium. Deformitas autem animæ superata ratione contingit quādo uidelicet proprias actiones in cōcinnas, & incōgruas edit inefficaces & ineptas ad finem. Oportet in animā excolenda, sublatis impedimentis animam reæ contemplationi penitus admouere. Inest namq; nobis cognitio ueritatis, prohibemur aut quominus animaduertamus eā propter passiones ex generatione nobis obstātes. Passiones in quā obliuionem opinionem unā imaginationes falsas, appetitus immoderatos, quibus expulsi, in seipsū est animus conuertendus, ita ueritate subito fruitur.

Finis belli iustitia. Finis pacis amicitia quæ est optabilior quā iustitia.  
 Illi quidem finis est iustitia. Pacis autem aliud quiddam excellentius bonum, amicitia scilicet atque unio. Finis enim uniuersæ uirtutis est ut Pythagorici tradunt. Aristotelesque confirmat, ut omnibus iam factis amicis, iustitia non ulterius egeamus, quādo uidelicet sublatum fuerit meum & non meum. Atqui iusti sint oēs. adhuc tamen opus amicitia homines congregante. Esse uero bellorum principium iniustitiam declarat ipsum bellum, quod materiales formæ inter se committunt. Pugnat enim calidum contra frigidū. Nō quando loco disiuncta sunt, sed quando alterum alterius sedem occupare contendit. Cum enim sede illud indigeat merito repugnat extrinsecus uenienti conantiq; ipsum è sua sede detrudere, quo circa rationes insite in natura inuicem absque seditione concurrunt. Nam una queque in se ipsa consistit. Formæ uero materiales cum nequeant seorsū à materia permanere merito de cōmuni hospicio iter se decertāt. Quippe cū hoc utraq; formas iter se contrarias in se absq; cōfusione suscipere nequeat:  
 Quomodo

## DE ANIMA ET DAEMONE.

Quomodo anima descendendo uarie uestiatur. & rursus purgetur  
redeatq; uicissim.

Ascensus animæ in corpus sciuit quidem illam, à diuinis ani-  
mis, à quibus intelligentia & potestate puritatēque implebatur

Coniunxit uero generationi & naturæ materialibusque rebus  
à quibus obliuione & errore & ignorantia est imbuta. Nam animæ de-  
scendenti ad natæ sunt ex mundo multiformes uitæ uestesque uariæ tra-  
hentes quidem ipsam in compositionem caducam. obstantes autem  
contemplationi separatorum. Oportet igitur animam hinc ad natu-  
ram illam peruigilem rectam ducendam, amputare secundas tertiāsque  
uires descendenti subortas, sicut marino glauco, herbæ, petrae, conchæ.  
Cohibere uero impetus extra ferentes. Reminisci rursus rerum sepa-  
ratarum essentiæq; diuinæ unde est facta descensio, & ad quam omnem  
uitam contendere decet.

Anima per se mobilis est. corpus aliunde mobile, Sed propter mu-  
tuum cōmercium alter alterius conditionem subit.

Anima per essentiam est mobilis ex se ipsa, sed coniuncta cor-  
pori quodam modo euasit etiam mobilis aliunde, sicut enim  
ipsa sua præsentia dedit corpori ultimum ex se mouendi ue-  
stigium sic & ipsa propter corporeum contubernium conditionis no-  
tam subiit mobilis aliunde. Igitur ob potentiam se mouentem anima  
fœcunda est, & inuentioni propensior, rationesque parit atque scientias.  
Sed propter conditionem mobilem aliunde, indiget frequenter ab aliis  
excitari. Iam uero perfectiores animæ ad inuentionem sunt promptio-  
res, imperfectiores uero magis externis indigent adminiculis. Illæ enī  
magis ex se mobiles sunt, minusque deterioris naturæ participes. Hæ ue-  
ro minus ipsæ se mouent, magis sortem corpoream patientes. Verunta-  
men hæ quoq; quando proficiunt, à corpore uidelicet resurgentes, seq;  
ipsæ ex materia colligentes, fœcundiores inuentricēsque euadunt pro-  
tinus circa illa, in quibus antea erant steriles, & ambigæ pp ignauiam  
ineptam uitæ à materia contingentē sordidūq; torporem ex generatio-  
ne contractum. Nos igitur ita mediocritatē seruantes rationalis natu-  
ræ conditionisq; causas assignamus pertinētes præcipue ad habitus ei-  
imperfectiores. atq; perfectiores, Viasq; eiusmodi arbitramur ad pfectio-  
nes eorū. Quicunq; uero rationes de his assignantes mediocritatem mi-  
nime seruant, sed uel ad melius surgunt, uel ad deterius deflectuntur,  
hi à ueritate animæ procul aberrant. Neq; enim probamus eos, qui tra-



dunt animam lapsam in corpus humidum eiusque obstaculo impeditam, ab initio esse dementem, humore uero paulatim propter innatum calorem exhalante, magis que temperato, prudentem animi potentiam conualescere. Hic enim perfectionis modus corporeus & materialis est iudicandus, supponitque perfectionem animæ ex contemperatiõe corporis proficisci. Anima uero ante elementa generationemque totam, suam habet substantiam, estque uita quædam, neque corpori neque naturæ permixta. neque rursus admittimus eos, qui animam putant esse quandam diuinæ essentiæ partem, partem uero hanc esse toti persimilem, semperque perfectam. Tumultum uero perturbationesque circa illud uersari quod in nobis est animal. Qui enim hæc aiunt, animam semper perfectam fingunt, semperque scientem, nec unquam reminiscencia indigentem, semperque passionis expertem, nec aliquando deprauatam, tam& si Timæus essentiam animæ nostræ non ex primis ait omnino generibus cõstitutam, quemadmodum superiores animas, sed ex secundis tertiisue compositã. Et Socrates in Phædro inquit, uires nostras esse boni cõtrario mixtas dissensionisq; mutæ plenas. Atque hanc ob causã, aliquãdo meliores, aliquãdo deteriores superare solere. Quid plura: nonne ipse inquit, aurigam quoq; nostrum aliquando depruari, scribens uidelicet prauitate ipsius aurigæ multas animas claudicare. Multas item plures perdere pennas. Sed quidem aurigaria potestate in nobis est antiquius. Hæc utiq; est, quæ reminiscitur diuinorum, utiturq; secundis tertiisq; uiribus ut ministris. Quod planè docemur in phædro Profecto sicut diximus, mēsuras animæ cõseruare debemus, rationesq; perfectionem & profectum animæ assignantes: neque ex corporeis, neque ex diuinis traducere, ut ita Platonis simus interpretes. neque ad opinionē propriam philosophi uerba detorqueamus. Postquã igitur anima aliquando imperfecta est rursusque perficitur, & obliuionem patitur diuinorum & iterum recordatur, constat & tempus ad perfectionem eius conducere. Quo enim pacto ex imprudentia ad prudentiam transfertur, & in uirtutem à prauitate. nisi per tempus mutationes efficeret. Omnis enim mutatio spatio temporis agitur. Hæc utique dicta sint de perfectione cõmuniter animarum. ex his autem accipiamus, oportere eum qui iustum norit ex ignorantia in cognitionem eius aliquando pertransisse, neq; semper ipsam iusti rationem improntu prorsus habere. Quemadmodum illi nobis superiores. Imperfecti nanque ab initio nascimur. Neq; rursus propter ipsam mutationem corporis,

cognitionem

## DE ANIMA ET DAEMONE.

cognitionem quoque iusti nobis obtingere. Nō est enim essentia nostra corporea, nec materialibus constituta. Necessē est omnes animarum mutationes tempore mensurari. Vnde & Aristoteles in anima mutationem secundum actum & habitus eorumque opposita collocat temporalem. Quod igitur anima coniuncta corpori, & a prauitate ignorantiaque transiens in opposita, interuallo temporis indiget, nemini dubium. Quidam uero animam ipsam seorsum in se manentem arbitrantur adagendum tempore non egere, sed contra tempus ex ipsa creari. hoc autem arbitror aliquam rationem desiderare. Duplex enim tempus est, unum quidem una cum naturali uita corporeoque uniuersi motu natum. alterum uero per incorpoream uitam procedens. Hoc igitur animarum quoque diuinarum circuitus dimetitur. Rursumque animarum nostrarum actiones perficit etiam separatas, secundum uero tempus una cum naturali uita porrectum uitam quidem nostram una cum corpore actam metitur. Vitam autem ipsam animae secum ipsa uiuentis nullo modo. Est tamen aliqua in nobis scientia ante omne tempus. Fit & aliqua tempore, Socrates igitur scientiam secundum actum expressam spectans inquit, quod nam ante hanc tempus extiterit. Alcibiades autem scientiam saltem possidens in essentia positam, propter quam putat etiam scire quae nescit, nequit assignare tempus, quo primum acceperit eam, ab aeterno enim hanc habemus. Quapropter si alter quidem de alia scientia loquitur, alter uero de alia uera sunt utraque scilicet & tempus scientiam praecessisse, & non habere in promptu tempus, quod affirmes scientiam praecessisse. ante enim scientiam nondum consumatam tempus est nullum. ante uero scientiam actu perfectam tempus extitit.

Multi gradus per quos a multitudine ad unum adscendimus contemplan-  
do. Lato & pythagoras iubet fugere multitudinem, ut ueritatem sim-  
plicissimam consequamur. Multitudinem quidem exterioris po-  
puli, nos multifariam distrahetis atque fallentis. Interioris quo-  
que populi multitudinem multo magis. haec enim magis distrahit atque  
fallit. Primam ergo fugito uariam affectuum multitudinem. Secundo  
sensuum. Tertio imaginationum. Quarto opinionum inde penden-  
tium. omnis enim multitudo iam dicta tam in se diuersa est, ut alia ali-  
is in qualibet contraria sint. Vnde praestat ad scientias se conferre. In qui-  
bus multitudo iam contrarietatem habet nullam. Nam & si affectus af-  
fectibus contrarii sint, sensus quoque sensibus, imaginationes imaginatio-  
nibus, opiniones opinionibus nulla tamen scientia scientiae contraria.

reperitur. In hac igitur propositionum notionumque multitudine congregemus in unum scientiarum quoque numerum uno quodam uinculo connectamus. Tanto enim abest quod inuicem contraria sint, ut etiam notio notioni seruiat, scientiæque inferiores omnes superiori ministrent, habeantque sua ab illis exordia. Oportet, hic insuper à multis scientiis quæ præsupponunt unam, ad ipsam unam se conferre, nullam ulterius supponentem, atque ad hanc primam omnes rite referre. Post uero scientiam eiusque studium expedit iam deponere compositiones & diuisiones multiformesque discursus, atque illinc ad intellectualem uitam simplicisque intuitus & perceptiones eius ascendere. Scientia enim non est summus cognitionum apex. Sed super eam est intellectus, non intellectum inquam dumtaxat ab anima separatum, sed ipsam quoque illustrationem animæ illinc infusam, de quo & Aristoteles ait, intellectum esse, quo terminos cognoscimus. Atque Timæus hunc ipsum inquit in nullo unquam alio præterquam in anima fieri, ad intellectum igitur hunc ascendentes una cum hoc intelligibilem essentiam contemplerur, perceptionibus uidelicet in diuiduis, atque simplicibus indiuisa simpliciisque entium genera specularantes. At uero post uenerabile intellectum ipsam denique summam animæ (ut ita dixerim) existentiam per quam unum sumus, & sub qua unitur multitudo nostra suscitare fas est. Quemadmodum enim per intellectum nostrum diuinum tangimus intellectum, Sic & primum unum, a quo omnibus inest unio per unum, & tanquam essentiæ nostræ florem attingere licet. Per quod sanè nostræ unum diuino maxime iungimur. Simili namque simile ubique comprehendi potest. Scibilia quidem scientia, intelligibilia intellectu. Vnitissime entium mensuræ animæ unitate. Iam uero hæc unitas per que ipsam actio, est actionum nostrarum summa diuini per hanc efficimur. Quando uidelicet omnem multitudinem fugientes in ipsam unitatem nostram confugimus unumque efficimur, & uniformiter agimus. Hactenus fugientem multitudinem admonuimus per gradus cognitionum ordine procedentes. Deinceps per gradus cognobilium ad idem comprobandum similiter procedamus. Sensibilia fuge omnia, congesta enim sunt, & diuidua, ac penitus mutabilia. Ideoque sincera notitia teneri non possunt. ab his igitur ad essentiam incorpoream te transferto. Omne namque sensibile habet aduentitiam unitatem, perque se ipsum est dispersum, & in finitate plenum, propterea & bonum eius est partibile, & aduentitium, & à se metipso distans, atque discedens atque in sede residens, aliena. Cū uero ascen-

deris

## DE ANIMA ET DAEMONE.

deris illuc & inter incorporea fueris collocatus conspicias animalem illum ordinem super corpora mobilem quidem ex se ipso per se agentem, in se & ex se suam substantiam possidentem multiplicatum tamé anticipantemque in se ipso apparitionem quandam essentiae circa corpora diuidenda. Ibi sané uidebis rationum plurimas habitudines, proportionésque uarias & uincula multa. Item tota quaedam; & partes & circulos animales, uarietatem uirium multiformem. Præterea animarum perfectionem non æternam non simul totam penitus consistentem, sed euolutam tempore & in discursionibus se uersantem. Talis enī animæ natura est. Post uero multitudinem animis competentem te confer ad intellectum, & intellectualia regna, ut rerum possideas unitatem. Ibi quidem naturæ illius contemplator esto. Spectato manentē in æuo naturam, uigentem uitam, intelligentiam uigilantem cui nihil deest uitæ, quæ ad pfectionem suam curricula temporis non desiderat, Vbi hæc inspexeris, & quanto interuallo animis sunt meliora. Quare deinceps nū aliqua ibi sit multitudo & intellectus cum sit unus nūquid sit etiam uniuersus. Item cum sit uniformis, an sit in super multiformis. Inuenies quidem ita se habere. Cum ergo perspexeris intellectualem illic multitudinem, quamuis indiuiduam penitus, & unitam, ad aliud rursum principiū te traducito. Atque sup intellectuales essentias, unitates eaz considerato. Ac deniq; unitatem ab omnibus absolutam. huc usq; profectus, omnem multitudinē dereliqueris & ad ipsius boni fontem iam pueneris. Cū per hæc pateat perfectionem aīæ cōparari ex eo proprie quod oēm & externam & internam & ipsā uniuersi multitudinē fugiamus. hūc quoq; concludere possumus, aīas nostras non à sensibilibus cognitiones duntaxat colligere, nec à rebus particularibus atque diuisis, ipsum totum unumq; inuenire, sed ex intimis promere disciplinam, & quod in rebus apparentibus imperfectum est emendare. Non enim decet existimare ea quæ re uera non sunt esse præcipuas causas cognitionis in anima existentis. Et quæ inter se ipsa dissident, indigentque rationibus & argumentis animæ ambiguaque sunt, scientiam omnino præcedere eodem modo manentem. Neq; etiam quæ uarie permutantur rationes in uno consistentes progenerare. Neque indeterminata determinatæ intelligentiæ causas esse. Non igitur à multis, sempiternorum ueritatem accipere decet. Neque à sensibilibus uniuersalium iudicium atque discrimen. Neque à rebus ratione carentibus iudicium sententiāque bonorum. Sed oportet animam se ipsam ingredi

entem, ibi uerum bonumq; ac ueras rationes omnium perscrutari. Plena enim est horum animæ ipsius essentia. Delitescunt uero ex obliuione genetica. Quærit igitur anima uerum exteriora spectans, ipsum interim essentia possidens, bonumq; foris explorat, se ipsa deserta. Hinc igitur sui ipsius cognitionem exordiri quisq; debet. Si enim in hominum multitudinem intuitum distrahamus, nunquã unam eorum speciẽ discernemus, obscuratam uidelicet multitudine diuisionẽq; & discordia mutationẽq; multiplici eorum qui speciei participes sunt. Sin autem in nos ipsos aciem conuerterimus, hic utiq; & rationẽ unam & naturã unã hominum speculabimur à disturbance semotam. Merito itaq; Socrates longe segregat animã à multitudinis conspectu cognituram, quid reuera sit homo, opinionẽsq; contemplationis huius impedimenta, redarguit. Multitudo nanq; impedimẽto nobis est ad animi conuersionẽ in se ipsam, atq; ad unius speciei notitiam. Hic enim uarietas obumbrat unum. Alteritas obscurat identitatem, dissimilitudo obfuscatur similitudinem. Nam circa materiam species sunt confusæ, & meliora deterioribus sunt commista.

Vita proprie naturalis animæ non est in corpore terreno, sed sublimi, ideo formæ omnes hic ægrotant atque delirant.

Emo mirari debet si cum dicamus quod est naturale frequentius esse eo quod præter naturam, & hoc quidem contrahi in angustum, naturale uero per uniuersum amplificari, hominũ tamen plurimos, ignorantes esse fatemur & malos, contrarios autẽ quã paucissimos. Non enim naturale est animis una cum corporibus uitã degere, & in generatione uersari. Sed contra separata immaterialis incorporea uita potius est animis consentanea. Quando igitur in generatione uersantur similes sunt hominibus pestilentem habitantibus regionem. Quando uero extra generationem uiuunt, ut Plato inquit similes sunt prata colentibus. Quemadmodum igitur non est mirandum inter eos, qui pestifera loca incolunt, languere quã plurimos, paucissimos uero naturalem ualitudinem cõseruare, sic & animas in generatione positas plurimas quidem obnoxias passionibus, atque prauas esse mirari non debes. Contra uero stupendum foret, si animæ eiusmodi corporibus inuolutæ his nodis adstrictæ, tanta circumfusæ mutatione aliquando sobriæ, puræ, imperturbatæ reperiantur, nonne stupendum est animam immaterialiter in rebus materialibus uiuere, & in caducis incontaminatam

## DE ANIMA ET DAEMONE.

taminatam se alicubi conseruare. Atque cum iam eiusmodi pocula biberit, non esse his pharmacis consopitam. Re enim uera obliuio, error incitiam pharmaco cuiusdam similis est in locum dissimilitudinis animas deflectenti. Quidnam igitur admiraris, multos quidem secundum uitam esse lupos, multos uero porcos, plurimos autem alia quadam bruti specie circumfusos. Cum terrenus locus circes ipsius sit diuersorium. Animæq; multæ ob immoderatam concupiscentiam uenenosis inescartæ sint poculis. Illud autem illud potius admirare si qui inter mortales usquam reperiantur eiusmodi potionibus non permulcti non etiam irretiti. Si qui Mercurii munere freti in rationem scientiamque se conferant. Quemadmodum enim mirari non debes si in tartaro prospexeris animas cruciatas. Taliū enim ille locus, sic etiam si in generatione uiuentes animæ plurimæ perturbatæ sint ignaræ dementes. Tales enim animas desiderat generatio, sicut igitur in cœlo quidem bonæ sunt oēs, in tartaro autem omnes improbæ. Sic in generatione plures quidem prauæ sunt, pauciores autem probæ. Generatio enim non ad extremorum melius atque diuinius declinat sed deterius.

Malus neq; cum aliis consentit neq; secum.

**I**mprobis secum ipso consentire non potest. Neesse enim est tum propter naturam rationalem uidere quodammodo uerum, tum propter imaginationem perturbatam plurimum ignorare, secumque dissidere. Declarat hoc penitentia remissis perturbationibus ueniens. Intemperatus igitur propter intelligentiam diuinitati cognatam, diuina quandoque cogitat atque loquitur. Sed propter concupiscentiam imaginationemq; perturbatam à temperantia diuina longe discedit. Cumq; semper secum ipso pugnet, nimirum cum aliis consentire non potest.

Quicumq; sciunt aliquid circa illud omnino consentiunt.

**O**portet eos qui sciunt aliquid circa illud esse concordēs, Cuius quidem concordie causa prima est ipsa rerum determinata natura, secunda q; ipsa cognitionis iudiciaria sūt eadem apud oēs. Tertia, q; in primis principiis, intellectus ad se ipsum est unitus. Ideoq; quicquid est intelligentiæ compos est & particeps unionis. Scientia quidē illustratio quædā est, ex intellectu dependens. concordia uero illustratio est ex unitate procedens. Est enim unio differentium. Neesse est igitur scientiæ eiusdem participes in uicem consentire.

Quisque nostrum est anima, & hæc in se habet species omnes diuinas atq; naturales

Orum Platonis consilium hoc in libro est, nos in ipsam nostram reuocare cognitionem, atque demonstrare essentiam nostram in speciebus rationibusque consistere. Atque scientias omnes ex se ipsa producere, & in se ipsa species omnes diuinas & naturales agnoscere. Perfecta quidem nostri cognitio foret ab essentia uires, ab his actiones diiudicare. Cognitione uero nostri communiore potimur, ex actionibus uires ex uiribus essentiam animæ cognoscentes, hæc quidem tria inuicem in anima confluunt. Nam & essentia eius est actu & actio essentialis existit. Hæc enim intellectualis fit secundum actum. hæc autem essentia fit cognata secundum ipsius perfectionem.

Anima libero motu se ducit. sibi bonum præbet se purgat. se erudit, etiam quando aliunde erudiri uidetur.

Nimialia quidem ratione capta, impulsa gubernantur externo, & aliunde curantur, ea uidelicet conditione qua mouet ipse motor, orbata scilicet ea facultate qua aliquid se ipsum ducere ualeat, atque seruare. rationalis autem anima propter ipsam per se mobile, & per se operatam proprietatem suapte natura potest circa se ipsam agere, seque mouere bonumque sibi ipsi præbere. Iam uero purificatio nobis non accidit ab externis, sed ex intimis animæ ducit originem. Omne namque malum ab externis accidit, atque est animæ peregrinum. ex intimis uero bonum. Anima enim naturaliter est boniformis. Et quanto fit perfectior, tanto uitam sibi uendicat ex se mobilem. Quippe cum fiat aliunde mobilis ob corporale commercium & effectum. Quapropter quicquid accipit ab externis, remanet appositum extra ipsam, sicut sensibilia & imaginatione percepta. Sola uero illa sunt in ipsa quæ ab ipsa in ipsa fiunt, ab eaque producuntur. Purgatur igitur ex se ipsa, quando quidem ratio à se ipsa, incipiens, desinit in se ipsam. Hac igitur ratione recte intelligitur, quod Socrates ait. scilicet inter disputantes, dicentem esse proprie, qui respondet. Hic ergo si redarguitur, redargutus uero purgatur, certe dum purgatur se ipsum purgat, & ab ignorantia liberat, redargutionem adhibens ipse sibi. Quod quidem naturæ animæ se mouenti consentaneum est. Quod sanè dictum confirmat et illud disciplinas esse reminiscencias. quod non respondentes ex se ipsis omnia dicant, maximum est reminiscencie signum, animas uidelicet rationes sermõesque ex se ipsis promere. Atque solo suscitante quoque indigere. Neque esse tabellas uacuas litterarum, quæ extrinsecus figuras accipiunt. Sunt enim

## DE ANIMA ET DAEMONE.

enim semp̄ inscriptæ, & ipse scriptor est intus Neq; tamen omnes inscripta legere possunt, uel quod inscripta sint cognoscere. Quippe cum ob geneficam obliuionē oculusearum sit sordibus circumfusus, atq; ex ipsa obliuione, in passiones inciderint. Solum igitur opus est auferre, quod obstat appositum. Non autem necessaria est extrinsecus iniecta notitia, habent enim animæ in se ianuas ueritatis, sed terrenis materialibusq; speciebus obclusas. Si quis igitur diligentissime res demonstrat. Animæ incitatae quidem aliunde, promentes autē ex se ipsis scita responsa, ex hoc ipso declarant uerum esse Platonium illud animam oīa nosse, soloq; indigere quodam ad respondendum extrinsecus incitante. Præterea q̄ aliquis cum eruditur, ipse se ipsum purget, dæmonicæ potestatis est op̄. Nam dæmones non extrinsecus in nos agunt, sed tanquā expuppi nos intus dirigunt & gubernant, Neq; nos purgant tanquā corpora quædā aliunde mobilem nacta naturam. Sed curant tanquam mobiles ex se ipsis. Hac enim ratione tamen & bona præbent, & passiones expurgant. Socrates igitur uicem boni dæmonis agens, ostendit adolescentem non tam ab alio quam a se ipso redargui.

**Q**uare malus & ignorans secum & cum aliis diffideat. quare bonus consentiat, & scientes inter se sint concordēs.

**C**ontingit merito plerisq; ad se ipsos discordia frequens. quoniam aliqua quidē a sensibus intromittunt. Aliqua rursum ab imaginatione, Aliqua ab opinione frequenter. non nulla ab ira. à concupiscentia multa. Non enī solū ex opinionibus tales quædam passiones mouentur hominibus. sicut stoici tradunt, sed etiam contra propter passiones quasdā, & impetus. opiniones sæpe permutant quandoq; ex optimis pessimas sæpe reportant. Hi ergo à multis principiis atq; potentiis & his quidē deterioribus multiformes in se motiones accipientes, nimirū aīam dissidentē habent, atq; discordem. Scientia uero præditi ab uno quodā superiore principio cognitionē suscipiunt uniuersam. Intellectus. n. eis principia tradit. Iam uero omnes sententiæ ueræ filia sunt intellectus. Cum igitur à tali quodam principio simplicitate procedāt omnes, merito omnes inuicem sunt concordēs.

**Q**ui putāt hominē esse ex anima corporeq; compositum cōsequenter utile ab iusto se iungūt, qui uero hoīem esse aīam coniungunt.

**U**trum idem sit iustū atq; utile, cæteri quidem dissentiant. Platonici uero idem esse censent. Nam Epicurei sanē & stoicorū quidam finem nostrum ponentes ipsum secundum naturam



uiuere, atque peripatetiti qui bonum nostrum ex necessariis complent. Non facile possunt idem esse iustum atque utile confirmare. Similiter & quicumque hominem aiunt esse corpus animatum, uel ex corpore anima que compositum. Vulnera enim cadésque fugiet aliquis uel iniuste, ut animal conseruetur. Quippe cum cuiuslibet animalis bonum sit secundum naturam se habere, & in hoc habitu conseruari. Hic igitur utile distat à iusto. Quicumque uero finem ipsum in anima collocant corporeis non egentem hominemque ipsum esse putant animam utentem corpore, hi certe iustum atque utile facile iudicant esse idem. Vtrunque enim in anima ponunt, & passiones instrumentorum ab ipsis utentibus esse seiunctas intelligunt. Argumentatio uero probans iustum esse utile ita procedit. Omne iustum est pulchrum, omne pulchrum bonum, omne igitur iustum bonum. Atque bonum & utile idem est, omne igitur iustum est utile.

Anima contrahit in se speciem rei cui adheret, item de uehiculis diuinarum animarum atque nostrarum.

Nimæ, species etiam eorum sibi contrahunt quibus ipsæ se coniungunt. Nempe quando se assimilant intellectui mox immutabilitatem secundum opiniones atque uitam sibi uendicant.

Quando uero generationi se copulant nouitatem ubique sectantur, & tum in has, tum in illas feruntur opiniones. Rationesque ipsas animæ semper stabiles minime sentiunt. Significat iter hæc Plato generosiores & ingeniosiores animas intelligentiam habentes puritatis deorum inuolabilis, atque hanc ipsam suo idolo inferentes, etiam circa apparentem puritatem quodammodo occupari solere. Quandoquidem & diuinorum indumentorum inuolabilis essentia est, & imaterialis est puritas, quam sane oportet animas induere sua uidelicet indumenta cognata purgantes, uestesque suas incontaminatas a generatione seruantes, neque totum in externarum uestium puritate ponentes.

Scientia una in se manens implet multos non diminuta, hinc conuincimus animam esse a corpore separatam.

Iusdem scientiæ minus est uni persuadere, atque multis in qua quidem Platonica sententia quasi quidam hymnus & celebratio scientiæ continetur hunc in modum quanta & qualis unaquæque scientia sit hinc apparet, quod intellectus ipsius imitatione eadem scientia unumquemque implet cognitione. cunctosque simul. est quidem indiuisibilis, & confidens in seipsa, & interim omnia participantia sui perficit  
instar

## DE ANIMA ET DAEMONE.

instar mentis, quæ quidem ex se tradit omnibus iterim ab uno quoque seorsum. Hæc utique essentiam nostram iudicant à corpore separatam, & in seipsam manentem. si quidem scientia, quæ perfectio nostra est, talem possidet facultatem, corporeæ nanque potentiaë quâdo se tradunt ipsæ se minuunt. Scientia uero una eademque permanens indiminuta sufficiens uni multisque pariter seipsam exhibet. & anima igitur similiter est toti corpori præsens omnibusque membris, quâuis alia aliter mēbra participant.

Propheticus esse aliquis sine scientia potest. propheta uero certo scit quod pronunciat.

¶ Bi Plato ait uaticinator es, significat illum opinione quædam non scientia, quod ibi prænūciat præfagire. nam uaticinales quidem non scientia præditi sunt, sed opinione feruntur, qui uero non solum uaticinatores, sed etiam uates sūt iam scientia potiuntur, potiorē que humanā scientiam habent. Significat etiam generosiorum animarum impetus atque motus quodammodo a superis suscitari. propterea quæ et præter opinionem agant, sæpe etiam si absque scientia operentur.

Bonum pulchrum. iustum. super intelligibiliter intelligibile intellectualuale. essentia. uita. intellectus.

¶ Inter principia rerum ipsum bonum supereminet pulchritudinem & pulchritudo iusticiam, bonum nanque super intelligibilia extat in loco inaccessibili situm. Pulchritudo uero occulte quidem in primis intelligibilibus permanet. Explicatius autem in ipso ordinis illius fine. Iusticia denique unite quidem in primo intellectualium ordine permanet. Consequenter uero in calce intellectualium deorum processionis effulget. Rursum ipsum quidem bonum regnat in diis, pulchritudo in mētibus. Iusticia regnat in animis, quapropter & iustum quidem pulchrum est. Non tamen omne pulchrū est & iustum. sed ipsa pulchrorum causa iusticiam antecedit. item omne pulchrū bonum, fons autem bonorum omnium præcedit omne pulchrum. Rursum iustum quidem est bonum per mediam pulchritudinem bono coniunctum. bonum uero superius est ambobus. Sicutique inuenies rerum etiam extrema considerans. Materialis enim causa quamuis bo-

num aliquid sit, turpe tamé est atque deforme, unius particeps quidem est, speciei tamen expers. quod uero sensibile est, pulchritudinis quidem uestigia possidet, iusticiæ uero nequaquam. Hinc í phædro Socrates ait. iter caducas imagines nullum esse iusticiæ temperantiæ que splendoré. pulchritudinem uero solam priuilegium id habere, ut euidentissime pateret ubique & desiderabilissima foret. Vbi igitur iustum est, ibi pulchrum. ubi pulchrum ibi bonum, siue prima principia spectare uolueris, siue principiorum illustrationes usque ad extrema porrectas. Ipsius quidem boni omnia participia sunt. omnium enim é principium, pulchri uero sola. quæ aliquam habét speciem. iusticiæ denique solæ animæ sunt participes. Iam uero in medio rerum omnium centro quale est anima, hæc omnia inuicem connectuntur. bonum. iustum. pulchrum. & bonum quidem ipsiusest pulchrum. atque iustum. Iustum quoq; simul & pulchrum est. & bonum. pulchrum similiter & bonum est, & iustum. Neque solum in eiusmodi trinitate est hic sermo uerus. uerum etiam in aliis quoque multis. Quemadmodum inter principia ipsum ens præcedit uitam, uita menté. Similiter etiam in effectibus ubi non omne compositis compositis est & uitæ, neque uiuens omne statim est mente præditum. Sed uicissim intelligentia omnia uiuunt, atque sunt, uiuentia uero sunt quoque uiuendo. Cum uero talis sit in extremis per trinitatem eiusmodi differentia in anima confluunt. ubi ens quidem & uita & intellectus existit. uita uero & intellectus est & essentia. Intellectus autem & essentia similiter est, & uita. una enim simplicitas est in anima una substãtia. neq; esse. neq; uiuere. neq; itelligere. ibi é aduerti- ciú. Sed intellectus quidem eius est essentialis & uiués. uita quoq; intellectualis est p essentiam. Essentia denique intellectualis & uiuens. ubiq; ergo est omnia, & ex omnibus unum simili ratiõe, & bonum eius pulchritudine & iusticia pollet, & pulchrum est bonum, atque iustum. rursumque iustum est bono pulchroque refertum, subiectum sane unum est, ratiões uero diuersæ. ubi nos. neque ipsam trium horum identitatem secundum rationes consideramus, neque alteritatem secundum subiectum existimamus. sed rationes quidem eorum differentes inter se conseruamus. unum uero subiectum. quamobrem ubique per actiones animæ inuicem ista concurrunt, sicut enim rationes quidem uirtutum sunt differentes, unum uero compositis cunctarum, neque fieri potest, ut sis iusticiæ particeps, & temperantiæ uacuus, uel duo hæc quidem habeas. cetara uero

## DE ANIMA ET DAEMONE.

uero non habeas. Sic & eiusmodi trinitas sibi ipsa connectitur, & omn<sup>e</sup> quidem bonum simul & pulchri compositum est, & iusti. similiterque de cæteris propterea Socrates iustum bonum per pulchritudinem copulauit. Hoc enim est competens eorum medium simul, atque uinculum. Timæus autem ait pulcherrimum esse nodum, qui & seipsum & colligata, quã maxime conficit unum. Memento uero ipsi quidem bono, malũ duntaxat esse cõtrarium. bonum uero nequaquam ex quo apparet cõcordia inuicem esse bona. Malo autem, & malum, & bonũ pariter aduersari.

Probat omne iustum ipsa eius natura pulchrũ esse, atque bonum.

o Mne iustum esse pulchrum sequentibus rationibus cõfirmabimus, cum anima sit multitudo quædam, atque in ea hoc quidem primum sit, illud uero medium, illud autem ultimum. dic age quando iusticiam in ea fieri dicimus, An quando medium aut ultimum superioribus dominari conatur an potius quando primum medio mediũ imperat ultio? At si tũc quãdo deteriora melioribus præualet, non ulterius erunt deteriora natura talia. Illud enim cui competit denominari melius est, honorabiliusque natura. si igitur impossibile est, idem naturaliter esse melius atque deterius. oportet iustum tunc in anima reperiri quando quod in ea optimum est, uitæ totius habet imperium. medium uero subditum meliori præualet ultimo. Tunc enim una quæque pars animæ, quod sibi conuenit, habet. primum quidem regnãs. secundum uero stipans. ultimum denique meliori ministrans. Ipsum itaque iustum natura distributum est eius, quod conuenit parti cui libet animæ. Et officii proprii conseruandi unicuique causa, propriæque dignitatis distribuendæ, atque ita totius ordinis conseruatio. ordo uero moderatioque huiusmodi uaturæ conueniens naturaliter pulchra est. Est igitur iusticia causa pulchritudinis atque pulchra. Est autem duplex iustum. Vnum quidem in contractibus, quod arithmetica conseruat æqualitatẽ. Alterum uero in distribuendo uersatur in geometrica æqualitate consistens. Tum igitur arithmetica conseruat æqualitatem. ne socium suo in contractibus defraudemus, plus uidelicet quam dederimus ipsi recipiẽtes. Tũ uero in æqualib<sup>9</sup> distribuit in æqualia pro dignitate cuique geometrica proportione seruata, ut quẽadmodũ differũt inter se personæ. sic & differãt inter se distributa personis itaque oẽ iustũ sicut dixim<sup>9</sup> est æquale

PROCLVS.

omne autē æquale pulchrum. nam inæquale incompotum ē & turpe. iustum igitur omne pulchrum. Præterea tūc ē in corporibus pulchritudo, quando superat forma materiam. ipsa nāque materia deformis est & turpis. & quando forma superatur ab ea. Tūc forma in formitate quadam & deformitate repletur & quasi iforme quiddā euadit, facta uidelicet similis subiectæ naturæ. si igitur & in anima quod intellectuale nobis inest, uicem gerit formæ. Inrationale uero materiæ. nam intellectus & ratio in ordine termini computantur. Inrationale uero in genere idem finiti locatur. natura enim ideterminatum est ex per se; mensuræ necessarium est. in anima quoque tunc pulchritudinem effulgere, quādo ratio quidem regnat, species uero uitæ ratione carentes rationi subdūtur. at uero iustum ipsum rationi quidem dat imperium, inrationali deputat seruitutem. utrique enim quod sibi consentaneum est attribuit. principali quidem præcipatum. inferiori uero designat obsequium. Quando quidē in opificio mundi inrationale nobis est subditum, & rationi nobis insitæ inrationale subiicitur ut uehiculum ipsum. itaque iustum naturaliter pulchrum est, & pulchritudinis animæ causa. Item iustū quid perfectum est atque definitum. nam iniustum imperfectum indefinitūq; censetur atq; ifinitū uagatur, nec usquā sistit gradum præuaricans iusticiæ terminum. ipsum ergo iustum cuiusque adest mensurā terminūque imponit, atque ita omnia perfecta facit. Cum itaque tale sit merito pulchram efficit animam. Id enim quod perfectum est atq; mensuratum, naturaliter pulchritudo consequitur sicut immensuratum ideterminatumque deformitas comitatur. iustum igitur est natura pulchrum. denique ipse mundi faber totum hoc p iusticiā exornauit. pulcherrimo enim nodorum omnium nodo deuinxit mundum, indissolubilemque effecit, propter proportionis analogicæ potestatem cōtinētem ipsum sibi que amicum undique facientem. quod autem est simile mundo uisibilium omnium formosissimo. nimirum est ipsum quoq; pulchrum. quod igitur iustum est, necessario est & pulchrū.

Omne pulchrum naturaliter est bonum, oē turpe malū atq; uicissim,

Mne uero pulchrum esse bonum ita probamus. Constat pulchrum esse amabile suapte natura, quandoq; dem & extrema pulchritudo diuinæ pulchritudinis imaginē ferēs ē amabilis

primūq;

## DE ANIMA ET DAEMONE.

primoque aspectu animos ad se mouet. Quod confirmatur in Phædro.  
 Re enim uera καλόν . i. pulchrum, siue dicitur διὰ τὸ κελῆν . i. quia pro-  
 uocat animas, siue διὰ τὸ κελῆν . i. quia permulcet intuentes, certe secun-  
 dum naturam est amabile. Quapropter & amor ad pulchrum dicitur  
 amaté ducere. Quicquid auté est amabile est appetibile. é. n. amor appetit<sup>9</sup> aliq<sup>s</sup>  
 alicui<sup>9</sup> robustus atq; uehemens. Et quicquid amat, appetit aliquid, quo  
 & indiget. Omne uero appetibile est & bonum, siue re uera bonum, siue  
 apparens. Pleraque ení nō bona expetēda nobis occurrunt. Quoniā ap-  
 petentibus se offerunt tanquā bona. Demonstratum est autem a Socra-  
 te in memnone manifeste fieri nō posse ut qui malum quale sit nouerit  
 ipsum appetant. Appetibile igitur omne bonum est. Ac si quidem ap-  
 petibile sit principaliter, bonum quoque principaliter erit. Sin auté ap-  
 parens appetibile. Tale etiam erit bonum, omnino aut in quolibet ter-  
 minorum hoc est apponendum. s. aut apparens aut re uera. Si enim pul-  
 chrum & apparens certe & amabile & appetibile bonūque pulchro eius-  
 modi consors. Sin autem natura pulchrum é & amabile, bonum quoq;  
 similiter. Atqui quid nam erit appetibile, nunquid malum. At impossi-  
 le est, ubi notum fuerit esse alicui expetendum, omnia enim bonum ap-  
 petunt, ad malum autem appetitio nulla fertur. sed neq; etiam appetitus  
 fertur ad aliquid, quod neq; sit bonum neque malum, quod enim tale é  
 gratia alterius agitur, nullusque finis existit. omne autem appetibile fi-  
 nis. atque si quid ex malis appetitur, quoniam apparet bonum, desidera-  
 tur ut bonum, & si quid non pulchrum amatur, quoniam apparet, ama-  
 tur ut pulchrum. Si igitur omne pulchrum est amabile, omne amabi-  
 le est appetibile, omne appetibile bonum, consequenter omne pulchrū  
 est bonum atque uicissim, omne bonum appetibile. appetibile est ama-  
 bile. si quidem amare est uehementer appetere. unde in symposio So-  
 crates ait bonum amabile esse sicut pulchrum. si íquam omne bonum  
 est appetibile, appetibile rursus amabile, amabile uero pulchrum. se-  
 quitur ut bonum omne sit pulchrum. Neque nunc nobis obiiciat ali-  
 quis ipsum bonū esse superius pulchritudine, neque rursus duplex eé  
 quod amabile dicitur, non ení nunc de primis rerum principiis dispu-  
 tamus, sed de his quæ nobis insunt pulchris, atque bonis, quod igitur in  
 nobis est bonum simul est appetibile & amandum. Per amorem igitur  
 id comparamus & possidemus, per amorem inquā, studiūmq; propen-  
 sum. ac si q<sup>s</sup> seipsū ai aduerterit plane pspiciet, eiusmodi bonū acriores  
 nobis amores in ferre cognoscet q̄ pulchra sensibus manifesta, qd igitur

est bonū est & pulchrum. Quapropter Diotima præcipit amatoribus ut post occurrentem sensibus pulchritudinem, se ad pulchritudinē trāsferrant actionibus officiis scientiis insitam, ibiq; amatoriū aīæ oculū uehementer exercent. Deinceps uero ad intellectum, ibique præcipuam, diuināque pulchritudinem dominantem, tanquā ipsum re uera pulchrum in nobis animæ uigeat. Quid enim in nobis est uirtute & scientia pulchrius? Quid contra uitio & ignorantia turpius?

Homo est anima utens corpore ut instrumento. Mala ergo corporis nō pertinent ad animam hominēq; sicut neque mala instrumentorum ad artificem atque artem.

Also plerique putant uulnera mortēque mala. quid enim horum nobis est malum? Si quidem non transit in animam, quæ nos ipsi sumus, Neque enim passionēs instrumentorum uirtutes utentium mutant, neq; igitur faber obtusa aliquando seca arte amittit secandi. neq; etiam si in arte fabrili consisteret nostra fœlicitas in fœlicem propterea putarem? fabrum cui seca defuerit. Iam uero quæ ad modū aīa istrūm hēt, sic & corpus istrumenta quædā hēt, p quæ mouet externa. quorū uitiū bonā nō ledit corporis hitudinē similiter & corporis passionēs in animā non pertranseunt. Quapropter & mors & si corporis malū est, non tamen est animæ malū. Si igitur pulchrū quidem actionis est in anima, malum uero interim fit in alio, nondum ostēsum est idem aliquando pulchrum esse simulque malum. Licet etiā dialectica ratione distinguere, aliud quidem esse aliquid secundum se ipsum, aliud autē secundū accidens. Est enim actio fortis, pulchra secundum seipsam. Mala uero si quando fit mala, per accidens. quoniam accidit fortiter agentem mori. esto enim si uis mors è malorum numero. Non igitur officium forte secundum hoc ipsum quod est forte, ideoque & pulchrum est etiam malum, sed forte per accidens, illud igitur est pulchrum aliud uero malum. Neque qua ratione pulchrum eadem ostēsum est esse aliquando malum sed per accidens propter obitum. Proinde hominis ignorat essentiam qui bonum à pulchro secernit, & hoc quidem in alio illud autem in alio ponit. bonum in corpore. Pulchrum in actionibus animæ. Sed re uera homo ipse est animus ipse essentia à corpore segetegatus in quo quicquid est pulchrum est, & bonum est etiam

## DE SACRIFICIO ET MAGIA.

est, etiam si inde corporis sequatur in commodum. Corpus enim non pars hominis, sed instrumentum. Instrumenti uero malum non pertinet ad utentem.

**Q**uomodo differant duo hæc scilicet secundum seipsum & qua ipsum. Ictiones eiusmodi scilicet secundum seipsum & qua ipsum. Id etiam apud Aristotelem distinguuntur. Quod enim secundum seipsum alicui competit, potest ei non competere primo. Quod autem qua ipsum conuenit, præter id quod conuenit, secundum se ipsum etiam primo competit ei atque adæquatur. Pulchrum igitur si commensurationis animæ causa est, atque ob hoc ipsum dicitur pulchrum, efficitque ut melius in anima dominetur deteriori, perficitque nos, & animæ deformitatem purgat, hac ipsa ratione bonum est, non quidem per accidens, sed qua ratione pulchrum. si. n. quod pulchrum est commensuratum est, & qua commensuratum est & bonum. Bonum enim est mensura, certe qua pulchrum est existit & bonum. Similiter turpe, qua turpe, malum est. Nam qua turpe est, informe est. indeterminatum. incommensuratum, & hac ipsa ratione malum. Qua igitur est turpe, est utique malum. eadem itaque res & pulchra semper est & bona, Atque contra turpis pariter atque mala. hanc tu regulam hic mente teneto, qua & in posterum usus est Aristoteles. Si qua duo conuertuntur, inuicem eorum quoque opposita conuertuntur. si igitur pulchrum, bonumque conuertuntur inter se eorumque quoque opposita malum scilicet atque turpe similiter inter se conuertuntur.

**F I N I S .**

**Opus Procli de sacrificio interprete**

**Marsilio Ficino florentino.**

**V**emadmodum amatores ab ipsa pulchritudine. quæ circa sensum apparet ad diuinam paulatim pulchritudinem ratione progrediuntur, sic & sacerdotes antiqui cum considerarent in rebus naturalibus cognitionem quædam compassionemque aliorum ad alia & manifestorum ad uires occultas, & omnia in omnibus inuenirent. sacræ eorum scientiam contulerunt. & in infimis suprema & in supremis infima. In celo quidem terrena secundum causam modorumque cœlesti. In terra uero cœlestia. Sed modo terre



no. Nam unde putamus plantas illas quas heliotropias nominant, idest soli sequas ad solis motum solém uersus moueri. Sed selenotropias, idest lunisequas ad lunam uerti. Nempe cuncta precantur hymnós que concinunt ad ordinis sui duces. Sed alia quidem intellectuali modo, alia rationali, alia naturali, alia uero sensibili modo. Itaque soli sequa quomódcunq; potest mouetur ad solem. ac si quis posset audire, per uisionem ab ea in aere circuitu factam, profecto illum quendam per eiusmodi sonum erga regem suum compositum animaduerneret, qualemcunq; potest planta conficere. Quamobrem in terra quidem aspicere licet solem & lunam, sed pro qualitate terrena. In cœlo autem plantas omnes, & lapides, & animalia pro cœlesti natura uitam habentia intellectualem. Quæ quidem ueteres contemplati aliis cœlestium, alia terrenorum adhibuerunt, unde diuinas uirtutes in locum inferiorem ob quandam similitudinem deduxerunt. Nempe similitudo ipsa sufficiens causa est, ad res singulas inuicem uinciendas. Si quis enim canabim, siue papyrum calefaciat, deinde subigat lucernæ proximæ, etiam si non tangat, uidebit subito accensam canabim quamuis non tetigerit ignem, accensionem que desuper ad inferiora descendere. Comparemus igitur canabim calefactam siue papyrum cognitioni cuidam inferiorum ad superiora, appropinquationem uero eius ad lucernam opportuno usui rerum pro tempore, loco, materia. Processum ignis in canabim præsentia diuini luminis ad id quod potest capere, accessionem denique canabis deificationi mortalium materialiumque illustrationi, quæ deinde feruntur sursum instar accensæ canabis ob quandam seminis diuini participationem. Quid uero de Loto dicam? Lotus implicat quidem in se folia ante solis exortum. Oriente uero sole explicat paulatim. Et quatenus sol ad mediam cœli ascendit plagam, eatenus pandit folia. Quatenus uero à medio petit occasum gradatim folia contrahit. Videtur hæc non minus dilatatione contractione que foliorum honorare solem, quam homines genarum gestu motuque labiorum. Non solum uero in plantis quæ uestigium habent uitæ, sed etiam in lapidibus aspicere licet, imitationem, & participationem quandam luminum supernorum quemadmodum helitis lapis radiis aureis solares radios imitatur. lapis autem qui uocatur cœli oculus uel solis oculus figuram habet similem pupillæ oculi, atque ex media pupilla emicat radius. lapis quoque selenitus, idest lunaris figura lunæ corniculari similis quadam sui mutatione lunarem sequitur motum

## DE SACRIFICIO ET MAGIA.

tum. Lapis deinde helio selenus idest solaris lunaris que imitatur quodammodo congressum solis, & lunæ, figuratque colore. Sic diuinorum omnia plena sunt. Terrena quidem cœlestium, cœlestia uero supercœlestium. proceditque quilibet ordo rerum usque ad ultimum. Quæ enim super ordinem rerum colliguntur in uno, hæc deinceps dilatantur in descédendo. Vbi aliæ animæ sub numinibus aliis ordinantur. Deinde & animalia sunt solaris multa, uelut leones, & galli numinis cuiusdam solaris pro sua natura participes, unde mirum est quantum inferiora in eodem ordine cedant superioribus, quibus magnitudine, potentiaque non cedant. hinc ferunt gallum timeri à leone quod plurimum & quasi collicuius rei causam à materia sensuue assignare non possumus. sed solum ab ordinis superni cōtemplatione. quoniam uidelicet præsentia solaris uirtutis conuenit gallo magis quod leoni, quod & inde apparet, quia gallus quasi quibusdam hymnis applaudit surgenti soli & quasi aduocat, quando ex antipodum medio cœlo ad nos deflectitur. & quandoque nonnulli solares angeli apparuerunt formis eiusmodi præditi atque cum ipsi in se sine forma essent nobis tamquam formati sumus occurrere formati. Nonnunquam etiam dæmones uisi sunt solares leonina fronte. Quibus cum gallus obiiceretur repente disparuerunt. Quod quidem inde procedit quod semper quæ in eodem ordine constituta inferiora sunt reuerentur superiora quemadmodum plerique intuentes uiroque imagines diuinorum hoc ipso aspectu uereri solent turpe aliquid perpetrare. Vt autem summatim dicam alia ad reuolutiones solis cor reuoluuntur sicut plantæ quas diximus. alia figuram solarium radiorum quodammodo imitantur, ut palma dactylus alia igneam solis naturam ut laurus, alia aliud quiddam uidere sane licet proprietates quæ colliguntur in sole passim distributas insequentibus in solaris ordine constitutis scilicet angelis dæmonibus animis animalibus plantis. atque lapidibus. Quo circa sacerdotii ueteris auctores à rebus apparentibus superiorum uirium cultum adinuenerunt dum alia miscerent, alia purificarent. Miscebant autem plura inuicem quia uidebant simplicia nonnullam habere numinis proprietatem non tamen singulatim, sufficientem ad numinis illius aduocationem. Quamobrem ipsa multorum commistione attrahebant supernos influxus, atque quod ipsi componendo unum ex multis conficiebant, assimilabant ipsi uni, quod est super multa constituebant que statuas ex materiis multis permistas odores quoque compositos colligentes arte in unum diuina symbola, reddentes que unum tale quale diuinum existit secundum essentiam, compre

hendens uidelicet uires quam plurimas. Quorum quidem diuisio unã  
 quãq; debilitauit. mistio uero restituit in exemplaris ideam. Nonnunq̃  
 uero herba una uel lapis unus ad diuinũ sufficit opus. Sufficit enĩ Cne-  
 bison idest carduus ad subitã numinis alicuius apparitionem. ad custo-  
 diam uero laurus. Raccinum idest genus uirgulti spinosum, cepa squil-  
 la, corallus, adamas, Iaspis sed ad præfagium cor talpæ. ad purificationẽ  
 uero sulphur & aqua marina. Ergo sacerdotes per mutuam rerũ cogna-  
 tionem, compassionẽque conducebant in unum, per repugnãtiã  
 expellebant, purificantes cum oportebat sulphure, atque asphaltõ. idest  
 bitumine aqua aspergentes marina, purificat enim sulphur quidẽ pro-  
 pter odoris acumen. aqua uero marina propter igneam portionem, &  
 aialia diis, i deoꝝ cultu congrua adhibebãt, cæteraq; similiter. Quãobré  
 ab iis atq; similibus recipientes primum potẽtias dæmonum cognoue-  
 runt uidelicet eas esse proximas rebus, actionibũ que naturalibus, atq;  
 per hæc naturalia, quibus propinquant in præsentiam conuocarunt.  
 Deinde à dæmonibus ad ipsas deorum uires actiones que processerunt,  
 partim quidem docentibus dæmonibus ad discentes, partim uero indu-  
 stria propria interpretantes conuenientia simbola in propriã deorum  
 intelligentiam ascendentes. ac denique post habitis naturalibus rebus,  
 actionibũ que, ac magna ex parte dæmonibus in deorum se  
 consortium receperunt.

**FINIS.**

**Porphyrius de occasionibus, siue causis ad intelligibilia nos du-  
 cẽtibus. Interprete Marsilio ficino.**

**De natura corporeorum, atque incorporeorum.**

Mne corpus est in loco. Nullum uero eorum quæ secun-  
 dum se sunt incorporea, uel aliquid tale est in loco.

Quæ secundum se sunt incorporea, eo ipso quod præ-  
 stãtius est omni corpore atq; loco, ubique sunt, non distã-  
 ti quidẽ, sed indiuidua quadam conditiõ. Quæ se-  
 cundum se sunt incorporea, non localiter præsentia corporibus, adsũt  
 eis, quotienscunque uolunt, ad illa uergentia, atque declinantia quate-  
 nus uidelicet naturaliter ad ea uergunt atque inclinantur. Sed enĩ cum  
 non ad sint locali conditione corporibus, habitudine q̃dam eis adsũt.

Quæ

## DE OCCASIONIBVS.

Quæ secundum se sunt incorporea, certe nõ per substantiam & per essentiam corporibus adsunt. Non enim corporibus commiscetur, uerũtamen ex ipsa inclinatione quasi momento uis quædam subsistit inde cõmunicata iam propinqua corporibus. Ipsa nanque inclinatio secũdam quandam uim substituit corporibus iam propinquam.

De natura & alligatione & solutione animæ.

Nima quidem medium quidam est inter essentiã indiuiduã, atque essentiam uera corpora diuisibilem. Intellectus autem essentia est indiuidua solum. Sed qualitates materialẽsque formæ, secundum corpora sunt diuisibiles. Non omne quod agit in aliud appropinquatione & tactu facit quod facit, sed etiam quæ propinquando & tangendo faciunt aliquid secundum accidens non utuntur propinquitate. Anima corpori alligatur conuersione quadam ad passionẽs prouenientes a corpore. Rursũmque soluitur quatenus à corpore nihil patitur. Quod natura ligauit hoc & ipsa natura soluit. Rursus quod conciliauit anima, hoc & anima dirimit. Natura quidem corpus in anima deuincit. Anima uero seipsam in corpore. Quamobrem natura corpus ab anima separat, anima uero seipsam a corpore segregat.

Omnia quodammodo sunt in omnibus, pro conditione eorum, quibus insunt.

Non similiter omnia in omnibus intelligimus, sed proprie se habet ad omnia unius cuiusque essentia in intellectu quidẽ intellectualiter, in anima uero rationaliter, in plantis seminarie, in corporibus imaginariẽ, in eodemque (quod his omnibus superius est) modo quodã super intellectuali atque super essentiali.

In summis est unitas cũ uirtute, in infimis multitudo cũ debilitate.

In corporeæ substantiæ descendentes quidem diiudicentur, atque in singula potentiæ defectu multiplicantur, adscendentes autem utuntur atque simul recurrunt in unum copia potestatis.

De speciebus uitæ.

Non solum in corporibus æquiuoca conditio est, sed ipsa etiam uita multipliciter prædicatur. Alia est enim uita plantæ, animalis alia. Alia rursus intellectualis essentiæ, alia tandem naturæ superioris, alia animæ, alia intellectualis, uiuunt enim & illa, & si nullum eorum, quæ ab ipsis existũt uitam eis similem sortiatur.

Quæ generant partim cõuertũtur ad genita, partim minime.

Omne quod sua essentia generat aliquid se deterius generat, atque

omne genitum ad genitorem natura conuertitur. eorum uero, quæ generant alia quidem nullo modo conuertuntur ad genita. alia uero partim quidem flectuntur ad illa. partim etiam non flectuntur. alia tandem solum deflectuntur ad genituras, neque interim ad se reflectuntur.

Sensus, imaginatio, memoria, intelligentia.

Memoria non est imaginationum conseruatio quædam *ἀλλὰ τῶν μελετηθέντων προβάλλου ἐκείας προβλήματα* sed est ipsæ propositiones siue productiones in actum eorum, quæ meditatus est animus in actum nuper educere.

Anima quidem habet omnium rationes. Agit autem secundum eas, uel ab alio ad expeditionem eiusmōi prouocata, uel ipsa seipsam intus conuertens ad rationes. & cum ab alio prouocatur tanquam ad externa cōmittit introducere sensus, cum uero ingreditur in seipsam, ad intelligentias peruenit, neque igitur sensus extra imaginationē sunt. neq; ut dixerit aliquis intelligentiæ quatenus competūt animali. neque rursus absque instrumentorum sensualium passione sunt sensus. sic & intelligentiæ non absque imaginatione. nisi analogica conditio sit, quemadmodum figura consequens quiddam est ad animal sensuale. sic phantasma aliquid consequens ad intelligentiam animæ intelligentis in animali.

Anima est immortalis.

Anima est essentia inextensa imaterialis immortalis inuita habente a seipsa uiuere atque eē similiter possidente.

Passio animæ atque corporis est longe diuersa.

Aliud est pati corpora, aliud in corporea. Passio .n. corporis cū trāsmutatione contingit. passio uero animæ est accōmodatio quædam, & affectio ad rem ipsam, & actio quædam, nullo modo similis calefactioni frigefactionique corporum. quamobrem si passio corporum cum trāsmutatione fit. dicendū ē omnia incorporea esse passionis expertia, Quæ enim a materia corporibusque separata sunt actu, eadem permanent, quæ uero materiæ corporibusque propinquant, ipsa quidem non sunt passiuæ, sed illa in quibus hæc apparent patiuntur. quando enim animal sentit. anima quidem similis esse uidetur armoniæ cuidam separatae ex seipsa cordas mouenti cōtemperatas. Corpus autem simile armoniæ, quæ inseparabilis inest cordis. sed causa mouendi esse uidetur animal. propterea quod sit animatum. quod quidem simile est musico, ex eo quod sit concinnum. corpora uero quæ per passionem sensualem pulsantur, similia cōtemperatis cordis apparent. Etenim ibi

non

## DE OCCASIONIBVS.

non harmonica quidem separata patitur. sed corda. & mouet sane musicus per ipsam quæ sibi inest harmoniam, neque tamen corda ratione musica moueretur etiam si uellet musicus nisi harmonia ipsa id dixit.

*De differentiis incorporeorum.*

Ipsa incorporeorum appellatio non secundum communitatem unius eiusdemque generis. sic cognominata est quemadmodum corpora. sed secundum nudam ad corpora priuationem. Quamobrem nihil prohibet inter illa, alia quidē eē essentia, alia uero nō essentia, & alia rursus ante corpora, alia uero una cum corporibus. Item alia a corporibus separata, alia uero non separata. Præterea alia secundum se subsistētia, alia uero aliis ut sint indigentia, alia denique actionibus uitisque ex se mobilibus eadem. sed alia uitis & qualibus actionibus quodammodo permutata nempe secundum negationem eorum quæ ipsa nō sunt non secundū assistentiam eorum quæ sunt appellantur.

*Passiones materiæ primæ assignatæ similiter a Plotino.*

Materiæ propria apud antiquos hæc sunt incorporea quidem. Diuersa enim est a corporibus. præterea uitæ expers. neque intellectus. neque anima. neque aliquid secundum se uiuens. Item informis permutabilis infinita impotens. Quapropter neque ens. sed uerum non ens, imago mollis apparens. quoniam quod primo est in mole est ipsū impotens. item appetitio subsistētiæ, & stans non in statu. præterea semper in se apparet, tum paruum, tum magnum, tum minus, tum magis, tum deficiens, tum excedens, quod ue fiat semper, maneat uero nūquam, neque tamen aufugere potens. quippe cum totius entis sit defectus. Quamobrem quicquid promittat mentitur. ac si magnum appareat. interim euadit paruum. quasi enim ludus quidam est in non ens aufugiens. Fuga enim eius non fit loco. Sed dum ab ente deficit. quamobrem quæ in ea sunt imagines. in sunt in deteriori rursus imagine. quemadmodum in speculo id quod alibi situm est apparet alibi. & ipsum speculum plenum esse uidetur. nihilque habet dum omnia uidetur habere.

*Quid patiat. quid non.*

Passiones circa id sunt omnes, circa quod accidit & interitus. Via enim ad interitum est admissio passionis, atque huius est interire cuius est pati. Interit autem incorporeum nullum. sed quædam inter illa, aut sunt, aut non sunt quapropter nullum eorum patitur. quod enim patiens est non oportet ita se habere. sed esse tale ut alterari queat atque interim i qualitibus eorum quæ ingrediuntur, sicque inferunt passionem.

Ei namque quod inest alteratio non à qualibet accidit. neque igitur materia patitur. Nam secundum seipsam qualitatis est expers. neque prorsus formæ quæ sunt in ea ingredientibus, uicissimque exeuntibus. sed passio fit circa compositum & unius esse in compositione consistit, hoc enim in contrariis uiribus & qualitatibus ingredientium inferentiumque passionem perseverare in subsistendo uidetur. Quamobrem ea quorum uiuere est ab externis nec à seipsis nimirum & uiuere & non uiuere pati possunt. Sed ea quorum esse in uita consistit passionis ex parte, necessarium est permanere secundum uitam, quemadmodum uitæ uacuitati conuenit & non pati quatenus & uitæ uacuitas. Itaque sicut permutari ac pati composito ex materia formæque contingit idest corpori, neque tamen id materiæ accidit, sic uiuere atque interire pati que secundum hoc ipsum in composito ex anima corporeque; perspicitur. neque tamé animæ id contingit. quoniã anima non est aliquid ex uita & non uita conflatum sed uita solum constat quippe cum simplex essentia sit ipsaque animæ ratio sit natura ipsa se mouens.

○ **Omnis intellectus est omniformis.**

Intellectualis essentia sic in partibus est consimilis ut & in particulari quolibet intellectu uniuerso que intellectu sint entia. sed in intellectu quod uniuersali entia etiam particularia uniuersali sint ratione. in particulari autem intellectu etiam uniuersalia simul atque particularia sint conditione quadam particulari.

○ **Anima quia per essentiam est uita non moritur.**

Circa essentiam cuius esse consistit in uita, & cuius passiones uita quædam sunt nimirum, & mors in quali aliqua uita uersatur. non in priuatione uitæ simul tota. Quoniam neque passio seu uita est omnino, illic ad non uiuendum, ipsaque illic accidit orbitas.

○ **Omnis uita incorporea quocumque mutetur permanet immortalis.**

In uitis incorporeis processus manentibus prioribus in se firmis efficiuntur dum nihil sui perdunt. neque permutant ad substantiam inferioribus exhibendam. quapropter neque quæ inde subsistunt cum aliqua perditione uel transmutatione subsistunt. neque hoc quidem efficitur sicut generatio interitus permutatiōis que particeps. ingenita igitur & incorruptibilia sunt atque ingenitæ incorruptæ que; secundum hoc ipsum effecta.

○ **Quomodo intelligatur quod est superius intellectu.**

De illo quod est mente superius. per intelligentiã quidē multa dicuntur. considerantur autem uacuitate quadã intelligentiæ intelligentiã meliorem.

liore.

## DE OCCASIONIBVS.

liore quemadmodum de dormiente per uigilantiam multa dicuntur: sed per somnū ipsum cognitio eius peritiāque habetur. simili nanque si mile cognosci solet. quoniam omnis cognitio assimilatio quādam est ad hoc ipsum quod cognoscitur.

Non ens aut est superius ente ut deus, aut inferius cum materia.

Quod nō ens dicitur aut ipsi nos machinamur ab ipso ente, aliquādo separati, aut sup̄ itelligimus dum ens possidemus. quapropter si separamur ab ente ens ipsū nō super itelligimus nō ens super ens ipsū, sed iā nō ens uelut falsam concipimus passionē. contingentē uidelicet illi qui digreditur extra se ipsum. ipse enim quisque quemadmodū existēter id est uere atque p̄ se ipsum potest reduci ad ipsum nō ens ente superius, sic ab ente seque ipso digrediēs iam traducitur ad nō ens quod entis ipsius est casus atque ruina.

Substantia incorporea est ubicunq; uult.

Natura corporis nihil impedit quin quod secundū se incorporeū est sit ubicūque & quomodocūque. Sicut enī corpori incōprehensibile est quod mollis est expers, nihil q; ad ipsū pertinet, sic incorporeo ipsū quod molle distenditur nō fit obstaculum & quasi nō ens iacet. neq; enī quod incorporeū est locali conditione quo uult discurrit. locus enī cū mole simul existit. neque rursus corporum limitibus cohercetur. quod enim quomodocūque iacet in mole, in angustum cohiberi potest, & cōditiōne locali trāsmutationē agere. quod autē est à mole magnitudinē que prorsus exemptum, hoc ab iis quæ sunt in mole contineri nō potest à motūque locali permanet liberum. Igitur quali quadam certāque dispositiōe reperitur ibi, ubicūque disponitur. Loco interea tū ubique, tum nusqua simul existens. quapropter quali quadam certāque affectiōne, uel super cælum uel in parte mūdi quadam apprehenditur, quādo uero in aliqua mundi parte tenetur non oculis quidem aspicitur, sed ex operibus eius præsētia sua fit hominibus manifesta.

Substātia incorporea nullo corpore cohibetur, sed producit escam ī corpore per quā se corpori applicat.

Quod est incorporeum si quando in corpore comprehendatur nō opus est ut ita cōcludatur quēadmodū in parco fere claudūtur, nullū nā que corpus pōt ipsū sic ī se cohibere, neq; sicut uter liquorē aliquē trahit & cohibet aut flatū. sed oportet ipsū substituere uires ab ipsa ī se ipsū unione extra manātes, qbus descēdēs corpori applicatur. copula itaq; ei⁹ ad corpus p̄ ineffabilē quādā sui ipsius īpletur extēsiōne. quāobrē nō aliud



quidē ullū ipsū alligat. sed ipsū certe seipsū. neq; igitur resoluit ipsū corpus quādo frāgitur aut interit, sed ipsū potius semetipsū enodat quando a familiari erga subiectū affectione diuertit.

Vniuersales causæ nō conuertuntur ad effectus. sed eos ad se cōuertūt.

Nulla substantiæ quæ uniuersæ sunt, atq; pfectæ ad suā cōuertitur geniturā. Oēs aut pfectæ substantiæ ad generātia redigūtur & id quidem ad corpus usq; mūdānū. Quod quidē cū sit perfectū ad animā est redactum. animā inquā intellectualē, ideoq; circulo uoluitur. anima uero mūdi ad itellectū atollitur. Intellectus aut erigitur ad principiu. Omnia itaq; perueniūt ad hoc ipsum ab extremis exordientia quatenus facultas suppetit unicuiq; pueniūt in quā eleuatiōe ad primū illuc usq; pducta. Quæ quidē aut ex propinquo. aut ex lōginquo effici solet. Hec itaque nō solū appetere deū dici possunt, sed et pro uiribus assequi. in substantiis uero particularibus, & ad multa labi potētibus inest procliuitas deflectens ad genituras, ideoq; in his delictū dicitur accidisse. in his infidelitas ē dānata. has igitur cōtaminat ipsa materia, propterea quod ad hāc deflecti possint. Cum tamē in rerum ad diuinū se ualeant cōuertisse. quare pfectio quidē à prioribus secūda substituit conseruans eadē ad priora cōuersa. defectus aut priora et ad posteriora deflectit. efficitq; ut hęc ipsa diligant. à superiore interim diuertentia.

Quomodo differēter est ubiq; deus intellectus anima.

Deus est ubiq; quia nusquā itellectus ē. ubiq; et quia nusquā aīa. deniq; ubiq; ē quoniā ē & nusquā. sed de<sup>o</sup> qdē ubiq; & nusquā ē eo qd oīum quæ sunt post ipsū. Sui uero ipsius est solū sicut est atq; uult. Intellectus aut in deo qdē ubiq; ē, sed in eis quæ sūt post ipsū existit nusquā pariter & ubiq; aīa tādē in itellectu atq; deo, similiter est ubiq; in corpe uero ubiq; est simul & nusquā. Corpus aut & in aīa & in itellectu, & in deo, oīa profecto cū entia. tū nō entia ex deo sūt. & iō neq; tamē ipse deus ē cū entia. tū nō entia. neq; existit in eis. Si enī esset dūtaxat ubiq; ipse qdē oīa & in oībus eēt. At quoniā ē & nusquā oīa sanep ipsū fiūt. fiūtq; rursus in ipso. quoniā ipse existit ubiq; diuersa rursus ab ipso, quoniā ipse nusquā. Similiter itellectus ubiq; existēs, atq; nusquā cā ē aīa & aīasq; sequētū, neq; ipse aīa ē, neq; quæ post aīam, neq; in eis existit. quoniā uidelicet nō solū ubiq; ē eorūq; quæ sūt post ipsum. Sed & nusquā. Rursus aīa neq; corpus ē, neq; est in corpe. sed cā corpis. quoniā dū ubiq; ē p corpus simul ē, & in corpe nusquā. processus deniq; uniuersi in illud desinit. qd neq; ubiq; simul neq; nusquā eē ualet. sed alternis quibusdā uicibus utriusq; fit piceps.

Ex porphyrio

## DE OCCASIONIBVS.

Ex porphyrio de abstinentia animalium interprete Marfilio ficino florentino.

Anima in hoc corpore dormit.

Abstinerere animalibus precipimus non quidem omnibus sed omnidūtaxat diuina cōtēplaturō. qui sane animaduertit huius habitaculi ueneficia in quo hic habitamus. quō etiam cognoscit ipsum quod in se est naturaliter perpetuo uigilās. atq; somnum quo hic opprimitur deprehēdit. Cui nos sane educationē nutritionēq; trademus cōsentaneā. tū huius loci naturā, tū sui ipsius cognitioni conuenientem.

Beatitudo non est diuinorum cognitio sed uita diuina.

Beata nobis cōtēplatio non est uerborum accumulatio disciplinarumq; multitudo quemadmodū aliquis forte putauerit. neq; enī ita componitur. neque pro quātitate rationū ac uerborū accipit incrementū. alioquin nihil prohiberet illos qui oēs cōgregauerūt disciplinas esse beatos. hūc uero nedū quālibet disciplina fœlicem cōtemplatione impleat, nec ipse ēt de his quæ ueræ sunt doctrinæ id unquā efficiunt, nisi eis adsit, & uita in ipsam diuinorum translata naturam. profecto cōtemplationis finis est ens ipsum, uerūque assequi a deo scilicet, ut eiusmodi affectio cōtemplatorē pro naturā suā uiribus cum eo quod cōtēplatur cōflet in unū, non enī in aliud, sed in ipsū uere seipsum fit recursus neq; ad aliud. sed ad seipsum re uera fit cōspiratio. ipse uero re uera est intellectus. Quāobrem & finis est intellectu uiuere, atq; ad hoc ipsum sermones disciplinarūq; foris adhibita, cōditionē quæ nobis purgatoriā adhibēt, non tamen rationē ipsam qua nobis fœlicitas cōpleatur. quāobrem si in sermonum rationūq; cōgerie fœlicitas ipsa cōsisteret liceret hōibus educationē certāq; officia cōtēnentibus fœlicē cōsequi finē. at uero quoniā hāc uitā oportet in aliā cōmutare animū per uerba & rationes operaq; purgātes dic age qui nā sermones quæ nā opera sic potissimū nos instituāt. nōne uerba dūtaxat officiaq; quibus a rebus sensū mouētibus sensusq; passiōibus sepe mur? Atq; ad uitā intellectualē superq; imaginationē ac pro uiribus passionis ex pertem deniq; reducamur.

De animæ descensu atq; ascensu.

Oportet nos si mō ad illa quæ re uera nobis propria sūt reuolaturi sumus hāc quæ & ex natura mortali nobis ad sūpsimus oīno deponere una cū affectiōe ad hāc declinatē per quā descēssio nobis cōrigit. præterea reminisci beatæ & æternæ substātiæ. ac dū ad icorporeū studemus adscēdere duo potissimū meditari, tū qua rōne ēē materiale caducūq; depōnē

mus. tum etiã qua uia præcipue reuertamur cõtraria scilicet uia redeun-  
tes ad illa uia per quã ad hæc nostra descēdimus. Eramus enim & adhuc  
sum<sup>9</sup> intellectuales essentia purã ab omni sensu, naturaq; irrationali ui-  
uētes. Copulati uero sumus naturæ sensibili, tũ per impotentiam æter-  
næ ad intelligibile nostrum cõuinctionis, tũ per potentiã ad inferiora  
uergentē. Omnes eni uires cum sensu corporeq; agentes, tũc primũ pu-  
lulant ad effectum cũ animus in ipso intelligibili minime p̄seuerat. si-  
miles terræ iam deprauatæ quæ cũ triticũ sæpe susceperit. reddit denique  
lolium. Idque per quandã animæ accidit prauitatē. quæ sane nõ p̄dit q̄  
dem ipsius essentiã dum irrationale pululat germen, sed per hoc ipsũ ani-  
ma cõiungitur cũ mortali dum ad alienum ex proprio trahitur. Quã  
obrem si quãdo ad pristinum statum redire pro uiribus affectamus, ne-  
cessarium est a sensu & imaginatione omniq; irrationali quæ sequitur  
inde conditione passionibusq; eiusmodi animũ penitus segregare qua-  
tenus permittit naturæ necessitas. Rite uero disponere articulatimq; cõ-  
põere quæ ad mētē p̄tinēt trãquillitatē pacēq; ex hoc circa irrõnale bel-  
le cõstituētes. ut nõ solũ de ipsis intellectu intelligibilib<sup>9</sup> audiamus, sed eti-  
am quãta potētia simus fruētes uidelicet cõtēplatiõē mētis & i naturã in-  
corporeã restituti. Iãq; per intellectũ uere uiuētes nec ultra falso una cũ  
naturis caduco cognatis. Soluere itaq; multa nobis indumēta debem<sup>9</sup>  
tũ uisibile hoc indumētũ, tũ interiores adhuc nobis uestes adhibitas. nõ  
enĩ uitio & effectus tãtũ deuitare debemus. sed effectus et ipsos radicitus  
extirpare discessus aut a corpore fieri quidē p̄t cũ uolentia. fieri quoq;  
p̄suasiõē quadã, & profecto rite pagitur p̄ extenuationē quadã, & ut di-  
xerit aliquis p̄ obliuionē mortēq; affectuũ, quæ quidē optima discessio  
ē. quippe cũ nihil trahat secũ ipse ex quo anim<sup>9</sup> ipse diuellitur. nã ut in  
rebus sensibus manifestis cõpertũ habemus quicquid euellitur uolētia,  
aliquid secũ siue p̄tem seu uestigiũ euulsiois ipsius eiusq; ex quo eradica-  
tur trahere solet.

De solutione animæ.

Sapiētes antiqui diligēter oĩa deuitabãt quæ a iam corpori affigere  
possent. sic pythagorici & similes sapiētes p̄tim se i solitudinē receperũt,  
p̄tĩ uiuētes turbæ i tēplis lucisq; uiuebant. unde procul turba oīs se mo-  
ueretur. Plato aut̄ elegit acadēiã habitadã agrũ nõ mō solitariũ & ab ur-  
be seotũ sed et (ut fertur) i salubrē. Alii uero oculis et minime p̄p̄cerũt  
quocumtēplationē intimam nullis interpellatam & perpetuã cõserua-  
rent. Philosophus quidē animum a corpore per uolentiã nõ extru-  
det. nam

## DABSTINENTIA

det nam si uim intulerit, nihilominus permanebit ibidem, unde sic exire compulerit. neque tamen parum referre putabit si corpore impinguando sibi carcerem confirmauerit durioré. Cauebit enim ne sensus eiusque uoluptas si inualeſcat animam profundius in corpus immergat. Profecto si sensuum actiones puram animi actionem non impedirent. quod nam graue foret esse in corpore dum motiones quæ per corpus fiunt minime patiaris. quo enim modo iudicares. diceresque quod passus fueris nisi & patiaris. nisi & præſens his existeres quæ pati ebaris. Intellectus quidem penes se ipsum esto, et si nos penes ipsum minime ſimus. qui aut ab intellectu digreditur ibi iam est quo est transgressus discurrensque sursum atque deorsum attentiore perceptiõis cuiusdam studio. illic iam adest ubi perceptio ipsa peragitur, nedum qui ad experienciã sensibilibium descendit, & per facultatẽ irrationalẽ agit. possit interea quæ secundum mentem sunt contemplari sincere. nec illi etiam qui duas nobis attribuunt animas geminas quoque nobis attentiones simul habere permittunt. Alioquin duo animarum coniugia effecissent. Fieri posset altero ad alia intentio. ut alterum sibi alterius opera minime uendicaret. Sed quid nam oporteret passiones corporeas eneruare, ab eisque mori, idque quotidie meditari. si possemus secundum intellectum agere coniuncti mortalibus absque intellectus inspectione ut aliquis declarauit. Intellectus enim uidet. intellectus audit. At si luxuriose comedens uinumque ingurgitans suauissimum potes interea diuinis incumbere, cur non frequenter es in diuinis dum humanis inhæres, eaque congressu perpetras, quæ dictu etiam honesta non sunt. ubique enim pueri ipsius qui nobis inest perturbationes sunt. & quia turpes, ideo ad eas contemplator distrahi nequit. & interim contemplari. ubi enim sensus animaduersioneque eiusmodi illinc ipsum abest intelligibile & quo magis facultas excitatur ratione carens, eo longius abest intelligentia. fieri nanque non potest ut aliquis huc atque illuc delatus hic simul sit atque ibi. non enim parte nostrum. sed toto attentiones efficitur.

### De abstinentia.

**U**ir autem cautus & qui naturæ ueneficia suspicatur, cognoscitque naturam corporis quemadmodum uidelicet instrumenti more ad animi uires cõtemperatũ est. intelligit sane quantum passio sonare parata est uelis nolisque, quotiens

## PORPHYRIUS.

ab externis pulsatur corpus pulsatioque in perceptionem peruenit. perceptio enim ipsa animaduersioque sonus ipse est. Fieri uero non potest ut anima sonet quidem, nisi tota conuersa sit ad sonum & oculum praesidentem ad hoc ipsum direxerit.

Quando uero sublata multorum indigentiae causa fuerit liberatiq; fuerimus eorum copia quae intromittuntur in corpus & eorum pondere iam leuati. Tunc animi oculus a fumo fluctuq; corpore foras emicat, neq; commemoratio neq; demonstratio iam indiget ob naturalem sui solertiam ocii nesciam.

Præterea usus carniū ad sanitatem minime confert, sed sanitatem potius impedit. quoniam per quam recuperatur sanitas, per eadem perseverat. recuperatur autem per uictum tenuissimum & carnibus abstinentem, quapropter & hoc sanitas conseruatur. Quod si ad milonis robur aialium abstinentia minus confert, certe neque roboris augmento opus est philosopho. si modo contemplanturus est, neque actionibus seipsum & incontinentiam deditur conseruare profecto sanitatem decet non mortis quidem metu, sed potius ne a bonis contemplatione proficiscetibus arceamur. Conseruat autem maxime sanitatem imperturbatus animi status cogitationisq; dispositio ad ipsum quod uere est exposita. Multum enim uigoris ad corpus inde redundat quemadmodum experientia nostri familiares comprobauerunt. adeo, ut dolores iuncturarum pedum simul manuumq; acerrimos annosq; integro octo uectari ab alio compellentes simul expulerint cum pecuniarum rerumq; in curia externarum studioq; ad diuinitatem prorsus iactato. simul igitur pecunias atque curas morbumq; corporis expulerunt. Ex quo apparet plurimum immo totum ad sanitatem conferre certum quondam animi habitum atque statum conducit & plurimum tenuis ad idem uictus & parcus. Si autem oportet nos nihil ueritos ueritatem libere confiteri non datur aliter finem consequi nisi quandoque deo si dictu fas est affigamur atque euellamur a corpore oblectamentisq; corporeis. quippe cum salus ipsa nobis non per huiusmodi uerborum rationumque auditum, sed per opera comparetur, non aliter quam deo copulari possumus quam per purissimam abstinentiam, neque etiam uidelicet alicui particularium deo nedum ipsi deo omnibus praesidenti superque naturam etiam incorpoream simpliciter existenti. qui quanto ceteris simplicior est & purior sufficientiorque & a materia longe semotior tanto puriorem esse oportet animum eo aliquando fruiturum.

Ex secundo libro porphyrii  
De sacrificiis & diis atque demonibus.

Primi

## DE OCCASIONIBVS.

Primi sacrificatores non animalia sed herbas primū floresq; deinde arbores sacrificarūt atq; aromata subfumigarūt. Primi qui aīalibus uesci cæperūt, penuria, frugū aīalia iuaferunt prius enī terræ fructibus uescebantur. Tribus de causis diis sacrificandum est. ut ueneremur. ut gratiam referamus. ut necessaria ab ipsis petamus malaque propellamus. Ad hæc autem impetranda uotum animi satisfacit, cui addi possūt ex frugibus munuscula quædā. Aīalia uero mactare nefas ē. Sacra profecto diis nos quoq; dicabim⁹. sed diuersa, sicut par ē. sacrificia offeremus. sicut differētibus quoq; sacrificabimus ptātibus. deo qdē ipsi q regnat i oībus sicut sapiēs quidā uir iquit. nihil sensibile offeremus. neq; fumigātes, neq; denoīantes. Nihil ē. n. materiale q ipsi prorsus imateriali subito nō sit ipuꝛ. quapropter neq; sermo huic uocalis eē pōt accommodatus, neq; et sermo aīo itimus quādo passione quadā animæ sit inquinatus sed silētio puro purisq; de ipso itelligentiis ipsū rite colemus. oportet igitur coiūctos similesq; deo iā effectos nostrā hāc ad deū eleuationē uelut sacrā uictimā dedicare deo. quæ qdē & ipsamet diuina laus est salusq; nostra. in ipsa igitur dei huius cōtēplatiōe passiōis oīs experte sacrificiū hoc ipletur. Filiis autē eius qui & itelligibiles dii sūt. laudē iam ex ipso quoq; sermōe adhibere debemus. Nā unicuiq; numinū iusta primitiaꝛ fit oblatio ex his quæ largitur & p quæ nos nutrit atq; i eē cōseruat ad sacrificii facultatē. sicut igitur agricolæ primitias ex his quæ colligūt manipulos uidelicet frugū atq; fructus arborū ad numina ferūt. ita nos dicabimus eis primitias itelligētiaꝛ similiūq; munerū excellētium gratias. s. pro his agētes quæ nobis largiti sunt ipsam, uidelicet numinū, numerūq; suoꝛ cōtēplationē. Præcipue cum p ipsam eoꝛ itpectionē uere nos nutriāt. præfētes ubiq; nobis atq; apparētes & nostræ saluti fœliciter aspirātes. Nūc uero multos etiā philosophiæ studiosos id opari piget qui gloriā poti⁹. quam diuinitatē colētes circa statuas reuoluūtur neq; cōsiderant utrū & quomodo ad talia sit ueniendū neq; discere student ab illis, qui diuina sapiētia pollēt quousq; & quantū ad hæc sit cōcurrēdū. Nos autē cū his minime cōtēdemus, neq; tale aliquid dignoscere studebimus, sed sanctos antiquosq; imitabimur plurimū, uidelicet uelut primitiaꝛ numinibus ex ipsa cōtēplatione dicantes, quam nobis superi tribuerunt, & cuius nobis usus ad ueram salutem est admodū necessarius. itaq; Pythagorici circa numeros lineasq; uersati ex his et diis plurimū dedicabāt. aliū qdē nunerū palladē noīantes, aliū uero dianā. alium apollinē. rursus alium iusticiā, alium tēperantiā, ac similiter in fi

guris atq; ita similibus sacrificiis diis à deo placuerunt ut unūquēq; deo & suis oblationibus aduocaret eorūque beneficio frequēter ad uaticiniū uteretur, & si quo ad examinādū aliquid indigeret. Diis atq; sūt itra cœlū. siue cursu quodāmodo perrātibus siue nō errātibus quo & ducē eē solē primo, deinde lunā existimādū est, cōmode sacrare possūus ignē iā quasi cognatū. & quæ mādāt theologus seruare debemus. Inquit autē ille animatum nullū sacrificādū. sed usq; ad farinā & mel terræq; fructū atq; flores nouit enī uirū pietatis ueræ cultorē. Diis quidē animatū nullū aliquando sacratur. sed dæmōibus atq; aliis siue bonis, siue malis. sed missa hæc faciamus. mihi quidē quæ pleriq; platonico & diuulgauerūt in mediū īgeniosis iā afferēda uidētur. Tradūt uero hūc tātūmodū, primus quidē deus cū sit incorporeus, īmobilis, īpartibilis ī nullo, neq; ēt in seipso cohibitus nullo eget externo, neq; etiā mūdi anima eget externis. Possidet. n. & cōtinet ipsū quod est trina dimēsiōe porrectū, facultatēmq; naturaliter se mouentē & suapte natura decreuit bene ordinatēq; moueri, mouereque mūdi corpus secūdū optimas rationes. excepit autē in seipsa corpus atq; cōplexa est, quāuis incorporea sit atque ab omni libera passione. Diis autē reliquis, ac mūdo & errātibus & nō errātibus qui ex anima & corpore cōstāt oculis manifesti sacrificādū est sacrificiis inanimatis ea qua diximus ratione.

De speciebus dæmonum bonorum atque malorum.

Reliqua est inuisibiliū multitudo, quos dæmones in distinctos dixit Plato, horū uero alii quidē ab hominibus cognominati apud singulos nacti sūt honores diis æquales reliquūq; cultū. Alii uero plurimū formæ noīati nō sūt. sed à quibusdā p uicos aut urbes nomē & cultū occulte quodāmodo sortiuntur. reliqua uero turba, sic quidē cōiter appellatur noīe dæmonū. Rata uero apud oēs fides est eiusmōi. eos certe læsuros genus humanū, si irascatur, propterea quod negligatur, neq; cultū legitimū nanciscatur. rursumq; benefacturos hōibus quod eos uotis supplicatiōibusq; & sacrificiis & aliis, quæ cōsequuntur sibi cōciliauerūt. Cū igitur opinio hæc de dæmonibus cōfusa sit, multūq; hēat ī eos calūniæ necessariū ē eorū naturā rōne distinguere. Forte nāq; necessariū aiūt, unde circa illos error hōibus incidit declarare. distinguendum igitur hunc immodum.

Quæcūq; igitur aīæ ex tota aīa pululātes magnas sub luna loco & partes gubernāt ἀπερὶδὲ μνηστῆρες quidē siue adhærētes siue īpositæ spiritui. Sed ipsū secūdum rationē superātes has utiq; bonos dæmones, iudicandū & ad eorū quæ fiūt utilitatem omnia procurare siue quibusdam  
 præsent

## DE OCCASIONIBVS.

præsent animalibus, siue certis fructibus, siue aliis horum gratia ordinatis uelut imbribus & temperatis uentis aeri que sereno temperationique temporum & reliquis ad hæc omnia conferentibus. Apud nos rursum artibus & musicæ disciplinæ & medicinæ & gymnasticæ atq; similibus. Fieri uero non potest, ut hi qui utilitati rerum commoditatique consulunt rursum inferant detrimenta, inter eos adnumerandi sūt dæmones quos Plato trāsferre nuntiareque dicit. humana quidem diis diuinā ue hominibus, dum uota quidem nostra ad deos uelut iudices perferunt. illorum uero iussa monitionesque una cum uaticinio ad nos deducunt. Quæcunque uero animæ conuincto spiritui minime denominantur. sed plurimum cædunt, hæc sane per hunc dicuntur nimium & feruntur quando iræ concupiscetiæ que spiritus inualescunt. hæc quidem animæ ipsæ quoque sunt dæmones sed rite malefici nominantur. Sunt autem tum hi omnes, tum quos diximus ab his diuersi inuisibiles nec prorsus humanis sensibus manifesti non enim solido corpore uestiuntur. Præterea nec unam omnes formam habent. sed figuris plurimis insignitas. Et formæ quæ illorum spiritum obsignant, alias quidem apparent, alias uero nequaquam. Aliquando uero & formas mutant illi scilicet qui deteriores sunt. Spiritus autem eorum, qua quidē ratione corporeum quiddam est, passioni obnoxium est, atquæ dissolubile sed qua ab animis ita deuinctum species eius diu perseuerare potest neque tamen est æternum. Consentaneum est aliquid ab eo semper effluere atque nutriri. In commensuratione quidem corpus bonorum consistit quemadmodum & corpora nobis manifestorum sed maleficorum dæmonum in cōcinna sunt. ac affectione passiuā locum incolunt terre uicinum. Nullum ergo malum est quod non audeant perpetrare. habent enim omnino uiolentum & male sanum morem, desertum uidelicet custodia dæmonum meliorum. ideoque uehementes repentināsque insidias plurimum machinantur & prouunt. Ac dum agunt incursiones, partim latere conantur, partim inferunt uiolentiam. Quamobrem acute uelocēsque sunt passiones ab eis illatæ. Curationes at emendationesq; à dæmonibus melioribus tardiores esse uidetur. Omne enim bonum gubernatione facile æqualēque est & progreditur ordine. neque quod oportūm est transgreditur. Si ergo sic de dæmonibus senseris nunquam in opinionem de illis incidēs absurdissimam, per quam opineris, uel à bōis mala uel à malis cōtingere bona. neq; sic tātū absurdus ē sermo. Sed et multi cōcipiētes ide pessimas d diis opi



niones in multos homines diuulgarunt. Vnum enim hoc est inter maxima damna, quæ à maleficis dæmonibus inferuntur. quod uidelicet cū ipsi infeliciū passionum terrenis incidentium auctores sint, sicut pestis penuriæ. terremotus. æstus incendii atque similibus nobis interea persuadent illos horum effectores esse qui contrariorum potius id est fertilitatis prosperitatisque eiusmodi sunt auctores. sic itaque seipsum ex ipsa calamitatum causa conantur absolvere atque hoc ipsum machinantes. Primum quidem iniusticiam suam latere nos moliuntur. subinde uero nos flectunt ad supplicationes & sacra beneficis conuenientia diis, quasi illi nobis irati sint, hæc autem similiaque faciunt studentes à recta deorum sententia nos abducere. Atque ad seipsum adducere. Omnibus enim rebus sic inique discorditerque factis admodum delectantur. Et tanquam aliorum deorum facies subeunt. sicque imprudentia nostra confici sibi turbas in societatem adsumunt & propter eiusmodi concupiscentias hominum incendunt animos à moribus cupiditatisque diuitiarum & dominationum atque uoluptatum. rursus nouis extraneisque opinionibus nos inuoluunt ex quibus seditio nes bellaque nascuntur & cætera generis eiusdem. Quod autem omnium grauissimum est persuadent similia à superis effici à deo, ut etiam deum maximum criminationibus eiusmodi subigant. quem tradunt omnia sursum deorsumque turbare. Accidit autem hoc non rudibus tantum hominibus, sed multis philosophiæ etiam studiosis. Causa uero erroris mutuo procedit atque confirmatur. Etenim philosophantes qui à communi colluione nūquam secesserunt, in eosdem cū plebe errores inciderunt, rursusque turbæ opinionibus suis similes à laudatis scriptoribus audientes in hac de diis sententia sunt magis etiam confirmatæ. Poeticum nanque artificium. suspiciones in super eiusmodi hominum acrius excitauit. propterea quod elocutione utitur ad stuporem & attractum quasi magicum uehementer accomodata. Facileque potest mulcere animos & allicere ideoque fidem de rebus prorsus impossibilibus nobis afferre. sed profecto firmiter credendum est, neque bonum unquam lædere neque prodesse malum. Non enim calor est ut iquit Plato) frige facere sed oppositi. ita neque iusti nocere, Iustissimum autem omnium naturaliter est ipsa diuinitas. Alioquin nihil diuinum foret.

Nonne igitur secernenda est hæc potentia forsque beneficiorum dæmonū. quæ enim propterea naturaliter ad modum contraria est benefice. contraria uero circa idem nūquam naturaliter accidit. Cū igitur eiusmodi dæmones  
in multis

## DE OCCASIONIBVS.

in multis mortalem lædant naturam. & quandoque in magnis, certe boni dæmones interim officia sua nunquam deserunt, sed iminentia passim à malis pericula pro facultate significant, tum in somniis ostendentes, tum per animos diuinitus inspiratos. per quæ alia multa. Ac si quis posset significata discernere omnes improborum machinas deprehenderet atque deuitaret, hi nanque significant omnibus. sed non qui uis significata cognoscit, neq; quilibet scripta legere ualet. sed qui litteras ante didicerit. Per contrarios uero dæmones uniuersum efficitur ueneficium. hos nanque maxime horumque ducem honorare solent, quæ mala ueneficiis inferunt, hi sane dæmones omniformibus figuris imaginibusque abundant prodigiorumque machina strenue fallunt, horum opera infelices *ἑλπία* amatoriæque maleficia machinantur, omnis enim in temperantia spesque diuitiarum atque gloriæ per hos inualescit. præcipue uero deceptio. mendacium enim proprium est eiusmodi dæmonum. Dii enim uideri uolunt. ac potestas ipsa eis præsidens deus maximus uult haberi. Hi sane sunt duntaxat qui libamine nidoreque carniū oblectantur. his enim spirituale corpus eorum pinguescere solet. uiuit namque hoc uaporibus fumigationibusque atque uarie admodum (ut par est) per uaria nidoreque sanguinis, & carniū uires adsūmit. Vir igitur prudens atque temperatus cauebit eiusmodi sacrificiis uti, quibus eiusmodi dæmones attrahat ad seipsum. Studebit autem animum perfectæ purgare, animum nanque purum ob ipsam dissimilitudinem nunquam aggrediuntur. Proinde si ciuitatibus forte necessarium sit hos etiam dæmones sibi conciliare, nihil ad nos usus eiusmodi pertinet. Nam in ciuitate diuitiæ externæque & corporea commoda tãquam bona inter ciues habentur. atque horum contraria mala, neque ferme quicquã pensi habent de animi perfectione atque puritate. Nos autem commodis, quæ dæmones afferant quantum fieri poterit non egebimus. sed tũ ex animo, tum ex externis omni studio contendemus. Deo quidem ipsi sibi que propinquis similes effici, quod sane tranquillitate animi ueritatibusque rerum comprehensione distincta ac uita ad hæc prorsus intenta completur. Improbis autem hominibus, atque dæmonibus, omnique prorsus & quod mortali materiali que gaudeat dissimiles effici. Quã obrem secundum ea quæ tradidit Theophrastus, ipsi quoque sacrificabimus, quibus & theologi consenserunt cognoscentes uidelicet quatenus animã a perturbationibus purgare negligimus eatenus potestati improbæ copulari. unde merito cõpellemur hæc insup demulcere. ut. n. theolo

gi tradunt qui à rebus pendent externis, neque dum perturbationibus dominantur hac ipsa conditione coguntur potestatis eiusmodi impetum à se propellere. alioquin cessare nunquã à laboribus poterunt.

De sacrificiis ad dæmones malos & de abstinentia & cautõe à malis dæmonibus.

Quapropter theologi si quando permittunt dæmonibus improbis uitandorum gratia malorum, quæ illaturi sint animalia mactare uetãt, simul talia sacrificia degustare, interrea iubent antequam ita sacrifices purgare animum ieiunio, ac præcipue animalium abstinentia. Existimant enim sanctam animi puritatem esse quasi symbolum caracterem que diuinum. quo custodiaris adeo ut nihil patiaris ab illis, quibus ipse propinquas, dum eos sacrificando concilias, quando enim contra sis affectus, atque illi quibus sacrificia operaris, sisque purior, ideoque diuini or te, & corpore & animo i demnem perseuerare, pura scilicet sanctimonia uelut arce munitum. Quamobrem fascinatoribus etiam ueneficis que necessaria uisa est eiusmodi cautio, per quam sint à discrimine tutiores. neque tamen penitus tuti eẽ possũt, lasciuiæ nãq; genera cõsueuerũt dæmones improbos compellare. quapropter nõ ueneficorum incantatorũque propria est puritas atque simonia, sed diuinorum certe uirorum contemplantiũque diuina. Iam uero castitas abstinentiaq; suos passim obseruatores cõtra malos dæmones diuina familiaritate tuetur. itaque si fascinatores hac uti prorsus constituissent, certe fascinare nunquam prorsus auderent, utpote, qui per hanc reuocati essent ab eorum concupiscentia quorum gratia in pietate se polluũt. Itaque perturbationum pleni. atque uix uel paululum cibus abstinentes impuris. ideoque ipsi prorsus impuri supplicia luunt transgressionis contra uniuersum inique. partim quidem sub dæmonibus quos ipsi prouocant, partim etiam sub diuino iudicio cuncta mortalium opera consiliaque prorsus inspiciente.

De uero cultu & sacrificio & cautione a malis dæmonibus.

Diuinus autem uir animum, tum sapientia diuina, tum abstinentia ciborum perturbationes hominibus incitantium tũ ipsa ad deum similitudine munit, & quasi dei templum in cõtaminatum animum esse putabit. in hoc uidelicet uniuerso dei patris templo. Proinde cũ omne sensibile corpus defluxus quosdam materialium dæmonum nobis afferat certe una cum impuritate nutrimenti ex carnibus & sanguinibus hausti adest nobis potestas dæmonica huic amica facileque pelle  
 cta pro

## DE SACRIFICIIS

cta propter similitudinē proprietatemq; ualde familiarem. Quamob-  
 ré recte theologi oēs i primis abstinentiæ studuerūt, atq; ægyptius nobis  
 hæc aperuit causam afferens maxime naturalem, quā experiētia cōpro-  
 bauerat. Quoniā uidelicet praua irrationalisq; anima quæ corpus uolē-  
 tia suū reliquit, expoliata ad hoc ipsum deinde se admouet, ibiq; moras  
 protrahit, unde hominū quoq; animæ uolentia mortuorum imoran-  
 tur & circa corpus. Idque ipsū nos admonet ne uia corpore animū ex-  
 cludamus, cum igitur uolētæ uiuentiū cædes cōpellāt animas corpora  
 relicta diligere, nihil aut̄ obstat, quo minus aīa ibi sit quocūq; cognatū  
 aliquod allicit eā, unde animæ passim multæ uisæ sunt lamētari homi-  
 numq; animæ carētium sepultura circa corpora imorātur, quibus sane  
 malefici sæpius abutūtur ad ministeriū suū efficiēdū cōpellētes animas  
 appositione corporis, uel ptis cuiusdā assumptione. cū hæc in quā hæc il-  
 lis historia comperta sint, cōpertāq; habuerint improbæ naturā animæ, &  
 cognationē eius ad corpus, uoluptatēq; qua afficitur erga corp<sup>9</sup>, ex quo  
 euulsa est, iure nutrimentum ex animalibus fugerūt, atq; damnauerunt,  
 ne extraneas animas auulsas uolēter atq; impuras, quæ ad cognatum sibi  
 trahūtur, ad se sic accersirēt, ne ue prohiberētur, quo minus soli purique  
 deo appropinquaret, si quādo uidelicet præsentia turbantiū dæmonū  
 propellerentur à deo. Quod natura cagnati corporis incitamentum  
 quoddam sit ad animā attrahendā, experiētia in pluribus theologos do-  
 cuit. Qui enim uaticinantiū animalium in sinuare sibi animas optabant,  
 præcipua illo & mēbra deglutiētes, uelut corda ceruorum uel talparum,  
 uel asturum accipiebāt subinde præsentē animā dei ritu uaticinātem,  
 quæ sane unā cū sui corporis itus assūptiōe in corpus humanū, se penit<sup>9</sup>  
 igerebat. Iure igitur philosophus deiq; sacerdos oībus dominātis, aīa  
 libus oībus abstinet, solus uidelicet soli deo p seipsū studēs appropi-  
 quare, dū uidelicet nulla comitantiū ide turba diuertat, quo quidē cōmertio  
 ipse, deīde & naturas reꝝ itelligit & diuinat, deumq; habet in semetipso,  
 unde æternæ uitæ fiduciā pignusq; possidet, totus trās latus ad deū, atq;  
 uatis loco iā iouis familiaris euadit. Proinde si qua necessitas instat,  
 nō defunt huic diuinitatis familiari passim boni dæmones obcurren-  
 tes ei, & per somnia, signa, uoces, futura prænūciātes, unde discatur, quid  
 sit necessariū deuitare. Solum nanq; discedendum est à malo, cogno-  
 scendūq; quod in uniuerso sit optimū ac maxime uenerādū, & uniuersū,  
 quod est in toto bonū amicum atque affabile. Improbitas autem  
 & iscitia diuinorum compellit hominem despiciere, quæ nō nouit eāq;

damnare. uerum apud eos qui audire possunt ipsa natura clamat. quæ cum intellectualis sit per intellectum cultores suos in sacra penitus introducit. Nouit profecto uir sapiens. dæmones quidem malos animalium uictimis delectari, & in eis futura portendere. Deos autem eiusmodi uictimis non egere. qui sane adorantium mores inspiciunt maximum sacrificium existimantes rectum de ipsis atque de rebus iudicium. nam apud deos optima est oblatio, pura mens, & perturbatum uacuum animus. hinc Plato bono quidem uiro conuenire ait sacrificia operari, diuinisque inter esse. Malum uero frustra in sacrificiis laborare.

Ex libro tertio.

Quod animæ sensuales sint & rationales, atque immortales

In libro tertio dicit se afferre opinionem ueram & pythagoricam, omnem scilicet animam sensibus & memoria præditam esse rationalem, habereque rationem orationemque. tum interiorem tum exteriorem, qua inter se loquatur animalia. quorum uerba non discerni à nobis nihil mirum fit, cum barbarorum et multorum sermonem minime discernamus, neque tam loqui quam indistincte uociferari putemus.

Addit si credendum sit antiquis atque illis, qui patrum nostrorum & nostro tempore extiterunt. Sunt qui dicant se audire sermonem animalium, atque intelligere sicut apud antiquos Melampus & Tiresias atque tales. nuper uero Apollonius theaneus quem dicunt in amico & coetu cum audiret hirundinem aliis nunciare, asinum prope urbem honestum tritico cecidisse, triticumque humi diffusum.

Contendit deinde animalia rationem habere, tum quia inter se sua significant. tum quia diligenti sibi solertia consulat, ususque futuro provideant. tum quia discant & ad se inuicem, & ab hominibus multa, seipsasque inuicem doceant. Subiungit Aristoteles. Platonem. Empedoclem. Democritum, aliosque, quicumque ueritatem de animalibus perscrutati sunt participationem rationis orationisque in animalibus comperisse. Apparere autem in hac diuersitate. ut Aristoteles quoque dixerit in essentia minime differentem. sed per magis minusque diuersitate, quemadmodum plerique putent differentiam deorum in hac ad homines esse. non quidem secundum essentiam immo secundum perfectum & imperfectum habitum rationis, sic & rationis naturam nobiscum animalibus, sed per magis & minus existimamus esse communem. Animalia illa Aristoteles ait esse prudentiora. id est astutiora, quæ sensuum acumine pollent. Differentia uero corporum facile quidem uel difficile passiuam reddunt animam, atque magis minusque promptam habere rationem præstant. uerum secundum essentiam, uariare animam nequeunt. quando

damnare

## DE SACRIFICIIS

neq; sensus, neq; passiones reddūt inter se differētes, neq; faciūt ut perfectum trāsgrediātur. Cōcedatur itaq; secundū magis & minus esse in his differētiā rationis, neq; tamen ratione animalia reliqua oīno priuentur, neque ex eo quod nos magis, quam animalia intelligamus. propterea illa intellectione oīno priuemus, sicut neq; uolare p̄dices negamus, quoniam astures uelocius uolēt. Concedere quidē poterit aliquis animā cum corpore compati, pati q; aliquid eo uel bene uel male affecto permutari uero ipsam animæ naturā ex hoc nequaquā. Si autē cōpatitur tantum, utiturq; eo ut instrumēto, faciet quidē per ipsum multa aliter instrumētis dispositū, quā nos simus. quæ quidē nos facere non ualemus. Atque cōpatietur per ipsum certo modo dispositū. nō tamen naturam propriā cōmutabit. Qui autē bruta dicit quæ rationaliter agūt natura facere nō animaduertit se dicere hæc rationalia esse natura. Quasi uero ratio nobis natura nō insit. Ipsaq; perfectio nō sicut natura instituti sumus suscipiat incrementū, uerū tamen quod diuinū est nō fit disciplina rationale. nō enī erat quādo rationale nō esset, sed simul. & fuit & rationale fuit, neq; prohibetur esse rationale, quoniam rationē non acceperit p̄ disciplinā, quāuis & in ceteris aīalibus. sicut & in hominib⁹ multa quidem ipsa natura docuerit. alia uero disciplina præbuerat non absurde qdā conati sūt ostēdere multa etiā ex locis quæ sortita sūt prudentiora eē quā nos. ut enī habitātia ætherē rōnalia sunt, sic aiūt quæ illis proximæ habitāt idest in aere. Deīde quæ in aqua, deīde quæ in terra inter se rōnis gradu differre. si enī deo & dignitatem quodammodo metimur et ex locis, sic & animalīū perpēdimus dignitatem. Socrates & ante illum Rhadamanthus per animalia iurabāt. Egyptii uero animalia quædam deos existimabant, siue re uera deos arbitrarentur, siue consulto deorum formas uultu bouino. & auium facie aliorumq; pingerent. ut non aliter animalibus quā hominibus abstinerent, siue alia secretiori de causa, sic & græci statuæ Iouis cornua arietis imposuerūt. Tauri uero cornua statuæ Dyonisii. at Pana ex homine & capra cōposuerūt. Musas autē & feras alauerūt & amorē atq; Mercuriū & Iouē tauri formam induisse ferunt & aquilæ atq; cygni. Per hæc antiqui honorāda esse animalia testabantur. & Socrates ubi ait cignos suos esse cōseruos nō est iocatus. Tabula uero indicat cōuenire animalia nobiscū in anima dicens idignatione deorū. ex hōibus animas in animalia p̄trāsire, cū uero p̄trāsuerint deos deniq; misereri p̄ hæc & similia significatur animalia esse rōnalia. ratione quidē in plurimis imperfecta, nō tamen prorsus absente.

Nefas est animalia cædere.

Iniustū est animalia cædere quādo quidē nō oīno à nobis sūt aliena. Nos autē tanquā lasciui & insolētes ludo frequēter in theatris uenationibusq; animalia passim plurima interficimus. quo factū est ut uis ipsa in nobis ferina & imit̄is uehementius inualuerit, humanitas autē & māfuetudo cessauerit. Pythagorici uero mansuetudinē & clemētiā erga feras meditati sunt tanquā humanitatis & misericordiæ specimen.

Omne quod est inanimatū cum ratione mēteq; careat opponitur ei. quod una cū anima rationē & intelligētiam quandā habet. Oē nanq; animatū sensuale habet et phātasiā uelut rationē quādā. natura enī quæ alicuius gratia & ad aliquid omnia facit & fecit aīal sensuale, non quidē ut simpliciter sentiret atque pateretur. sed ut perciperet, quæ sibi cōmoda forent quæ ue incōmoda, & illa quidē sequeretur hæc fugeret. sensus igitur utrorūq; cognitionē singulis aīalibus affert. quæ uero sensum secuntur scilicet utiliū prosecutiones apprehēsiōnesq; . noxiorū uero deuitationes, putādū est nō adesse nisi habētibus rōcinationē quādā & iudiciū atq; memoriā. Et si Strato physicus sensum dicit nō absq; intelligentia quicquā agere. si quidē præsentia sensibus nō percipimus dum attētius aliud intelligimus, tamē esto quidē sensum nō ægere mēte ad eius actionem. at quādo ad propriū & alienū sensus agendo se cōfert, & inter hæc duo differētiā ponit. & illud fugit. hoc sequitur mediūq; sequēdi effugiendiq; sagaciter inuenit in esse rationem. coicere possumus. & hæc quidem rationis propria sunt, omniāque omnibus animalibus adsunt scilicet progressiuis.

Qui paucis cōtentus uiuit & innocens est quasi deus.

Cum animi finis sit deo fieri similem. deus autem nullius indigus sit noceat uē nulli. ille certe foelicissimus est deoq; simillimus. qui ita seipsū cōparat, ut quā mīme egeat alienis quā mīme noceat. hic ergo solis uescetur terræ fructibus, ne noceat hōibus, ne noceat aīalib<sup>9</sup>, & quātū fieri poterit, parcet etiam plantis & herbis. nā & hoc ipsum antiqui lamentabantur, quod uel arborum fructibus egeamus. huius autem egestatis cā generatio est, quod ue in ipsa inopia per generationem constituti sumus iam remotiores à copia. inopia uero salutem queritat ab externis. Qui igitur pluribus eget externis magis cum inopia copulatur. longiusque a deo disiungitur. qui enim deo similis est, hac ipsa similitudine ueram possidet copiā. Diues autem diuitiisq; fruens nullis infert iniuriam. nempe quādiu iniuriam infert, quāuis pecunias oīs habeat, totaq; occupet

occupet terram pauper est habendus quippe cum sit familiaris inopiæ. Quamobrem uir iniustus profanus est, & omni prauitate pollutus. quod quidē uitium nobis intulit ruina quædam animæ in materiã discedētis à bono. omnia igitur nugæ sunt quatenus aliquis à principio deficit. omnium egenus ē animus, quãdiu ad ipsam plenitudinē minime suspicit. Cedit autē ei quod est naturæ suæ mortale, quatenus ipse nō nouit re uera seipsū. Qui autē tanquã deo similis iam effectus, quã minimis ad uitum est cōtentus hic illa seculi aurei prosperitate potitur.

Ratio quædam inest etiam animalibus.

Ratio quidem naturaliter inest. ratio uero recta perfectãq; ex meditatione fit atq; doctrina. Quapropter rationalis quidem facultatis participatio quædam omnibus cōpetit animalibus. Rectitudinē uero sapiētiãq; neq; hominem quidem adeptum reperire licet & quemadmodum differētia uisus ipsius est ad uisum, uolatusq; ad uolatum. non enim similiter cernunt. Astures atq; Cicadæ, neque aquilæ similiter uolant atq; per dices, sic neque rationale quodlibet æque p̄ticeps est acuminis & astutiæ.

Ex quarto libro.

Antiqui animalibus abstinebant.

Icearchus peripateticus antiquos inquit græcos tanquam proxime deo genitos optimos fuisse natura, ac uitam optimam peregisse. adeo ut genuse eorum aureum sit iudicatū. **d** subdit eos nullum animal occidisse. Illi sane nihil ad sanitatem melius probauerūt quã superflua minime cōgregare. Itaq; nutrimentū natura ualentius adsumere noluerūt. sed quo potius esset natura ualētior. Antiqui quoq; sacerdotes ægyptiorum sapiētiæ studio dediti, de quib⁹ Cheremon stoicus diligentissime tractat animalibus plurimum abstinebant. Quin etiam multa uelut diuina uenerabantur quorum alia diis aliis accomodata dicebant sicut soli asturem, atq; cantharum, & arietem, atque crocodilum. Comprehenderunt enim omnis animalis animam esse rationalem quando a corpore fuerit separata præfagam quæ futuri nobisq; diuinantem omniumq; effectricem, quorum & homo solutus à corpore. non ergo temere animalia honorabant, & ab eis se quantum fieri poterat continebant.

Sobria uita esse eorum.

Narrat subidē ex historia iosephi esse eorū uitã religiosorū apud iudæos atq; philosophorū oīa eos habuisse cōmunia, charitatē mutuã & absti-



## PORPHYRIUS QUARE ANTIQVI

nentiam & patientiã ante oĩa coluisse. diuino cultui semper intentos. adeoq; fortes animo ut necari quã deũ negare maluerint. Atq; i ipsiſ cruciatibus ridere palam cõsueuerint. qui ob eam causam cruciati alacres animas emittebãt, tãquam iteꝝ recepturi. hæc enĩ sentẽtia rata est iquit apud illos animas imortales existere. atq; ab æthere tenuissimo descẽdẽtes corporibus applicari  $\rho\upsilon\mu\varsigma$ . i. impetu & iſtinctu naturali tractas ad corpora. post quam uero e carcere corporis emigrauerint tanquam à longa seruitute iã liberas exultare. pẽr que sublimia se attollere. Abstinebãt tum aĩalibus multis, tũ omni prorsus incõtinẽtia. Denique ex ipsa uita & temperatissima & ueritatis studiosissima & deuotissima deo inter eos multi futura præsagiebãt. ideoque prophetæ nominabãtur,

Sapientes antiqui præsente uitam contenebant spe futuræ.

Sapiẽtes indorum nominati sunt gymnosophistæ inter eos q̄ quãdam generis successiõẽ in studio religionis & sapiẽtiæ procedebant brahmanes nominati sunt. qui uero idem electione tantũ profitebãtur famanei quoꝝ uitã bardesanes babilonijs late describit. Samanei huius uitæ tẽpus tanquã necessariã quãdã seruitutẽ naturæ ministrãtem i uiti ferebãt, studebãtq; aĩas e corpe soluere. & cũ prospere corpus se hẽre sentirẽt sæpe nihilo ad hoc urgẽte egrediebãtur e uita, hos ergo domestici obitu beatos existimabãt atq; eos q̄ illis superſſent deflebãt ut i felices.

Sobrietas & contemplatio mentẽ deo cõiungit,

Gymnosophistæ præter reliquã temperantiam. atq; sanctimoniã animalibus abstinebant.

Sanctimonia quidẽ mortalibus abstinẽs æternã cõtinet uitã. Corpus aut pingue factũ animã cogit exurire a foelici uita cadẽtem. augetq; mortale expellẽs impediẽsq; uitã nobis æternã cõtaminat & animã uidelicet corpoream eam reddens, & ad id quod diuersum est deflectens. Magnes uero lapis quasi quãdã animam tradit ferro sibi aliquãdo propinquanti. unde ferrum natura grauissimum euadit leue eleuaturq; e spiritu magnetis se conferens ad magnetem. Si quis ergo ad deum suspẽsus euaserit in corporeũ intellectualemq; merito nõ debet nutrimentũ quærere, quo pingue fiat corpus, quod iter ad mentem impedit. Sed ad minimum ac penitus necessariũ alimentũ rediget corpus. Ipseq; nutritur diuinitate naturalius deo coniunctus. quam magneti ferrum. Iam uero si neque minimis quidem alimentis indigeremus, tãto foeliciores essemus quanto magis & immortales. Nunc uero in hoc mortali uiuentes. Adhuc etiam nos (ut ita dicam) mortalioreſ latenter efficimus  
dum

## ANIMALIBVS ABSTINEBANT.

dum corpus adaugemus atque (ut Theophrastus inquit) dum ἐμοίκετον. i. plurimū necessitudinis animus familiarius habitando cum corpore cōtrahit, atque insuper seipsum adhibet totum. Sed utinam absque cibo penitus atque potu agere uitā potuissemus, ut corporis cohibentes effluxum optimis statim rebus cōiungeremur, in quibus & deus existens ita deus existit. Verū quid nā frustra ad homines hæc exclamamus atq; deflemus, sic excecatos ut malum quidem suum assidue foueāt, oderint uero seipfos primo, uerumq; genitorem. Deinde eos etiam qui ut quandoque ab ebrietate expurgiscātur admonēt & hortantur. Democra-tes ait uiuere imprudenter, intemperanter, impie, non tam male uiuere est, quam diu mori.

FINIS.



MARSILIVS Ficinus Florétinus Magnanimo Laurétio medici. Sa. di.

s Ynesius, atque Pfellus, & Iamblichus, ac Proclus, porphyriusque Platonici iam pridem amplissimas tuas ædes ingressi, ingenuos filios tuos salutauerunt. hæcenus quidè rectè admodum fecisse uidetur. quod autem in salutatum te reliquerint, nec egisse prudenter, nec euasisse fœlices. imprudentiam ergo suam tandem recognoscetes, ut quandoque fœliciores sint, Limina nunc tua reuisunt cognituri patrem, ac rursum una cū patre filios agnituri. sic protinus uicturi fœlicius. Quippe cum nuper compertum habeant, nec libros quidem de uita nostros, absque tuis auspiciis uiuere uoluisse. Comitatur præterea hos quinque philosophos Priscianus Lydus simul, & Theophrastus. hi enim cum ualorem meum saluere iandiu dixerint, & ardentè optauerint, hodie te alacres adeunt, ita demum magnopere uotum consecuturi, ut imprimis ipsi penes te salui, saluum faciant & ualorem, per te præcipue post deum saluere desiderantem. Salue ante alios optime patrone noster, ac philosophos tantos apud te colloquentes fœliciter audi.

Marsilius Ficinus Florétinus Petro Medici uiro magnanimo Sa. dicit.

q Vanquam multa quotidie legitis meliora nostris, nulla tamen ferme magis arbitror uobis placere, quam nostra, si modo sua cuique maxime placere solent, sua uero cuiusque sunt potissimum, quæ omnium antiquissima possidentur. antiquissima certe possidentur à uobis marsiliana, spero igitur hæc uobis semper carissima fore, ut etiam si somnia mittam, hæc quoque quasi pro ueris apud uos primum. atq; per uos uera etiam apud alios habeantur. Cum igitur Synesii Platonici librum de somniis, quem nuper interpretati sumus è greco, auctoritatè & fidem imprimis apud lectorem primum, & per hunc apud alios habere desiderarem, potissimum ad te misi, quarto iam gradu post magnum Cosmum nostra lecturum, atque hæc statim approbatione tua omnibus probaturum. adiunxi libro de somniis librum Michaelis pfalli Platonici de demonibus nõ in merito, quoniam à demonibus somnia mitti ueteres arbitrantur. Vale. xy. aprilis. Mccccxxxviii.

L

## SYNESIUS

Synesius de Somniis translatus à Marfilio Ficino  
Florentino ad Petrum Medicem.

Etus mos est maximèque Platonius sub quodam uiliori prætestu grauiora occulere philosophiæ mysteria, ne forte quæ summo cum labore adiuuenta sunt, pereant, ne ué interea coinquentur, si uulgo palam exposita fuerint. Hunc itaque morem, nos in hoc opere pro uiribus secuti sumus. utrum uero, & id cõsecuti simus, & cætera antiquorum more abunde tractauerimus, diiudicare poterunt, qui hæc philosophico ingenio legerint.

Vaticinium eorum quibus homines student optimum esse. I somni sunt prophetæ, & quæ in somnis uidentur, hominibus exhibent inuolucra futurorum, sapientes quidem erunt, certi uero non erunt, quatenus sapientia somniorum in ipsa consistit in certitudine. occultauerunt enim dii uitam hominibus. nam maxima sine labore cõsequi proprium diuinitatis est bonum. apud nos autem non solum uirtutes, sed cætera quoque præclara sudore quærentur. Vaticinium uero, maximum uidebitur esse bonorum. ipsa namque notitia, & omnino cognitionis ipsius facultate, tum deus homini, tum homo bestiæ præstat. Sed deo quidem ad cognitionem sufficit, ipsa natura. homini uero uaticinium longe plus affert quam cõmunis notitia ferat. uulgus enim præsentia tantum nouit, futura uero coniecit. Solus autem Chalchas in contione græcorum omnium nouit quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur. hanc igitur ob causam apud Homerum res deorum ex ipsa Iouis sententia pendent, quoniam prior extitit, pluraque nouit, eo ipso quod antiquior est. ætatem enim eò tendere in carminibus arbitror, quoniam beneficio temporis plura nosse contingit, quãdo quidem notitia ipsa est sane honoratissimum. Siquis autem ex aliis carminibus adductus existimet Iouis imperium in manu potestate cõsistere, quod ait hic robore præstantior est, is moleste poema interpretatur, nec intelligit, quæ in illo est philosophiam nihil aliud deos esse dicentem quam mentes. sic rursus ad id quod ait uiribus excellere, esse etiam generatione priorè adiungit, cùm iouè dicat mentem antiquiorem. Mentis autem ipsius robur, quid namest aliud quam prudentia? Quisquis igitur deus est, dignusque qui aliis præsit, censetur, is cum mens sit, sapientiæ præstantia imperat. Quare quod ait. Robore hic excellentior cum eo quod est plura nouit, idem nobis significat, Et propterea

## DE SOMNIIS

propterea fertur etiam sapiens deo similis, quod tum mente propius esse conetur, tum se circa intelligentiam exerceat, qua diuina constat essentia. His igitur rationibus demonstratum sit, uaticinium eorum, quibus homines student, optimum esse.

In mundo tanquam uno quodam animali res aliæ signa aliis exhibent.

I autem per omnia significantur omnia. quippe cum omnia in uno animali mundo sint germana, atque sunt hæ ueluti omniformes litteræ, sicut in libro, sic in uniuerso signatæ, partim quidem phænicia, partim uero ægyptiæ, partim assyriæ. has autem sapiens ipse legit. Sapiens uero, qui naturam didicit rerum, & alius quidem legit alias, & hic magis, ille minus. Quemadmodum hic quidem paulatim, per syllabas, iste uero dictionem simul totam, ille denique orationem similiter. Ita sane sapientes futura prospiciunt, alii suspicientes astra, alii flamas, siue manentes, siue currentes, alii in uisceribus futura rimantes, alii in garribus auium, obseruantes interim qua uolent, ubi ue insideant. sunt & qui perspicua futurorum signa coniectant ex uocibus, & concursibus, siue casibus accidentibus alteri, Quippe cum omnibus omnia significa sint, quapropter si aues sapientes forent, artem certe uaticinandi ex hominibus collegissent, quemadmodum nos ex illis peritiam cummulauimus. sic enim nos illis, quemadmodum & illæ nobis, occurrimus nuper, & olim, & ad dextram, atque sinistram,

Ea est mundi concordia, ut alia trahantur ab aliis, atque conspirent.

U enim uniuersum hoc sibi met sit compatiens, atque conspirans, oportet, partes congruenter inter se conuenire, utpote quæ unius æque totius sint partes. Consideratione uero dignum est, utrum huc tendant illices, uel motacillæ magorum. Mūdāna enim sicut ex se uicissim significantur, sic inuicem permulcentur. Iam uero sapiens est, qui mundanarum partium cognationem tenet. trahit enim per aliud, aliud præsentia tenens, uelut pignora quædam procul absentium, uoces uidelicet, & materias, atque figuras, perinde sicut in nobis, dum interius patitur aliquid, aliud quoque compatitur. malumque digiti in emunctorium sæpe resultat, dum inter hæc multa minime patiuntur. ambo enim illa, & unius animalis sunt membra, & habent aliquid inter se cognatius, quam cum cæteris. At qui & alicui deo ex deorum numero mundanorum lapis hic, herbæ ue congruit, quibus quasi compatiens naturæ cedit, ac ueluti fascinatur. quemadmodum qui grauem pulsat uocem, commouet subito non proximam sexquioctauam, sed sexquitertia

& acutam nomine netem. hæc enim propius sibi inuicem congruunt. Est enim in partibus sicut concordia quædam, sic insuper, & discordia. nam mundus hic non est simpliciter unum, sed ex pluribus unum. suntque in eo partes partibus consentientes interim, atque dissidentes. ita tamen ut earum dissensio ad consensionem uniuersi conducat, sicut lyra constitutio quædam est tonorum dissonantium, atque consonantium. Ipse uero ex oppositis unum ad harmoniam, & lyram pertinet, atque mundum. Solum quod mundo connexum est à mundanis trahi potest.

**R**chimedes siculus optabat situm aliquem extra terram, ita sperans se contra totam terram libraturum. Aiebat enim dum esset in ea, se contra eam non habere potentiam, qui uero sapiens, aliqua in re est circa mundi naturam, si extra ponatur non habebit ulterius, quo pacto sapientia hac utatur. Ipse enim ad se ipsum utitur. In interrupta igitur cõtinuitate, hæc frustra sapit, signaque huic obseruata carent anima. Atqui quantum extra mundum extat diuinum, Id omne fascinari non potest, huic illud simile, qui emissus est, nihil curat, mentis nanque naturam illecebræ nõ attingunt. quod uero passiuum est illecebris demulcetur, & trahitur. Prouinciam quidem & latitudinem uaticiniis expiationibusque præbent eorum, quæ in mundo sunt, multitudo simul, atque cognitio distantium, quidem multitudo, unitorum uero cognatio. Expiationes quidem solemnitatesque, sed nihil in præsentia sermo moueat ciuili tantum legi fidem adhibens, uaticinium uero recipere tutum est, nam & ipse uis totum per ea, quæ intus habentur est comprobatum. Quantum uero ad præsens spectat, licet optimum seligere impensiusque in eius consideratione uersari, dum interea propriam uaticiniis omnibus habemus obscuritatem, adeo. ut nulla eius species ex hoc ipso reiicienda sit, quod pariter est in tota integræque natura. Iam uero ratio declarauit, id quoque uenerandum esse, ut quemadmodum in sacris est secretum, sic & oracula non omnibus sint aperta. hinc & qui in pythia dat responsa λοζίας. id est obtiquus, & contortus est appellatus, quoniam & ligneum parietem, quem phœbus atheniësis attulit, in salutem frustra uulgus audisset, nisi Themistocles oraculi mentem intellexisset, quã ob re neque uaticiniũ somniorũ propterea respuendũ erit, quod sit obscurũ, siquidẽ obscuritatẽ hêt cũ cæteris oraculisque cõmunem.

De intellectu, & ratione, & phantasia.

**S**tudendum uero huic maxime præcæteris disciplinis, quoniam ex nobis hæc est, & intrinsecus, & unius cuiusque animæ propria

## DE SOMNIIS

propria. Intellectus enim entium species habet, quemadmodum antiqua tradit philosophia. Nos quoque adiungere possumus, sicut intellectus species habet eorum, quæ sunt, sic animam eorum, que fiunt species possidere. Nempe sic se habet intellectus ad animam, quemadmodum ens se habet ad generabile. Si igitur permutatim accommodetur primum ad tertium, & secundum ad quartum, uicissimque rependatur, nihilominus uera loquemur, sequentes scientiæ terminos. Sic itaque demonstratum fuerit, quod nobis placet, animam uidelicet eorum, quæ fiunt, species possidere, habet igitur omnes, producit uero in actum in primis, quæ & conueniunt maxime, atque phantasiam illuminat quasi speculi more, per quam animal, quæ manet intus aduertit. sicut igitur neque in intellectus ipsius actiones animaduertimus, antequam ipsi communi nuntiet ipsa potentia præsidens, atque quod non peruenit in eam, latet & animal, sic neque, quæ in prima sunt anima, solemus animaduertere prius quam in phantasiam eorum signacula ueniant. Atque uidentur hæc uita quædam existere aliquantum inde sublata, & subsidens si ipsa proprietate naturæ, sentiendi utique uires sunt penes ipsam, Et enim colores uidemus, & uoces audimus, & uehementissimum percipimus tactus impulsus, dum instrumentales corporis partes nihil agunt. Forte uero nihil prohibet eiusmodi sentiendi genus esse sacratius. Nam & per hoc diis quoque nonnunquam propinquamus monentibus, & prædicentibus, atque simpliciter consulentibus, quapropter sicui thesaurus contigerit somni donum non admodum admirarer, neque si quis cubitum profectus musarum expers interdormiendum in musas incidere, & partim quidem loquens, partim uero audiens idoneus poeta prodierit, quod & nostrum attulit seculum, neque hoc quidem uidetur profus inopinabile. Mitto equidem impræsentia diuulgatas somni dotes, quibus sæpe ab insidiis liberantur, & quot hominibus somnus accedens medicus aduersam expulit ualitudinem. At quando ad absolutissimam æternorum contemplationem uiam patefacit animæ non speranti, neque etiam cogitanti, hoc quidem munus est in ordinem rerum eminentissimum, naturam uidelicet supergredi, atque cum ipso intelligibili illum denique copulare, qui illinc usque adeo aberrauerat, ut neque unde uenit animaduertit.

De potestate phantasie spiritusque phantastici,  
I quis autem magnum quiddam existimauerit quidem adscensum in sempiterna, neque tamen confidat phantasie facultate



tem ad beatum illud cōmercium nobis suppetere, audiat eloquia sacra, quæ uarias ad hoc uias ostendunt, atque post totum narrationis ordinem occasiones ex intimis nostris præbentem ad ascendendū, per quæ datur semen intimum augere. Tradunt deum aliis quidem dedisse facultatem ad perdiscendā luminis notionem, alios autē etiā in somnis diuini fructus uigorisque effecisse participes. uides ne disciplinæ facultatem hic è contra diuisam: dum dicit aliū quidē in uigilia, aliū uero in somno doceri. Sed in uigilia quodē doctor est homo, somniantē uero deus ipse fructus uigorisque sui participem facit, quasi non idem sit discere, atque consequi, nam pascere fructibus, plus est admodum quàm docere. uerū hoc quidem nobis adsumptū fuerit ad asseuerandam uitæ phantasticæ dignitatem aduersus eos, qui de hac uel minima quæque desperant. Iam uero nihil mirum est, eos ita sentire ob superuacuum sapientiam, qui uersati sunt in illis, quæ à sacris eloquiis reprobantur, ubi traditur uictimas, obseruationesque extorum uanas esse proculque fugiendas. illi uero quasi uulgo præstantiores, artes quidem alius alias ad præfagiendum accipientes, & operationes huiusmodi cōprobantes, sola somnia negligunt, quasi re ultro ante oculos positā, cuius passim ignarus, & sapiens æque princeps. Quid uero si ob hoc ipsum maior hic sapientia sit, quia cōmunius munus habet, nonne et alia bona præcipue, quæ maxima sunt omnium cōmunissima sunt: nihil inter omnia, quæ uidentur sole diuinius, nihil sole cōmunius. Si autem ipsum per se deum inspicere donum beatum est, certe per phantasiā percipere antiquioris propriæque inspectiōis est munus. hæc enim sensus est sensuum. quoniam phantasticus ipse spiritus sensorium è cōmunissimum, primumque animæ corpus, & hoc quodē latet, agitque intus principiumque animalis habet uelut ex arce. Nam circa ipsum uniuersam capitis fabricam natura construxit. Auditus autem, atque uisus non sunt quidem sensus, sed instrumenta sensus, cōmuni sensui ministrantia, & quasi quidam animalis ianitores, & hostiarii, nuntiantes domino sensibilia forinsecus occurrentia, quibus pulsantur externa sensoria. Intimus interea sensus in cunctis suis partibus sensus est integer, toto namque spiritu audit, toto uidet, similiterque reliqua ualet. distribuit autem uires alias aliis, quarum quælibet deriuatur ex animali seorsum, sunt quæ uelut rectæ quædam lineæ profluentes è centro, & cōnuentes in centrum, una quidem omnes ex communi radice, multæ rursus processionem iam factæ. Sensus igitur, qui per instrumenta fit palam proposita, maxime est animalis, tam & si non prius est sensus, quam recurrat in primum

## DE SOMNIIS

in primum. Sensus autem sine medio factus, & animæ propinquior est, & certe diuinius.

Phantasia est perspicacior, quam sensus exterior.

**T** uero sic corporeos quidem sensus ob cognitionem honorantes, quoniam maxime cognoscimus, quæ cernimus, phantasia respicimus tanquam infideliores sensu, uidemur non satis animaduertere. ne oculum quidem ipsum uere omnia nobis ostendere, sed aliud nec ostendere, aliquid quoque mentiri, tum per naturam eorum, quæ uidentur, tum per naturam instrumentorum. Sane ex interuallis minora, maioraque eadem offeruntur, & quæ uidentur per aqua grandiora nobis occurrunt, ac remus occurrit fractus, accedit, & debilitas oculi. Nam & lippus oculus confusa indiscretaque obiicit. Quicumque igitur phantastico languet spiritu, ne exigat perspicua discretaque uisa. qui uero sit eius morbus, & quibus de causis langueat, hebeteturque, quibusue purgetur, atque defecetur, & in naturalem restituatur puritatem, à philosophia secreta tibi est perdiscendum, à qua mysteriis purificatus & diuinus euadit. atqui & influxus exteriores effugiunt, antequam deus spiritus intromittat, et quicumque uictu quodam secundum naturam hunc conseruat purum, hoc utitur admodum præparato à deo, ut hac insuper ratione munus eiusmodi sit communissimum. Percipit enim eiusmodi spiritus animæ quoque ipsius affectionem, neque compassione caret ad ipsam. sicut terrenum corpus huic circumdatum. hoc enim & oppositas condiciones habet præstantioribus affectionibus animæ. At primum eius propriumque uehiculum, anima quidem bene se habente tenuatur, æthereamque sortitur conditionem, habente uero se male, hebescit, euaditque terrenum. Omnino uero hoc est rationis interuallum, irrationalisque naturæ, & incorporei gradus, atque corporei, & terminus utriusque communis perque hoc medium diuina coniunguntur extremis, hac utique ratione arduum est, naturam eius philosophia comprehendere,

Spiritus phantasticus est primum animæ uehiculum.

**E** ndicat enim sibi spiritus hic aliquid uelut proprium, tanquam ex uicinis quibusdam ab extremis utrisque, & quæ tam longe disiuncta sunt, occurrunt in una natura. atqui essentia phantasticæ latitudinem natura per multas rerum sortes extendit. Descendit utique usque ad animalia, quibus non adest ulterius intellectus, neque tunc est uehiculum diuinius animæ, sed subiectis præsidet uiribus, atque est animalis ipsius ratio, multaque per phantasticam hæc

## SYNESIVS

essentiam sapit animal, agitque decenter, purgatur & in brutis, adeo ut præstātius aliquid inseratur, tota quinetiā genera dæmonū ex eiusmodi uita suā sortiuntur essentiā. illa enī ex toto suo esse imaginaria sunt. et iis, quæ fiunt int<sup>o</sup> imaginata. Homo quinetiā multa p̄ hanc exeret et solā, aut si p̄ aliud, p̄ hanc utiq; magis. Intelligētias nanq; edere non sine phantasia solemus, nisi forte quis piā ad breue imaterialē attigerit speciē, phantasia uero supergredi, non minus est arduum, quam beatum. Hinc Platonicum illud. optabile illud est imprimis satisque factum, sicui uel in senectute mens, sapientiāque contigerit, significans intelligentiam absque phantasia lucentem. quippe cum præcedens communis que uita phantasiæ sit propria, uel saltem phantasia utentis intelligentiæ.

Spiritus phantasticus inter æterna, & temporalia medius est, quo & plurimum uiuimus.

Roinde spiritus hic animalis, quem beati spiritalem quoque animam uocauerunt, fit deus, & dæmon omniformis, & idolum. In hoc etiam anima pœnas exhibet. de hoc consentiunt & oracula, uita ī hoc animæ comparantes imaginatiōibus somniantū, Philosophia quinetiam comprobat præcedentes uitas esse præparationes quasdam ad uitas subinde sequentes, dum & optima in animabus affectio, uel habitudo spiritum eiusmodi leuius efficit, abstergitque hūtidinis deterioris profunditatem. Tractibus igitur naturalib<sup>9</sup>, aut attollitur in sublime ob caliditatem, atque siccitatem. Idque apud Platonem alarum assumptione signatur, & apud heraclitum significat idem splendor siccus, anima sapiēs, aut crassus humidusque fit spiritus, unde imergitur terræ secessibus, naturali pondere delitescens, expulsusque in subterraneam regionem. Hinc enim locus spiritibus humidis maxime cōgruit. Ibi que uita infœlix degitur. & obnoxia pœnis licet autem tempore, & labore, uitisque aliis animam purificatam rursus emergere, cursum enim per geminas agit uitas, uicissimque melioribus deterioribusque propinquat. eiusmodi spiritum mutuatur à sphaeris anima prima descendens, & hanc uelut cimbam ascendens commercium inquit cum mundo corporeo, atqui certamen agit eiusmodi, ut uel simul ducat, uel non remaneat simul. Nempe uix quidem, fieri tamen potest, ut dimittatur non sequens ulterius, nefas enim est notis non credere sacris. turpis autem accideret ad superos redditus. quando animæ non redderent alienū. sed circa terrā relinquerēt, quod desup acceperūt

Atque

## DE SOMNIIS

Atque hoc quidem uni, & secundo donum dei myfteriorumque accide-  
rit. natura enim comparatum est, ut anima semel huic insita, uel simul  
impetum faciat, uel trahat, uel forte trahatur, omnino uero congregia-  
tur donec unde uenerat, rursus ascendat. Quapropter cum ob depreua-  
tionem ingrauescit, contrahit secum animam, quæ permiserat id graua-  
ri, atque id est in quo eloquia semen in nobis intellectuale perterrent  
his uerbis, neque declines infra in obscurum mundum, cui profundum  
est semper infidele substratum, & infernus ater undique sordidusque gau-  
dens idolo demens, quo enī pacto menti expedit, stupida uita demensq;  
at idolo, idest simulacro ob talem tunc affectionem spiritus inferior  
competit locus. Simile nanque gaudet simili.

Phantasticus spiritus potest purior, & impurior fieri leuior, atq; grauior.

Roinde si per copulam unum conficitur ex ambobus, intel-  
lectus quoque propter oblectationem, aliquando se immer-  
git. id autem malorum omnium est extremum, ne præsens  
quidem malum animaduertere, quo qui premuntur, non conantur  
emergere. quibus durissimum iam callum morbus obduxit. Ideoque  
cum nihil doleat amplius, merito neque curare contendunt. quam ob-  
rem poenitentia uim habet Peculiarem ad supera reducentem. Qui n.,  
præsentem statum fert, ægre excogitat fugam. Itaq; maxima purgatiōis  
pars est uoluntas. huius nanque munere tum facta tum dicta manū  
porrigunt. hac uero sublata omnis purgatoria machina caret anima.  
quippe cum maximum reconciliationis pignus ei desit, hanc ob cau-  
sam, & hic, & ibi, punitiones ordini rerum maximum afferunt ad iumē-  
tum, dum molestiam oblectamentis opponunt, stupidamque ex pur-  
gant ex anima nostra lætitiā. Tum uero casus, qui præter merita dicū-  
tur incidere, plurimum conferunt ad affectum, quo his afficimur extir-  
pandum fortunis, certe eiusmodi apud eos, qui mentem habent, proui-  
dentia confirmatur, quibus, & qui mente capti sunt diffidere de proui-  
dentia solent. nullus enim relinquatur animæ locus, quo materiam fu-  
giat si in nullum hic malum inciderit. Quapropter existimandum est  
inferioris prouiciæ præfides uulgares ad inuenisse prosperitates tanquā  
animalibus insidiaturas. Itaque hinc emigrantibus animabus obliuio-  
sum contingere potū ali<sup>9</sup> dixerit, ingrediēti uero hanc uitā, aīæ potū ob-  
liuionis affert, cōditio sua uis, & blāda. Cū n. ad primā uitā aīa descēderit  
mercede laboratura libēter sua euadit, p mercēnaria. descēsus qdem hic

tendebat, ut ipsi uniuersi naturæ mysteriū adimpleret, ita regulis legis in-  
 euitabilis ordinantibus. Fascinata uero materiæ donis perinde afficitur,  
 atque illi, qui cum liberi sint, ad certum tempus mercede conducuntur  
 ad opus, ubi ancillæ cuiusdam pulchritudine capti, moras trahere uolūt,  
 ipsius amatae domino seruire constituentes. Iam uero nos quando ex  
 profunda sententia, externisq; circa corpus bona uidentur, oblecta-  
 mur, consentire uidemur naturæ materiæ eam esse formosam. hæc autē  
 conuentionem nostram pro arcano signat libello, atque si quando inde  
 discedere tanquam liberi statuamus, profugos esse clamat, & reuocare  
 conatur, ac tanquam fugitiuos seruos repetit, libellum in medium intro-  
 ducens, tunc sane fortitudine, auxilióque diuino potissimum opus est  
 animæ. quippe cum non sit leue certamen, sui ipsius abrogare confes-  
 sionem, atque pactum. contingit autem, & uim inferri. pœnæ nanque  
 ultrices materiales tunc & iuxta fatum mouentur aduersus eos, qui à le-  
 gibus fati rebellāt. Atque id ipsum est, quod significant labores herculis  
 & pericula, quæ oportuisse herculem tolerare, sacra testantur eloquia, &  
 si quis alius fortiter pro libertate contendit, quod ad spiritum illuc usq;  
 traducat, quo naturæ manus minime porriguntur. at si intra terminos  
 eius saltus acciderit, in angustum anima cohercetur, grauioribusq; opus  
 est certaminibus. tunc enim nobis ipsa non parcat, quasi uideamur iam  
 alieni, & si de ascēsu desperet, pœnas exigit pro conatu, uitasq; promit  
 non ab utrisque iam doliis, quæ Homerus occulte significat tradens, du-  
 a esse materiæ portiones, duplicem distribuens fati cōditionem, a quo  
 bonum quidem nunquam est sincerum. Iam uero & aliquis deterio-  
 rem sortem patitur temperatam.

Quam utilis sit pœnitētia delictorum, quā perniciosus mortaliū amor.

Mnino uero uitæ omnes in errore uersantur, errore inquam,  
 o ubi post primum descensum nō fit subito reditus. Conside-  
 ra utique quanto interuallo spiritus hic nobiscum negocia-  
 tur. cum enim deorsum inclinatur anima, spiritum quoque grauesce-  
 re immergíque sacrū tradit eloquiū, quousque regionē subeat undiq;  
 tenebrosam. cum uero resurgit anima, spiritum etiam comitari, qua-  
 tenus sequi ualet. ualet autem, quousque in gradum peruenerit om-  
 nino distantē. audi iam quid hac de re eloquia doceant. neque etiā abie-  
 ctissimū hoc materiæ p̄cipitio derelinques. sed etiā simulacro portio est  
 in regiōe undiq; lucida. Regio uero hæc regioni undiq; tenebrosæ prorsus  
 opponitur

## DE SOMNIIS

opponitur, tam & si hoc in loco nemo sic acute nimium interpretatus fuerit. non enim solam in sphaeras naturam inde profectam reuocare uideatur eloquium. uerum etiam si quid ex igni sublimi, uel aere in naturam simulacralem anima contraxit ex alto descendens prius, quam cortice terrenum indueretur, atque ex hoc ipsum ex aere igneque supremum inquit, una cum parte meliore ad superos reuocari. Quod enim dicitur materiae abiectissimum significare diuinum corpus non potest. Iam uero ratio dicat, quae nam comunicant conferuntque, ad unum non posse mutua quadam habitudine, iuncturaque, & perseverantia iter se carere, praesertim, quorum uicinae sunt regiones, quemadmodum ignis est orbiculari corpori proximus, atque non sicut terra rerum tenet extremum. Quod si meliora deterioribus quandoque cedentia communicatione fruuntur, conficiunt in materia corpus indissolubile, tanquam formatum ab eo, quod in congressu permissum est imperare. forsitan & deteriora non reluctantia aduersus actum actionem uel animae, sed mansueta, & obedientia prorsus, atque sequentia, media in qua naturam indissipabilem exhibitia ipsius animae primae ductu in sortem simul rediguntur aetheriam, communique tractu tolluntur ad supera, si non ad uniuersi summum, saltem elementorum, ita transeunt summitatem, attinguntque regionem utrinque lucentem habet enim (ut inquit) quandam in se portionem, idest in ordine quodam corporis orbicularis recipitur. uerum de parte sorteque elementorum haec dicta sufficiant. Quae credere licet, atque non credere, essentiam uero corpoream, inde profectam negare non licet naturaliter anima reuolante attolli simul ex infimo sphaerisque coaptari, hoc est in naturam propriam quasi refundi.

Anima corpus habet caeleste pariter, & aereum quibuscumque ad supra reuolat. **A**e quidem duae extremae sunt regiones atque sortes. Altera utriusque prorsus obscura, altera undique lucens, quae, & felicitatis, in felicitatisque sunt extrema sortitae. Tu uero quot existimas in mundi capacitate esse medias regiones, quae ex altera quidem parte sunt atrae, ex altera uero lucetes. in quibus omnibus anima una cum hoc spiritu uitam degit, species, & mores, & uitas alterne commutans. Cum igitur in propriam generositatem se recipit, ueritatis est penus, pura enim est perlucidaque, ac prorsus immaculata. est & deus, atque uates si libeat. cum uero delabitur, obtenebratur, erraticaque euadit, & medax. quod enim caliginosum est in spiritu rerum uerarum perspicuitatem capere nequit. Cum denique tenet medium, partim quidem aberrat, partim uero cose-

quitur. Posses & hac ratione dæmonicam quoque naturam, eiusque ordinem explorare. In omnibus enim consequi uera, uel paululum aberrare diuinum est, aut prope diuinum. conditio uero aberrans in prædicendo ad eos necessario pertinet, qui ad naturam inclinantur assidue, quorum, & conditio passioni obnoxia est, ac prorsus ambitiosa. Hoc enim pacto subterranea subit, dimittitque deum, antiquioremque dæmonem. Sed alia ratione hunc recipit, aditque, & assequitur regionem naturæ præstantiori dicatam.

De Regione omnino lucida, & omnino obscura, atque de media, & quomodo passim spiritus reuoluatur.

Roinde ordinem animæ uiuentis in homine hinc deprehendere licet in quocunq; phantasticus spiritus purus est, atque compositus, & uigilans, atque dormiens ueras rerum effigies accipit. Hic sane tunc pignus possidet, quo asseuerare possit ipsam animæ suæ figuram meliori sorte potiri. Neque leuiter in super uenari possumus. quæ nam potissimum animalis spiritus sit affectio ex imaginationibus, quas præcipue promit & in quibus se uersat. quando à nullo pulsatur extrinsecus. Philosophia huic suppeditante iudiciaria, atque monente, ut hunc nutriamus diligentissimèque curemus, nequando aberret. Educatio autem optima est secundum intuentem percipientemque potentiam semper agere, & omnino ut intellectualis sit semper actus ipse precipuus animæ. Atque quod fieri potest absurdos temerariosque impetus conceptus phantasiæ semper anticipemus. Hoc autem est, ut imprimis ad optimum conuertamus. neque cum deteriore commercium ineamus. nisi quantum summa cogat necessitas. Intellectualis autem intuitus res quedam est, maxime omnium quæ in spiritu sunt concreta secernens. Extenuat enim ipsum clam supra quam dici possit, dirigitque, in deum, hic uero factus ad hoc idoneus trahit cognitione quadam diuinum spiritum ad animæ nostræ commercium. quæ admodum condensatione aliqua cohibetur, fitque angustior, quam ut implere possit sedes assignatas ei à prouidentia hominem effingente, quæ in cerebri sunt uentriculis, tunc sane natura uacuum in rebus non tolerante, spiritus malus insinuatur. Tunc uero quid non patiatur anima in execrabili malo assidue pressa, sic enim natura comparatū est, ut spiritus ipsius sedes, in hoc ipso dispositæ uel peiori, quodam, uel meliori sint plenæ, & hoc quod malū pœna est ipsorum, qui diuinum eis sibi insitum inquirunt. illud uero bonum, aut finis ipse pietatis est, aut proculdubio prope finem.

Quomodo

## DE SOMNIIS.

Quomodo deprehendat aliquis puritatem sui spiritus, atque impuritatem, & qua ratione purificet.

Uim uero de uaticinio per somnia facto differere statuerimus, ne id homines spernerent, immo colerent, tanquam uitæ admodum profuturum, ad hoc sane phantasticam naturam curiose tractauimus, ex hac autem disputatione quod in præsentia confert, minus apparuit. Fructus autem præstantior est sani spiritus ad superna reductio. Lucrum certe animæ sacrum adeo, ut meditatio quædam religionis sit conari eiusmodi spiritum reddere uaticiniis aptum. Iam uero quidam hæc ob causam auiditate uaticinii capti, mensam sacrã, atque mitem anteposuerunt turgidæ mæsæ, amaueruntque cubile purum, ac prorsus immaculatum. Per multum certe abest, ut qui in pythio tripode, phœbeaque lectica trahebat. moras ad uaticinium, his usuris noctes ibi protraheret in temperantiæ testes, Immo uero & obsecrabat deum, & uotis impensior incumbebat. Quod uero paulatim accumulatur, euadit denique multum, & quod per aliud efficitur, in maius denique desinit, dum uidelicet deum uehementius amare pergimus, atque ad hunc amorem cohortari eos, qui antea non amabant.

In primis elaborandum est, ut phantasticum spiritum habeamus purum, & uaticiniis aptum.

Non igitur spernendum est uaticinium nos ad diuina perducent, habensque prope assistens, quod est in animæ potentia præstantissimum. Neque uero ob hoc minor est utilitas animæ sic deo coniunctæ, quod in diuinum est recepta commercium. non enim interea deserit animal, nam & ex specula inferiora circumspicit multo plenius, quam si cum deterioribus sit commista, quapropter permanens inconcussa, dabit eorum, quæ sunt imagines animalium atque id est, quod dicitur descendente non descendere, quando natura præstantior deterioré curat non detenta. Eiusmodi equidem uaticinium, & adesse mihi opto, & affere filiis, cuius comparandi gratia longum iter aggredi non compellimur, nec extra fines enauigamus, quemadmodum ad Apollinis Pythii, uel Iouis ammonis oraculum, sed sufficit dare se somno lætis manibus, diuinisque laudibus celebratis, huic illud simile. hæc autem læta prius, & puri coloris amictus induta. Mineruæ uouet. Sic itaque somnium exoptabimus, quemadmodum forsitan optauit Homerus. Iam uero si paratus fuerit, aderit, qui procul eë dicitur euestigio deus, quoniam nobis nihil eiusmodi operatis, sed tantum dormientibus ubique sit præsens, atque hæc quidem



est myſteriorum tota tractatio, propter quã nemo unq̃ inopiam accuſauit, quaſi propterea minus q̃ diuites conſequatur. Plerã que res publica ſacrorũ antiſtites ex nobiliſſimis ditiffimifq; ſicut Athenienſes claſſis gubernatores eligunt, apudq; illos opus eſt magnificis ſumptibus, & fortuna non parua, ut aduehatur herba cretenſis, & ægyptia penna. oſq; hibericum. ac per iouem ſiquid prodigioſum í profundo maris naſcitur, atq; nutritur, ſiue occidente ſole, ſiue oriente. Traduntur enim eiufmodi quãdam & alia eiufdem generis plurima de illis, qui uaticinium acceptum forinſecus machinantur. quibus ſuppeditandis nullius ſufficit priuati facultas, ſomnium uero uidet, tam q̃ paruũ, q̃ qui magnũ poſſidet cenſum. & qui uictus extremitate laborat. uidet ſpeculator pariter, atque mercennarius, nec ciuis aliter, quam peregrinus, nihilo uero differt apud deum ad uaticinium bubulcus mancipiumque, & inſanus à cæteris. Quod ſane huius conditio uaticinii admodum populis eſt, certe eſt humaniſſimum, quod ſimplex ac perſe paratiſſima, eſt admodum philoſophicum, quod non uiolenta, proculdubio piũ, quod a deſt ubiq; quod ue cogimur adhibere aquam, aut petram, aut hiatum terræ, diuiniſſimum merito iudicatur. Decebat & iter prima laudare, quod eiufmodi uaticinii gratia ne ab uno quidem negotio uitæ diſtrahimur, neque tempus conterimus ullum. nemo enim poſt habitis neceſſariis præſentibusque negotiis cubitum abit domum ad ſomnium conſtitutum, ſed tempus ipſum duntaxat, quod neceſſarium eſt animali conterere naturæ iſtaurandæ gratia, cum ſubſtãtia nobis ad perpetuam uigiliæ actionem ſufficere nequeat, tempus inquam hoc nobis, hoc ipſum ultro largitur, quod & dici ſolet, ociũ negotio maius. coniungens nimirũ optabile. neceſſario, ac beneſſe cũ ſimpliciter eſſe. Contra uero circa præſagia, illa, quæ inſtrumentis uariis aduenire ſolent optime nobiſcum actũ exiſtimandum eſt, ſi dum plurimam uitæ partem ſibi uendicat. Interea concedant aliquid cæteris uitæ uſibus, atque actionibus. Quibus ſiqua in parte prorsus mentem intenderis, difficile admodũ ad hãc ipſã iuuaberis uaticinio. non enim eſt cuiuſlibet temporis, aut loci apparatus, ſupellectilemque capere ritibus ſacris ſubminiſtrantẽ. neque facile eſt ſecum circumferre inſtrumenta ſolem nibus neceſſaria. Atque ut alia prætermittam. ubi nuper coaceruata ſupplicia ſunt, immitis quãdam eſt oneroſitas cauæ nauis, quibus cum & aliæ ſacrorum partes accedũt deſcripti homines uidelicet atque teſtes, ſic enim dictu uerũ eſt, quando noſtrum hoc ſeculum multa per legum miniſtros ſolet enuntiare. quo-  
rum

## DE SOMNIIS

rum opera iam diuulgati sacrorum ritus in profani uulgi conspectum audicimq; uenerunt. Præter enim id, quod infestum est, atque miserum (ut arbitror) his incumbere Deo proculdubio est iuisum, nam non expectare uolentem aliquem, sed in pulsu uectibusque mouere, nihil aliud est quæ uim inferre, quod quidē nec apud homines factū conditor ipse legum reliquerit impunitum. Itaque præter hæc omnia, quæ per ardua sunt apud eos, qui futurum ita rimantur, accedit & actionis ipsius intermissio frequens, & dum uagamur extorres artis ipsius obmissio. non enim leue opus est oberrantes passim sarcinas ad eiusmodi uaticinū secum ferre. Vaticinii uero somnio uenientis ipse quisq; est instrumentū, ut neque uolentibus quidē oraculū eiusmodi dimittere liceat, sed cum manentibus permanet, cū peregrinantibus æque cōmigrat, cōmilitat quoq; simulq; ciuilia tractat, corrusticatur, atque cōmercatur. Vaticinium hoc nec inuidæ ciuitatis leges uetant, neque uetare possent, etiam si uoluerit. non enim habent, quo uaticinantē eiusmodi reprobēt. quid enim dormientes iniuriamur? sed neque tyrānus in somnia uidere prohibeat, nisi forte somnū ex urbe procul expulerit, sed & dementis esset impossibilia uelle, & impii, mandare naturæ, Deoque contraria.

Quam utile uaticinium, & optandum, præsertim per somnia.

D hoc igitur uaticinium accedere decet fœminas, atq; uiros, antiquos & iuuenes, pauperes, atq; diuites, priuatos, & principes, rusticos, & urbanos, elegantes, atque plebeos. non genus, non ætatem, non fortunam, non artem aliquam respuit. omnibus passim adest propheta paratus, consultor bonus, & tacitus. sacrorum præceptor, atque discipulus. prædicat quidem bonum, ut anticipans usum uoluptatem habeat longiorem. prædicat & malū, ut caueam<sup>9</sup> incōmodum, atque propulsemus. & enim quæcūque siue species genus hominum nutriendes optima blandaque porrigunt, siue metus affert. prouida, & utilia omnia somniis insunt, atque a nullo prorsus ita sperare persuademur, tam & si sperandi munus a deo in natura plurimū est, atq; salutare, ut sophistæ prædicent elegantes, nec optaturos fuisse homines uere sic affectos. quemadmodum sunt ab initio constituti. Respuerent enim sic uiuere difficultatibus uitæ compulsi, nisi Prometheus naturæ spem ipsam inseruisset, tanquam perseuerandi in uita remedium, cui<sup>9</sup> illecebris irretiti, quod expectant in futurum, præsentī statu fidelius arbitrantur. Habet autem spes ipsa uim tantam, ut uictis compedibus siquādo licuerit, incideritque, pro uoto sperare (ut ita dicam) soluitur. mi-

litat, subito duplo proficit. Paulo post regit manipulum, mox ducit exercitum, uincit, mactat, coronatur, conuiuia ponit, mensam parat si placet siculam, si libet, & medicam. Interea oblitus est pedum, donec iam est ducturus exercitum. atqui hoc est re uera somniantis, & uigilantis in somnium. nam circa idem subiectum uersantur utraque scilicet circa naturam phantasticam, quam quotiens formare statuimus imaginibus, unã hanc in primis affert utilitatem. delinit enim uitam nostram lætitia, animæque spe uaga blanditur, atque ita nos à sensu reuocat molestorum.

Exhortatio ad uaticinium somnii comparandum, atque de imaginationis efficacia.

Vando uero natura phantastica proprio munere nobis præsidens spem nobis excitat, id autem accidit somniantibus. somniale promissum tanquã dei pignus habemus, quam obrẽ iam aliquis animum suum alacriter instruens tanquam grandioribus ufurus muneribus, quæ in somnium proposuerat, lucrum reportat geminum, tum quod ante rem ipsam gaudet, tum quod partis aliquando rebus scienter utitur, propterea quod ian diu de his fuerit meditat<sup>9</sup> tanquam uitæ admodum competentibus. Iam uero quam Pindarus spem laudauit de uiro scilicet scælice loquit<sup>9</sup> dicens, spem huic almã cor dulcè nutrire, eumque comitari, quæ mortalium undique nutabundam mentem maxime regit, eiusmodi spem inquam ab eo decãtatam. dixerit aliquis, non esse fallacem hanc, quæ decipit uigilantes, quam ipsi nobis effingimus, sed totum hoc ad somniale speciem potius attinere, atque Pindaro dictum ad celebrandam partem exiguam somniorum. Vaticinium igitur somniare unã cum arte prosequens, quod apparet, speciem exhibet firmiorem, ut non uilioris esse generis nõ uideatur. Penelope uero apud Homerum duas somniorũ portas inducit, affirmatq; dimidium esse fallax, quoniam somniorum sapientiam non habebat, si enim artẽ scite ad hæc habuisset, omnia utique per portam corneam traduxisset. Inducitur ergo illic redarguta, in scitiãque confessura circa ipsam uisionem, cui nõ credidit, cum credere debuisset, Anseres quidem proci. Ego uero Vxiles sum aquila, hic autem erat contubernalis, atque id erga illum de uisione nugabatur. Videor equidem Homerum hic audire dicentem, non decere diffidere somniis, uel ut etium debilitatem ad uisorum transferre naturam, apud quem nec Agamẽnon iuste somnium criminatur, ut fallax, cum male accepisset oraculum de uictoria dicens, iubeo te thoracibus armare galeatos achiuos. nũc enim

ceperis

## DE SOMNIIS

ceperis amplissimam urbem. Properat igitur Agaménon tanquam repente propriis uiribus urbem expugnaturus, ubi quod omnino dictum est ab oraculo obaudiuit, neque seruauit. Inquit enim oraculum, superabit sane, si totum omnino exercitum græcorum armauerit. at uero neq; Achilles tunc, neque myrmidonum phalanx processit in prælium, pars nimirum exercitus præstantissima.

Quantam spem nobis uaticinium somnii præbeat.

**M** Vltas utique laudes accumulauim<sup>9</sup>, uerum tamé quasi desipui. quod enim uaticinium somniale cónauigat nobis, & cõmõratur, cõmilitat, & cõmercatur, omnibusque omnia cõministrat, paulo ante prædiximus. beneficia uero mihi inde collata nondum memorauim, tam & si in nullo magis quam philosophiæ cõmercio cum hominibus cõmunicare solet, multa sane uigiliæ dubia. Postquam dormitum accessimus, partim patefacit omnino, partim nobiscum ambigit, & nunc quidém, qui somniat interrogare uidetur, & discere. nunc etiã inuenire. Mihi quidem sæpe libros mecum una, mentem enim instruxit, orationem composuit, diem partim quidem describeret, partim etiã cõmutaret, quãdoque uero & totam linguæ dispositioné stolidam, atq; tumentem nominum nouitate ob nimium atthæ linguæ antiquioris, duriorisq; amorem uaticinium hoc per deum corrigens, & partim quidem dictans, partim uero, quid sit ostendens tumores quosdam ingenitos linguæ deliniens leuigauit, tumorem expulit. modumque adhibuit. At qui, & dum quandoque uenarer uires mihi insidiasque subministrabat aduersum feras arte quadam currentes, atque latentes, quandoq; etiam defatigato castraque dissoluenti istare præcepit, promisitque fortunam in dominam, adeo ut dulce foret uenationibus immorari alacriter confidenti. Diuinationo uero eiusmodi cum primum deesset, domina aderat, & fortuna. hæc sane monstrabat examina irretitarum captarumque ferarum. mihi quidem uita libri sunt, atque uenatio. quoniam nunquam legationibus fungi desiderauim, existimans non conferre tres annos è uita uidere nefastos. uerum & tunc plurimum hoc uaticinio, & maxime sum adiutus. Insidias enim contra me magorum animascitantium reddidit impotentes, tum patefaciens occulta, tum ex omnibus discriminibus liberans. Itaque & publica mihi disposuit, ut ciuitates optime regerentur. Regi quoque magno maiori me fiducia, quam græcorum aliquem unquam, conciliauit.

Somnium affatim nobis uaticinia præstat.

**C**eteris quidē cura est aliorū, hoc autem adest omnibus. bonus unicuique dæmon, atque iis, qui uigilantes meditati sunt artificiose aliquid inuenire, præceptor occurrit. A deo sapiēs res est anima ocium agens à sensuum colluuiōe forensium animæ naturas undique inferentium alienas. Anima nāque quotcūque species habet, & quotcūque accipere solet à mente facta, quandoque sola perspicuas exhibet ad interiora conuersis, & quæ ueniunt à diuino traducit. Nā animæ ita se habenti Deus quoque mundanus se prorsus adiungit, propterea quod animæ ipsius natura ex eodem simul, atque ille profiuxit. Hæc igitur genera somniorum diuiniora cēsentur, atque uel omnino, uel quasi penitus integra sunt, atque perspicua, minimèque artis indigent adminiculo. Sed hæc quidem solis cōtingunt hominibus uirtute uiuentibus, uel per prudentiam, uel per consuetudinem acquisita. Sin autem aliquando & aliorum alicui forte contingant, uix quidem. quāuis forte accident. Verum non in exiguo quodam somnium generosum cui libet accidet, reliquum uero multiplex, atque communissimū genus, illud est omnino reconditum, cuius gratia artem necesse est adhibere. originem nanque habet absurdam (ut ita dixerim) atque monstrosam. cumque ex talibus quibusdam pululet, progreditur obscurissimum. sic enim somniorum se res habet, ut dicam.

Vaticinium somniorum præsto omnibus adest.

**A** omnibus, quæ uniuersi natura comprehenduntur, siue sint in præsentia, siue facta fuerint in præterito, siue futura dicantur, nam & hi sunt quidam existentia modi. idola profluunt, & ab eorum substantia iugiter euibrantur. si enim sensibile quidlibet est εἶδος, id est species in materia, cū materia simul extensa. deprehendimus autem ex composito materiam foras effluere. ratio certe dicat, formarum quoque naturam extrinsecus per idola deriuari, ut ex utraque parte ea, quæ in generatione uersantur, ab ipsa entis dignitate degenerent. Omnium uero, quæ diximus idolorum à reb<sup>9</sup> ubique manantium spiritus ipse phantasticus speculum est certe clarissimum. Aliter enim circumeuntia, & à statu labentia, tum ob indefinitatem essendi, tum quia à nullo entium cognoscuntur, cum primum irretiuntur ī spiritus animales, qui & ipsi quidem sunt Idola, sed ī natura habentia sedem, his p̄tinus innituntur, & tanquam in domiciliis conuiescunt. Eorum igitur, quæ facta sunt, utpote, quæ in essendi actum iam processerunt per  
spicua

## DE SOMNIIS

spicua passim Idola demittuntur, donec temporis diuturnitate debilia tãdem exiguaque euadant. Eorum uero quæ in præsentia sunt, utpote, quæ adhuc in se consistunt ualidiora prorsus, & manifestissima simulacra perueniunt, sed futurorum indefinita sunt, & ad modum indiscreta. Sunt enim hæc præuolumina quædam rerum nondum præsentium & efflorescentiæ, quædam adhuc imperfectæ naturæ quasi proficientes forasque saltantes, & tanquam delitescentium seminum obscura signacula. Hanc ob causam ad res futuras opusest arte, ab eis eni idola obumbrata imaginésq; obscuræ pcedunt nimiru nõ ut à psetibus manifestæ.

Ab omnibus profluunt simulacra, quorum speculum receptaculumque est species ipse phantasticus.

Irabilis quidem natura imaginum ita se prorsus habentium, ut à rebus nondum effectis efficiantur. Itaque iam aliquid de hac arte dicendum, qua ratione ualeat comparari. Optimum est in primis, ita diuinum spiritum præparasse, ut dignus euadat, cui intellectus, & deus innotescat, atque præsideat. Imaginum uero indefinitarum non sit amplius susceptaculum. educatio autem spiritus optima est, tum per philosophiæ studium perturbatos sedare animi motus, quibus excitationis spiritus ipse quasi regio quædam penitus occupatur, tum per moderatum temperatumque uictum, & animal sic afficere, ut minime incitandum sit, & ita componere corpus ultimum, ut fluctus minime moueat, nam usque ad primum unda redundat. Oportet autem primum semper inconcussu imperturbatumque seruare. Quoniam uero id optare quidem unicuique facile, cõsequi uero præcæteris arduum nos autem desideramus somnium esse nullis inutilem. age iam uel in rebus indeterminatis terminum aliquem perquiramus. hoc est artem circa idola, idest imagines statuamus. habent se uero hunc in modum.

Quomodo somnia interpretari possimus.

Vi frequenter maria nauigant, si quando scopulum aliquem obuium habent, in quem ascendentes urbem aliquam inde prospiciant, quotiens eundem scopulum uiderit, eandem inter se significant ciuitatem. quin etiam sæpe duces exercitus, quos nõdum uidemus, interim à pcursoribus statim affore coniectamus, nã & antea semp eisdẽ pcurrētibus subsequẽ cõsueuerunt. eadẽ ratione p idola res ubiq; futuras psignare solemus. Antecedētia. n. sunt eadẽ rebus eisdẽ similiaq; similibus. Quemadmodum igitur gubernatoris ignauia est, eadem occurrente scopulo non agnoscere, neq; prædicere quibus littoribus applicat.

talisque gubernator coniecturarum subsidio caret. Sic & qui in idem uisum sæpius incidens, nisi iam designauerit, quem potissimum euentum sibi portenderit, siue passionem, siue fortunam, siue actionem. uita dementer utitur non aliter, quam naui gubernator eiusmodi. Solemus & iouia signa in aere circumfuso notare, sic circa lunam orbicularem aream intuentes procellas fore uaticinamur. quoniam eandem intuitis sæpius consecuti sint uenti. huc tendit & poeticum illud, hinc sane tempestas, hinc tranquillitas designatur orbicularis. nãque area fracta uentos, euanescentes uero portendit tranquillitatem. duo quidem circuli tempestatem præcedunt. uehementiorem uero portendit procellam circulus triplicatus, magis etiam si niger occurrerit, magis insuper si frangatur. sic in omnibus & Aristoteles, & ratio dicat, sensu quidem memoriam, memoria uero experientiam, atque peritiam, hac artem, denique cõprobari. Similiter & circa somnia debemus incedere.

Non potest communis, eademque regula somniorum interpretãdorum singulis adhiberi.

**P**erique libros de obseruantia somniorum eiusmodi multos composuerunt. Ego autem hæc omnia rideo, iudicans prodesse perparum. non enim sicut corpus hoc ultimum, idest elementorum inter se conciliatorum, coitus suscipere potest artem uniuersalem, sermonemque naturæ pariter subsequenter. nam ut plurimum eadem patitur ab eisdem, cum in rebus conformibus exigua sit inter se discrepantia, quod uero in eis præter naturam se habens ægrotat, latere non solet. ideoque nec utimur tali quadam indice regula, non inquam ita se habet spiritus ipse phantasticus, sed & ab origine prima alius discrepauit ab alio. alius enim cum sphaera congruit alia, quatenus in eius contemperatione, illa præualet, aut illa. Hinc poeticum illud, præcipue uero animæ beatissimæ animarum cælitus in terram profuunt, atque illæ præcæteris opulentissimæ, & inextimabilia fila sortitæ, Quæcũque munus sortitæ sunt à splendido Rege, & quæ ab ipso Ioue ueniunt potentis filo necessitatis, hoc insuper erat, quod clam inuuit, & timens, ubi tradidit unicuique animæ collegam stellam siue cõfertã. Animæ uero & à natura sua delapsæ, ex eo quod circa materiã libenti<sup>9</sup> habitât, hæc quod minus, illa uero magis, quaten<sup>9</sup> unaquæque ipsa quasi lancis inclinatioe usa est, infeliciter spiritum iniquauit. Inhabitât igitur corpora sic affectæ, totaque inde uita in delicto morboque species agitur, certe præ  
 ter na

## DE SOMNIIS

ter naturam, quantum ad generalitatem species attinet, secundum uero naturam quantum spectat ad animal, nam à spiritu sic affecto é animatum, nisi & ipsi natura sit ordo, in quem à se ipso est, ordinatur, prauitate, uirtuteque utens, nihil enim æque, ac spiritus, facile est, atque uertibile. Quoniam igitur pacto in rebus inter se dissimilibus, tum natura, tum lege, tum passionibus resultant, & apparent eadem ab eisdem: certe neque fit ita, neque fieri potest, Quo enim modo aqua turbida simul, atque perspicua, siue agitata simul, atque quieta sub eadem forma similiter affici potest: si autem & conditio turbida alia sit in alio secundum colorum differentias, atque ipsi motus in configurationibus uariis, sic utique unum quidem erit genere aberrare à sincera prorsus imagine, specie uero diuersum. Siue igitur Phemonoe, siue Melampus, siue alius quisquam profiteatur communem de rebus eiusmodi regulam definire, ac penitus ordinare, quaeremus ab eis, numquid speculum, tum rectum, tum peruersum, tum ex materiis dissimilibus similem obiecti reddere possit imaginem: Sed illi nec à principio quidem de spiritu philosophati sunt quicquam. Proprium uero ipsorum spiritum, ut cumque se habeat, omnium esse regulam existimant, & examen. atque ego quidem non nego per omnia inter se differentia, congruentiam quoque aliquam inueniri. sed enim ipsum quod obscurum est, dispersum, euadit obscurius, erat & ab initio difficile cognituri præexilientis idolum. Difficilius quoque in uno quoque modo, more uel percipere aliquid communi uiso persimile, atque prorsus accommodatum.

Vnusquisque somnia sua, & suos inde obseruat euentus.

Is de causis nullo modo sperandum est, leges rationis & statui posse hunc cunctis æque communes, debet autem potius unusquisque se ipsum quasi artis habere materiam, & in memoria scribere potest qualia uisa, in quales euentus incidit. non enim difficile admodum hunc congregabit circa rem, quam usu quodam uel indigentia meditatur, usus namque necessitatis meditationem memoriam suggerit, Præsertim quando ubique materia suppetit, In somniis autem nihil est abundantius, nihil iterum quod animos ad se magis adducat. Nam & stultos compellunt ad aliquid de somniis meditandum, atque curandum adeo, ut turpe sit futurum, homines implentes à pubertate decenium altero uate adhuc indigere, nec iam penes se ipsos multas eiusmodi artis regulas cumulasse. Operæ pretium utique foret, uisa, & accidentia sigillatim, tum uigiliæ, tum somni, litteris commendare, nisi consuetudo ciuilis nouitatem huius



excogitationis horreret. hac ipsi uenia iudicamus diurnalibus annotationibus, annotationes quoque nocturnales esse quotidie coniungendas, atque ita utriusque uitæ humanæ status tenere actus commentariis commendatos. uitam nanque aliquam in imaginatione positam ratio posuit, nūc quidem meliorem media uita, nūc uero deteriolem. Quantum uidelicet sanitatis, aut morbi spiritus habet. Sic igitur si sedula quadam opera obseruationem huiusmodi prosequamur, ex qua ars paulatim accumulatur, dum nihil dilabitur è memoria, & alioquin urbana hæc erit oblectatio, & exercitatio animi, dum nostra, tum uigiliæ tum somni honoramus historia, & ad eloquentiam hæc exercitatio conferet. Quibus enim curæ est exercitatio linguæ nullum (ut arbitror) est inuentum hoc accommodatius ad dicendi facultatem in omnibus exercendam. si enim leuius sophista scripta quotidiana tradit esse optimos præceptores ad singula passim apte dicenda, propterea quod neque minima negligantur, sed oporteat omnia tum grauium, tum leuium eloqui, cur non etiam nocturnas annotationes interpretationis gratia colere debeamus.

Quam uaria, & fallax, & lasciuia sit in somniis phantasia.

Querit utique aliquis quantum opus aggressus fuerit, qui sermonem uisus adæquare uoluerit, in quibus separantur quidem, quæ natura cohæret, coniunguntur autem, quæ sunt natura discreta, atque & ratione disputationeque opus est ad hæc, ut uisum, quod non occurrit, occurrat, neque etiam leue opus est motionem prodigiosam, atque obsurdam suborientem animæ in alterum traducere modum. Quando uero phantasia expelluntur quidem ab essendi munere, quæ sunt. introducuntur uero uicissim in eam, quæ nusquam, & nullo modo uel sunt, uel naturaliter existere possunt, quisnam modus est uisus intrinsecus incogitabilibus abstruere naturam prorsus inominabilem. Hæc autem ista, neque spes multas, simulque omnes, neque cum tempore ferens ostendit, tam & si hæc, ut hæc, & porrigit somnium incidit. Putamus. n. quicquid uoluerit animis occursum, in quibus sane omnibus exprimere dislogus in morari, & id quod absque in eptitudine perfectissimi oratoris est opus, exultat quidem hæc in somnio iactabunda materia aduersus ipsam dignoscendi naturam, plus aliquid inferens, quam simplex existimatio ferat. neque. n. absque passione circa uisa uersamur, sed uehementes quodammodo, constitutiones affectionesque contingunt, odia quoque non minima ueniunt, & frequentia circa hæc ueneficia dormientibus imminet. uoluptas sane tunc maxime preualet, atque hic uitæ status propensius admodum blandissimis illecebris est obnoxius. usque adeo, ut suboleant animo amores, & odia in uigiliam duratura.

Qua pro

## DE SOMNIIS

Quam prodigiosa in somniis uarietas phantasia.

I quis aut non uana sit locuturus, sed cuius gratia sermo est institutus absolutus, in hac ipsa uidelicet affectione, eiusdemque existimationibus, perceptionibusque constituere auditorem, uerbis utique, quae moueant egebit. Iam uero & aliquis simul uincit, gladiatur, uolat, capit. non omnia phantasia. Oratio uero quae capiet, dormit aliquis somnium, & in somnia uidet, ac surgit interea dormiens, ut existimat, & iacens excutit somnum. Philosophatur, & aliquid de apparente somnio utrumque nouit, atque hoc est somnium, illud uero duplex. deinde non adhibet fidem, putatque quod adest, & seuerum, & quae appareret esse uiuentia. Hinc ergo totis uiribus concertatur, & somniat aliquis certamen aduersus se ipsum, tum dimittere, tum etiam excitare, Periculumque sui facere, & fallaciam deprehendere. Ferunt sane Aloadas pendere poenas, quod thessalicos montes super extruserint contra deos. dormientem uero nulla inuitabilis sententiae lex aliquando uetat seipsum in altum a terris attollere fortunatius Icaro, & aquilas superare uolatu, sumas quinetiam sphaeras superuolare, ubi & aliquis eminus orbem terrae considerat, & hunc non inspectum lunae significat. Licet & disputare cum stellis, atque cum diis occultis in mundo congregari. Quando enim factu difficillimum est, fit tibi facillimum, tunc manifesti palam dii prorsus occurrunt, neque horum nulla est inuidia. Paulopost in terris residet, neque processit quidem, sed praesentia adest, nihil. non magis est proprium somnio, quam interciperi medium, nec agere tempore, sic utique statim loquitur cum ouiculis, atque balatum putat esse sermonem, & quae locuntur intelligit. adeo, itaque noua, adeo lata est argumentorum materia. praesentiaque tractandi, si quis in somniis contederit accommodare sermones. arbitror eadem fabulas quoque sua ab insomniis licentia & copia accepisse, in quibus pauo loquitur, & uulpes, & mare, tam & si haec exigua sunt, si cum in somnio licentia conferantur. atque fabulae quae sint pars minima somniorum, tamen a somphistis coluntur, ac dignae interpretatione censentur, deceret uero quibus principium artis est fabula, eisdem in somnium esse finem. praesertim cum non frustra in his dicendi facultas exerceatur, quemadmodum, nec in fabulistis temere, sed profundioris sententiae aliquid ibi lateat.

Quod utile sit uitae simul, & eloquentiae notare quotidie quae somnia ueris, quae feceris, quae tibi contingerint.

Ccingat se igitur unusquisque, cui datur otium, suppetitque uictus ad omnia conscribenda, quae uel uigilanti, uel dormienti contingunt, expendat in hoc temporis aliquid a quo quidem optimum est, quod alibi

itelligentia cōpatur uaticiniū. s. artem quā laudauimus cōgregare. qua  
 quidē re nihil esse pōt utilius, quin etiā neq; dicendi ratio, hinc obiecta  
 erit tantaꝝ cōsequētia rerū. Philosopho sane tractatus eiusmōi ludus  
 erit, atq; solatiū, dū nimiā mentis remittet intentionē, quē admodū scy  
 tæ sagittarii solent arcū. Rhetori uero tanq̄ demonstrationū suarū sūmā  
 & apicē eiusmōi statuemus. qm̄ non opportune dicendi facundiā, uehe  
 mentiāq; exercere uident, Milciadi iquā, atq; Cimoni, & quibusdā etiā  
 ignobilibus, ac opulento, & inopi, ciuilia quoq; habētibus odio. Pro q̄  
 busequidē antiquos etiā uidi uiros in theatro acriter cōcertātes, quāquā  
 erant philosophiæ noīe uenerabiles. & uterque (ut uidebatur) produxe  
 rat barbæ talentum. Verum non prohibuit eos professionis reuerentia  
 inconuitia, iurgiaque efferi, & immodeste circumuertere manus in di  
 sponendis s̄monibus abunde p̄ uiribus, sicut ego tunc arbitrabar, ido  
 neis. ut aut̄ retulerūt, q̄ me postea docuere, neq; tūc erāt illi, neq; aliquādo  
 fuerāt, nedum idonei, sed nec ab initio in natura. quo. n. pacto ciuilitas  
 erit eiusmōi, quæ uictori p̄miū dederit it̄ficiēti ciuē aliter de repu. sen  
 tientē. Iam uero quicūq; nonagenari<sup>9</sup> figmentū adhuc meditat<sup>r</sup> atq; cō  
 tendit, i quod nō tēpus uerboꝝ differat ueritatē. Omnino nomē quidē  
 ipsum meditatiois it̄ligere mihi uidentur, ubi aiunt p̄ aliud se stude  
 re, hi autē apparatū esse finē exitimarūt, uiaq; ipsam, qua oportet icede  
 re pro termino coluerūt. Ipsā nāq; meditationē fecere certamē. Quē ad  
 modū siq; stum in palæstra exercuerit strenue manus Pancratiū in ludis  
 profiteatur olympicis. adeo igitur, & mētis ariditas, & affluentia uerboꝝ  
 homines occupauit, ut esse uideantur aliqui in dicēdo quidē potentes.  
 non habentes aut̄ quid sit eloquendū. cū tamē oportuerit ita se cōpasse  
 quē admodū Archiloc<sup>9</sup> & Alcæus, quoꝝ uterq; propriæ uitæ gratia ero  
 garūt uocis canore dulcedinē, itaq; posteritas memoria tenet, quib<sup>9</sup> ob  
 lectabantur, quib<sup>9</sup> uedolebāt. non. n. i argumētis cōfictis uanos effude  
 re sermones, quē admodū recēs hoc sapientū genus facere solet, neq; aliis  
 suū largiti sunt bonū. sicut Stesichorus, & Homerus, qui gen<sup>9</sup> quidē he  
 roicū carminib<sup>9</sup> suis illustrius reddiderūt, unde, & nos ad uirtutē p̄feci  
 mus imitandā. Illi uero q̄tū in eis ē neglecti uidentur, de q̄bus nihil am  
 plius hēmus dicere, nisi q̄ strenui fuere poetæ. Quisq; igitur apud poste  
 ros exoptat memoriā cōfiditq; mandare posse litteris imortalia p̄sequa  
 tur scribendi rationē à nobis p̄ter cōmunē cōsuetudinē in p̄sentia cōpro  
 batā. Deponat se ipsum audacter apud tēpus. Fidus. n. est custos, quando  
 secundū deum huic aliquid creditur

FINIS

Ex Mi

Ex Michale pfello de dæmonibus interpres Marsilius ficinus.

Atura dæmonū nō est absq; corpore. sed habet corpus, & uersatur circa corpora, quod & uenerādi patres nostri iudicauerūt, sunt & qui asserant dæmones propria cū corporibus præsentia sibi apparuisse. Atque & Basilius diuinus mysteriorum nobis occultorū inspector nō solum dæmonibus. sed puris etiā angelis corpora tribuit, uelut spiritus quosdā tenues & aereos atq; puros, & testē affert Dauidē dicentē. qui facit angelos eius spiritus ac ministros eius flāmeos, atq; id quidē necessariū est. oportet. n. ut diuinus asserit Paulus spiritus ministros, q̄ mittuntur corpus habere, quo mouentur gradūq; sistant, palamq; appareant, nouerūt enim hæc ministeria non aliter quā corpus aliud perfici posse. quod sic ubi legas in scriptura eos in corporeos appellari. respōdeo & nostros & alios solere corpora quidē crassiora corporea nominare. Corpora uero tenuia, & quæ aspectū tactumq; effugiunt in corporea frequenter cognominare. Nō est at corpus idē cognatū angelis atq; dæmonibus Angelicū enim corpus radios quosdā effundēs alternis oculis sustineri nō potest, eis penitus euanesces, dæmonicū uero si unquam tale fuerit eloqui nescio. uidetur autē tale aliquādo extitisse. cū Isaias nominet angelū qui cecidit luciferū, nunc uero alioquin obscurū & tenebrosūq; existit. ac si cōiugato lumine nudatū oculis offerratur, molestū nobis occurrit, & angelicū quidē materiæ penitus expers, quapropter & p̄ uniuersū solidū penetrat, atq; pertrāsit. minusq; etiā quā solis radius passionibus est obnoxiiū. Solis nāq; radium per corpora diaphana atq; translucida procedentē siue ingrediētē obstacula terrena & opaca obstātia detinēt adeo ut sustineat fractionē, utpote q̄ ad malū cognitionē hēat. Corpori uero angelico nihil horum obstat, utpote quod nullā à quoquā oppositio nē patitur. quippe cū horum nullis in ordine congruat uel natura, corpora uero dæmonica quāuis ob tenuitatē inuisibilia sint, attamē materialia quodāmodo sunt, passioniq; subiecta, præsertim quæcūque loca subterranea subiere. Hæc enim a deo cōcreta sunt, ut tactui subiiciantur pulsataq; doleāt, & igni propinquātia cōburātur, adeo ut horū quadam cinerem quoq; relinquāt. Quod quidē apud tuscos italiae populos accidisse historia traditur, neq; ego hæc loquor quasi poetica fabulam monstrāq; in mediū afferens cretensiu phœnicūq; more. sed ex ipsis saluatoris uerbis p̄suasus hæc affirmo. quæ tradūt dæmones igne torqueri, ut

pote qui propterea. qđ corporei sunt pati possint. Quo enī modo pati possent si incorporei forent quod enī incorporeū est pati à corpore ne fingi quidem potest.

Sex dæmonum species, quomodo se transforment, se nobis inuenient. nos moueant.

Ccepi uero multa de his ab eis, qui seipfos dediderunt studio  
 a eos in aspectū prouocādi, tā & si nil tale unquā uiderim, neq; uidere dæmonas optem. Versatus uero sum cū aliquo qui in cheroneso græciæ cōtermina solitariā uitā egit Marco noīe hic i mesim fluuium genus suū referebat ac si quis alius in dæmonū cultu profecerat inspexeratq; apparitiōes dæmonū, hæc ergo antequā uana falsa que spernebat atque detestabatur. deīde uero palinodiā cecinit uerisq; dogmatibus & nostris adhæsit. hic ergo multa & mira quidē & dæmonica nobis aperuit atq; mihi interdū interrogāti, utrū dæmones pati possent, & ualde quidē inquit, adeo ut nōnulli dæmonū semen iaciant, atq; in pusilla quædā aīalia oriantur. Tum ego incredibile inquā dæmonas excrementa habere & mēbra genitalia. habēt quidē inquit ille mēbra. sed nō talia. Excrementū uero aliquod ex illis emanat. Tū uero subiūxit. mihi crede. sed ego inquā graui indiscrimine sunt si nostro more nutriantur. Nutriūtur sane inquit marcus. alii quidē in spiratione ueluti in arteriis & neruis uiget spūs. alii uero humore. sed nō ore. ut nos, imo uero sicut spongiæ atq; ostrea, exugētes quidē humorē extrinsecus adiacētem. Rursus autē quod in humore cōcretius est secernētes. id uero nō patiūtur oēs. sed solū genera dæmonū materiæ proxima, genūque dæmonū, qđ odit lucē & aquatilé atq; subterraneū. Ad hæc interrogauī. sūt ne o marce multa dæmonū genera: multa inquit, atq; diuersa, tū secundū formas tum secundum corpora adeo ut & aer qui supra nos est, & qui circa nos sit plenus dæmonum. plena & terra mareque & loca abdita, atque profunda. nisi moles tum est inquā enumera. Sex generaliter inquit sunt genera dæmonū, neq; uero noui utrū locis diuidere oporteat dæmonas in quibus uersantur an potius ex eo, qđ uniuersū dæmonū genus a more afficiatur ad corp<sup>9</sup>. Esse uero noui senariū numerū corporeū atq; mūdānum. In eo enī circūstatiæ corporeæ sunt, atq; mūdus per hūc cōpositus est. siue qđ hic numerus primus est qui cōponat triāgulū stalenū. Esse uero propriū æquilateri diuinū atq; cæleste, utpote qđ sit sibi ipsi æquale ac difficile moueatur ad malū. propriū uero æquicrurii genus humanū uti. qđ uno quodā ab instituto aberret, ex penitentia uero fiat melius.

## DE DAEMONIBVS

Scaleni uero propriū dæmonicū tanquā inæquale, nec ullo modo propinquans bono. siue igitur hoc siue alio mō res se hēat, sex oīno ille genera dæmonū enumerabat. & primū quidē prima lingua barbāre nomīa bat leliureon. i. igneū. quod circa sublimiorē aerē puagari dicebat. omne nanq; dæmonicū ex lunaribus regionibus uelut ex tēplo prophanum aliquid exterminari. Secūdū uero genus quod in aere propinquo nobis oberrat. quod & a multis propriæ aereū nominatur. Tertiū terrenū, qđ plurimū circa terrā uersatur terrenisq; aduersatur multis rationibus atq; machinis. Quartū aquatile & marinū quod humoribus se īmergit, ac libenter circa lacus & fluuios habitat, multosq; perdit aquis & in mari fluctus excitat ac tēpestates, nauigiaq; uiris honusta fūditus submergit, multosq; obruit undis. Quintū s̄bterraneū qđ hītat qđē sub terra, īuadit autē qđ puteos effodiūt & metalla. Efficit hiatus terræ, & fūdamēta cōcutit. flāmi uomos uētos suscitāt. Sextū & ultimū ē lucifugū īp̄scrutabile. ac p̄it⁹ tenebrōsū passiōibusq; frigidis uiolēter resp̄dēs. Esse uero dicebat hęc oīa dæmonum genera sic affecta, ut & deos oderint, & hōibus aduersentur. sed aliud alio peius. Aquatile enī & subterraneum, ac etiā lucifugū summo opere malefica atque p̄nitiosa. hęc enim nō phāta siis ex cogitationibusq; animas deprauare atque lædere. sed oberrātia fera & more siluestriū ad p̄niciem hominū festinare. sic aquatile quidē errātes in aquis suffocare, atq; morbo comitiali demētiaq; uexare. Aereos autē atq; terrestres arte quadā & ex cogitatione inuadere, sicq; humanos animos fallere, & ad perturbatiōes turpissimas & iniquas p̄nitiosasq; flectere. Tum ego quonā pacto & qđ agētes hęc peragūt. utrū dominantes nobis & quocunq; placet uelut mācipia circūferētes. Nō dominātur ait. sed nobis clam cōmemorant. spiritui nāque qui nobis inest phātaastico propinquant. utpote qui & ipsi spūs sint uerba perturbationū & uoluptatū nobis insonāt. nō emittētes quidē uocē pulsatione quadā ac sonitu. sed sermones suos absq; sonitu īmittētes. sed quo nā pacto inquā sine uoce sermones nobis ingerere possūt. Quid mirū īquit si mō illud animaduertas, quēadmodū uidelicet qui loquitur si procul loquatur uehemētior clamore eget. factus uero propinquior inaudiētis aurē susurrādo subloquitur, qui si posset cū ipso aiæ spiritu copulari nullo sono prorsus egeret. sed sermo eius uoluntate cōceptus nullo penitus sono audiēti illaberetur. quod quidē animalibus ēt egressis corpe cōtingere tradūt. Has. n. sine strepitu inter se uersari. hoc utiq; modo nobiscū dæmones conuersantur. clam uidelicet ádeo ut nec unde quidē nobis inferatur bellū lice

at perferre. Neque de hoc dubitabit quisquis quod aeri cōtingit cōsiderauerit. Sicut enī aer præsente lumine colores & formas accipiēs traducit in illa quæ naturaliter accipere possunt, sicut apparet in speculis rebusq; quasi specularibus, sic & dæmonica corpora suscipiētia ab ea, quæ intus est essentia phantastica figuras atq; colores, & quascūq; ipsi uoluerūt formas in ipsū animalē nostrūq; spiritū trāsmittūt, multa nobis negocia præbent uolūtates & cōsilia suggerētes formas subindicātes suscitantes memorias. uoluptatū simulacra passionū frequēter concitantes uigilantibus atq; dormiētibus. nō nūquā uero scœmora nobis ac inguina titillātibus incitātes insanos & iniquos amores subiiciūt & subacuūt. præcipue uero si hūores calidos humidosq; ad id cōducētes nacti fuerint. Sed hi plutonis galeā subinducētes pturbāt animas arte quadā & sophistica fraude. Reliqua uero dæmonū genera nihil excogitāt sapiēter, nec quicquid facile astu peragūt, nisi quod molesta tamē atq; ualde turpia sūt, & charonei spūs more lædūt. Sicut enī ferunt spiritū hūc corrūpere quicquid propinquauerit siue quadrupes siue homo siue sit auis, sic dæmones occursum diri quicquid occurrerit subito perdūt agitātes corpora animosq; naturalesq; habitus peruertentes. Sæpe etiam igne. aqua. præcipitio perdūt nō solū homines uerū etiam bruta nōnulla. Ad hæc ego curam hi dæmones bruta rursus inuadūt. iam uero circa gergesam tale aliquid accidisse porcis sacra testantur eloquia. Ad hæc ille, cum dæmones hominum hostes sint nihil mihi uideri debet eos lædere. insultāt quin et aduersus bruta nōnulla, nō tam uoluntate nocendi. quā uiuifici caloris auiditate. Cum enim in locis habitent profundissimis, ad summū quidem frigidis, sed humore carentibus frigiditatem plurimam contrahūt humoris expertē. quā quidem obstructi in angustūq; coacti calorē humidum appetūt & uitalem, utq; hunc assequātur in animalia irruūt & ratione carentia & ad balnea foueasq; aduolāt. Nam calorem ignis solisq; uelut comburentem & exsiccātem fugiunt. Calorem uero animalium quasi moderatum suauiq; humore permixtū diligūt, præsertim humanum quia sit temperatior quam obrem hominibus se insinuātes, nō mediocriter eos perturbāt oppletis uidelicet meatib<sup>9</sup>, & impletis in quib<sup>9</sup> spirit<sup>9</sup> insidet animalis, ipsoq; spiritu dæmoniorum corporum crassitudine coacto intusq; concusso, ex quo accidit ut uibrentur concutianturq; corpora uiresq; principales male in actionibus se habeant, ac motiones stupidæ erraticæq; proueniāt. Atq; si dæmon qui irruit subterraneus sit concutit ac destruit occupatum, clamāntque per ipsum utens patientis

spiritu

## DE DAEMONIBVS

Spiritu uelut proprio instrumento. Sin autem lucifugorum aliquis homini seclam ingesserit segnicie adducit, cohibetq; uocem hominēq; obsessum quasi mortuum reddit. hoc enim genus tanquam inter dæmones ultimum terrestrius est summo perēque frigidū, atq; aridum, & cuiusque latenter irrepsit uim omnem animalem obtundit & hebetat obfuscat & delet. Cum uero ratione captum sit omnino, omnique intellectuali speculatione prorsus orbatum & ductum in ratiōali quadam phantasia more brutorum præceteris indocilium nullis rationibus auscultat, nec redargutiōes metuit. quo circa recte apud multos mutum surdumq; uocatur, neque discedit ab occupatis nisi diuina potestate propulsum oratione uidelicet ieiuniōq; accedentis. Sed ego o Marce inquam retentiora quædam sapere nos medicorum sectatores adducūt asserentes passiones eiusmodi non esse effectus dæmonum sed humorū uaporūque & uenti male sese habentium. Itaq; pharmacis & dieta nō carminibus incantantium expiationibusque curare hæc aggredi solēt. Tum ille nihil mirum est hæc medicos dicere, qui nihil nouerint præter sensum. sed corporibus tantum incubuerint cognoscendis. Illa forsasse decebat malorum humorum putare incommoda capitis somniferam grauitatem, atræ bilis angustias, phrēsis deliramenta. quæ lauacris. potionibusq; uel euacuationibus, uel emplastis sedare consuerunt. Inspirationes autem occupationesq; quibus qui obsessus est agere nihil potest, non intellectu, non ratione, non phantasia, non sensu. Aliud uero ē quod mouet atque ducit, dicitque in super quæ non nouerit occupatus & futura nonnunquam prædicit. quo inquam pacto dicemus, hæc esse erraticas materiæ motiones.

Quomodo dæmones occupent hominem. loquantur. moueant. se transforment.

Ego igitur Marco fidem adhibeo. præsertim cum memoria tēeam quæ de dæmonibus diuina nobis euangelia tradunt. quod ue uiro corinthio cōtingit iubēte Paulo. & deniq; quotcunq; patrum nostrorum scriptis leguntur de dæmonibus multa penitusq; miranda. Reliquum uero est ea referre, quorum ego inspector, & quibus uelut auctor interfui. Profectus sum in elasoniam ubi uir quidam actus dæmone multa multis oracula fudit. Quem ego conueniens interrogauit unde nam sibi facultas uaticinandi contigerit. cum uero ille aperire nollet, archanū tandem laconicam passus necessitatem. tandem confessus est uerum. retulit ergo se initiatum fuisse in operibus dæmonum a quodam Aleto



Liuius qui eum nocte adduxisset in montem iussissetque herbam quam-  
 dam assumere, deinde in os expuisset & quibusdam unguentis oculos  
 illinisset, unde sibi dæmunum turbas uidere contigerit. ex quibus sen-  
 sit quasi coruum quendam inuolantem osque suum ingredientem ex eo  
 tempore, atque hætenus sibi uaticinium adesse de quibuscunque & quan-  
 docunque hoc ipsum uult. quod eum mouet. in diebus enim crucifixio-  
 nis & in die uenerandæ apud nos resurrectionis mihi ait, nihil etiam si stu-  
 diose contenderim insonat. Hec ille nunciauit. cum uero quidam meo-  
 rum comitum irrideret eum. percuteretque; ceruicem ait. Tu quidem pau-  
 lo post pro una plaga multas utique reportabis, & aliis multa prædixit  
 quæ prouenerunt. Quidam ergo eum fatidicum conspicatus tanquam  
 musicum instrumentum insonantibus dæmonibus euasisse sic obiecit.  
 omnes insaniam species passiones sunt deprauatæ materiæ, potiusquam  
 tragicæ dæmonum passiones. Adhuc ille nihil mirum uideri debet in-  
 quit, si ita medicorum sectatores iudicant. qui nihil unquam eiusmodi  
 uiderint. Nam & ego ita putabam quousque contigit prodigiosum aliquid  
 prouidere. quod non importunum erit in præsentia recensere. & profe-  
 cto nihil mentiar. Senex quidam qui hoc idem pallium induebatur fra-  
 ter meus natus maior habebat uxorem. alioquin modestam morbisque ue-  
 xatam frequentibus, hæc aliquando puerpera uehementer iam laborabat.  
 uestemque confringens barbare loquebatur sermone presentibus inco-  
 gnito. itaque ambigebant omnes quid in re ardua faciendum foret, fœmi-  
 næ uero quædam adducunt peregrinum quendam nomine Anapha-  
 langiam ualde senem rugosumque & exustum, atque nigrum qui nudato  
 ense prope lectum adstans ira quadam apprehendit a grotam linguaque  
 sibi patria idest harmenica acriter conuiciatus est. illa huic uicissim re-  
 spondit harmenice ac primo quidem audax electo prorupit cum eo pro-  
 tinus certatura. At barbarus ille, tum maxime adiurationibus utebatur  
 & quasi furens minabatur illam se percussurum. Tum fœmina se rece-  
 pit compressit contremuitque, & humiliter iam locuta in somnum mox  
 incidit. Nos autem obstupuimus ambigentes quo nam pacto illa locu-  
 ta sit harmenice fœmina, quæ harmenios nec uidit quidem unquam  
 neque domesticis laribus egressa est. cum ergo resipuisset interrogauimus  
 eam quid passa fuisset, & nunquid acta animaduertisset uel mente te-  
 neret. tum illa respondit se uidisse dæmonum uisum tæbrosum & si-  
 mile mulieri passos habenti crines in se irruere. unde antequam ipsa le-  
 ctum ingrederetur extimuisse. Quod uero deinceps secutum est mini-  
 me

## DE DAEMONIBVS

me perſenſiſſe. quam obrem ego poſt hæc ita dubitare cepi . quonã pacto dæmon mulierem perturbãſ mulier appareret, nec iuriam dubitabatur utrũ dæmonum alii quidem mares. alii uero ſint fœminæ more aialium caduco ꝛ. Præterea quomodo dæmõ lingua harmenica uteretur. nam ualde dubitandũ eſt num dæmones alii græce, alii caldaice. alii pſice. alii ſyriace loquãtur. Deinde quomodo ad magi illius minas ſeipſũ dæmon cõpreſſerit ſtrictumq; timuerit enſem. quid enĩ patiatur ab enſe dæmon indiuiduus atq; immortalis: Tum Marcus dubitationem meã animaduertẽs ait. nullus dæmon ſua pte natura mas eſt uel fœmina. Cõpoſitorum enĩ ſunt huiusmodi paſſiones, corpora uero dæmonũ ſimplicia ſunt ductu flexuq; facilia, ad omnemq; configurationem naturaliter apta. ſicut enĩ nubes ſuſpicimus nunc hominũ, nũc urſorum, nũc draconum aliorũ ue præferre figuras, ſic & corpora dæmonum. ſed hoc intereſt. quod nubes externis agitatae uetis figuras uarias agunt. Dæmones autem proprio cõſilio prout ipſi uolũt corpoꝛe formas in ſe uariãt. & modo in breuiorem molem cõtrahuntur, modo rurfus in longiorẽ ſe extendunt. Quemadmodum lumbricis uidetur accidere ob ſubſtantiam meliorem ductuq; facillimã, neque ſolum magnitudine in eis diuerſitas accidit. uerum etiam figuras coloresq; uariant multiformes, corpus enim dæmonis ad utrũq; eſt natura paratum. qua enim ratione eſt natura facile cedens, ſic in uarias figurarum ſpecies transformatur. qua uero aereum eſt. diuerſos aeris inſtar colores ſubit. Sed aer quidẽ ab extrinſeco coloratur. corpus uero dæmonis ab intima phantaſiæ actione ſpecies colorum accipit. quemadmodũ nobis expauſcentibus genæ palliſcunt, uerecũdia uero affectis rubeſcunt. Anima uero prout ſic aut ſic afficitur. paſſiones eiꝰſmodi in corpus, ſimiliter traducente eadem ratione de dæmonibus eſt putandum. Nam & hi ab intrinſeco in corpora ſua colorũ ſpẽs transferũt. qua propter unũquodq; dæmonũ corpus proprium in quam elegerit figuram transformans, ſpeciẽq; coloris certam ad extremum uſq; corporis educens, ſic & tanquã uir apparet, & mox occurrit ut fœmina, leõis more fremit, ſaltat ut pardalis, latrat ut canis. atq; ad utriꝰ uariſq; formam ſe aliquando transfert. Ac dum omnes eiꝰſmodi uiciſſim formas mutat, nullam earum ſtabilem retinet. Non enim ſolidum eſt corpus dæmonum, quo poſſit acceptas retinere figuras. Sed ſicut in aere & aqua contingere conſueuit, uidelicet ſiue colorem infundas, ſiue figurã imprimas, mox diffunditur atq; diſſoluitur. ſimile quiddam dæmonibus accidit. Nam & in his figura, colorq;, & ſpecies rerum

quarumlibet cito dilabitur. Docuit itaq; Marcus has maris & foeminae differentias non inesse daemonebus. sed apparere nullamque eiusmodi formam in eis stabilem permanere. Sin autem est multis audiueris daemone sub foeminae specie omnibus puerperis apparere, nullamque eiusmodi formam scito, non omnes daemones eandem uim uoluntatemque habere. sed in hoc etiam illos ualde differre. Nempe in proportione quadam simili qua etiam composita caducaque animalia se habere. sicut enim inter haec homo quidem intellectualis prudentisque potentiae particeps phantasticam in super uim comunioem habet ad omnia ferme sensibilia explicabilem atque diffusam. tum ad caelestia. tum ad illa quae circa terram sunt, atque in ipsa terra. Equus autem atque bos & reliqua ordinis eiusdem uim eam magis particularem, atque ad nonnulla imaginabilia cognominam operantem. quae praesepere possessoresque suos cognoscit. Culices autem & mures atque similia angustioem hanc habent, atque indistinctam, neque foramen cognoscunt, ex quo emerferunt, neque locum quo processere & quo quid est adducendum. sed unicam tantum imaginationem habent. s. alimentum, sic & multa diuersaque daemonum genera inter se similiter differunt. Nempe in his quoque ignei quidem aerei que phantasiae habent uarie admodum distinctam atque discretam quancumque imaginabilem speciem elegerint. nam ad hanc ipsam se ipsos formant. Contra uero lucifugum daemonum genus se habet, eius enim imaginatio ualde angusta est. itaque formas uarias non commutat, utpote quod plures imaginabilium rerum non habeat species. neque corpora possideat ad motum agilia ad flexumque accommodata. Aquatiles uero atque terrestres medium inter hos daemones obtinentes possunt quidem plures formas mutare. sed quibus maxime delectantur in eis diutius immorantur. Quicumque enim in humidis uiuunt mollioremque uitae ductum tenent se a uibus mulieribusque similes reddunt. Quapropter naiadas nereidas, & dryadas foemini non sexu hos cognominant. quicumque uero in locis habitant siccioribus corporaque habent subarida quales ὄροσκέλουσ esse ferunt in uiros se transformant. Nonnunquam etiam canibus & leonibus aliisque animalibus similes se ostendunt. In quibus uidelicet mos inest masculinus. Nihil itaque mirum si daemonium in uades puerperas foemineam praefert formam. quippe cum sit adulterum humiditatibusque se oblectetur impuris. formam enim subit uitae sibi gratae conuenientem.

Daemones singulorum gentium quibus loquuntur linguam imitantur.

## DE DAEMONIBVS

Quia uero ratione harmenice loquerentur. Marcus quidem nō explicauit, neque etiam à nobis est quæsitum. Arbitror autē hinc fore hoc manifestum. quoniam non possit lingua dæmonum propria inueniri. tam & si hebraicam quis seruare linguam dixerit, siue græcam, aut syriā, aliā uel barbaram. quid enim opus est uoce dæmonibus: qui inter se absque uoce conuiuunt. Cum uero sicut angeli posteriores posterioribus, alii aliis gentibus præsumt, sic dæmones, alii aliis assistunt. sane singuli singularum gentium linguas exercent. quamobrem dæmones. qui inter græcos habitant heroico stilo oracula ediderunt. apud caldæos uero caldaica utebantur lingua. quemadmodū apud ægyptios ægyptia uoce colloquia faciebant. quin etiam dæmones incolētes harmeniā si alio forte se conferant indigenarū uoce utuntur.

Cur dæmones timeant minas atq; patiantur.

Sed quæritur cur dæmonia minas ensesque timeant. profecto omnia dæmonum genera audacia. rursusq; timiditate plena sūt, præsertim cōiunctiora materiæ. Aerea enī circumspectæ cogitationis participia, si quis obiurgauit discernere nouerunt obiurgantem uel honorantem, neq; aliter ab obsessis discedunt nisi obtestator erga deum sanctimonia polleat. nomēque dei sermonemq; horribilem incantet potestate diuina. hæc profecto sunt dæmonia materiæ proxima formidantia, ne ī loca profundiora abyssūque demittātur. Item angelos timēt. qui illos eos præcipitant quotiens uidelicet quispiam eis præcipitium minitatur adducitq; inuocatiōes angelorum ad hoc institutorū. ualde enim timent. Nam ob ignorantiam non discernunt minitantem. Iam uero si anicula quædam uel superbior seneciū aliquis. minas eiusmodi rustice intentauerit sæpe discedunt, quia discernere nequeūt. Ideo superfluis etiam quibusdam facile mancipantur. s. unguibus & capillis à polluto magorum genere. Item plumbo & cera tenuiq; filo deuinciūtur, atq; ne fariis adiuratōibus cōturbantur. uenefici ergo & nefandi dæmonia hæc subterranea māsuofaciunt. Qui uero nefariis ministeriis abstinet aerea. maxime colunt cauētes ne dæmonium subterraneum interueniat. nam si quid tale iteruenerit præter id, qd terrores īcutit. et saxa iacere cōsueuit. propriū enī subterræo & est lapides ī occurrētes iacere. sed iētibus irritis. Aerea uero dæmonia ratio dictat intrepida esse. neq; tamen boni quicquam afferunt, quoniā & supba sūt & iactabūda & deceptōis phāta siæq; ianis plēa. ab eis. n. īcultores ueniūt ignei qdā radii, quos furiosi hoīes diuina spectacula putāt. nihil tamē ueri cōstātisq; possidēt. quid. n. ī obscu

ris dæmonibus potest lucis inesse. sed hæc omnia fallaciæ sunt occultorum atq; præstigiæ. Sunt pleriq; qui cõmuniter appellantur Euchetæ quorum fraudulentum dogma ab insano quodã manente manauit. Tradunt ergo principia plura & profecto ab ipso manente duo rerum principia supposita sũt. ita ut deo bonorum opifici deus malorum artifexq; ponatur, deoq; cælestium domio deus dominus subcælestiũ. hinc Euchetæ miseri tertium his principium adhibuerunt. Nempe apud eos unus quidem pater est. filii uero duo antiquior uidelicet atq; iunior. principia tria. sed patri quidẽ supermundana tantũ. iuniori autẽ filio cælesti. seniori uero subcælestia uelut dominis tribuũtur. Quod quidem dogma nihilo à græcis fabulis differre uidetur iuxta poeticũ illud ternario distributa sunt, præmia numero. Sed inter Euchetas alii utrũq; filiũ colunt. nam & si dissidere eos nunc inter se dicant. utrũq; tamen existimãt adorandum. Quoniam ambo ex eodem patre nascantur atq; impostorũ cõciliandi in mutuo sint. Alii uero alterum duntaxat. i. iuniorem colunt. utpote qui meliori præstantioriq; prouiciæ dominetur. seniore uero nõ spernunt quidem, sed obseruant ipsum cauentes, uidelicet ne malefaciat. Deterimi uero inter illos à cælesti quidem numie disiungũtur omnino. solum uero terrestrem sathanã finibus suis excipiũt, ipsumque nominibus apud eos potioribus extollunt appellãtes primo genitum & à patre seiunctũ. Item arborũ animaliumq; & reliquorum compositorũ opificem, pestiferũ uero atq; hostilem. Sed qui hæc dogmata introducũt & oculis & auribus mentis capti sunt. neq; enim uident ex ipsa rerum cognatiõne mutua, unũ esse omnium auctorem, neq; scripturam sanctam id docentem audiunt, neq; ratione secum ipsi reputant. q̄ uidelicet si duo inter se dissidẽtes rerum opifices essent, non esset una quedam conspiratio unioq; omnia ligans. Et si dæmonia diuitias nobis & gloriam promittunt. nihil tamen ex se tradere possunt. quippe cum imperium nullum habeant, sed iuisu tantum quædam inania suis culoribus afferunt, uaria prorsus & instabilia, quæ tamen impii diuina esse pectacula putant.

Euchete & gnosci ut dæmonia toto concipiant pectore nefanda sacrificia perpetrant. Conueniunt die quo passus est saluator uespere statutum in locum una cũ puellis sibi notis. & post quædã sacra extinctis luminibus mistim coeũt siue cũ sorore, siue cũ filia, siue cũ qualibet. nono rursus mēse reuertũtur. puellasq; accersũt, & ifãtes iã natos ab his euellunt. perq; totum corpus pueros circuncidunt & circumfuso sanguine  
phialas

## DE DAEMONIBVS

phialas implent. corpora cremant. cinerem cum sanguine miscent. hoc condimento epulas & pocula cōdiūt, tum sua inter se, tum aliorum clā quoruncūque possūt. Existimant enim hoc sacrificii & alimentī genere tanquam maxime profanos caracterem diuinum nobis impressum, & dæmonia procul arcētē penitus aboleri. itaq; dæmonia liberi<sup>9</sup> ingredi.

**Qu**omodo magi excantent trahantq; dæmonas.

Veneficia atq; magia nō uanum nomen sortita sunt. sed uim quādam possident. Veneficium enim ars quædam est circa materiales dæmones & terrestres. Simulachra dæmonum prouocans in aspectū & alios quidem uelut ab inferis excitat, alios autem ex alto deducit. Disciplina enim nostra omnem dæmonem existimat malum, propter supbiæ & uanitatis excessum ab angelico statu ordineq; delapsum. Opinio uero græca paruam dæmonum partem iudicat malam. & hanc quidē nō tanquā electione talem. sed ex prima rerum diuisione sic affectam tortoris uicem gerentem aduersus animas delinquentes, talem itaq; dæmonū portionem ueneficiis præstigiator in aspectum imaginarium prouocat. uisq; imaginalia spectatoribus obiicit, & aliis quidem fluenta quædam illinc exundantia adducunt in medium. Aliis autem uinculorum solutiones & delicias gratiamq; promictūt. Adducunt uero tales dæmonum potestates nodis cantibusq; quibusdam & in plurimis quidem mētatur in quibusdam uera loquitur. Magia uero facultas quædam græcis uisa ē potestatis plurimæ compos. Tradunt enim hanc esse extremā sacerdotii portionem. Affert autem uisa quædam sæpius in aspectum falso diuinitatem aliquam præferētia. Hæc enim facultas perscrutatur unius cuiusq; rei sub luna genitæ, naturam, potentiam, qualitatem elementorum in quā eorumq; partium animalium omnium plantarum & seminum & pomorum, item lapidum herbarūq; ac sūmatim uniuscuiusque rei substantiam & uirtutem. hinc ergo effectus suos agit & statuas sanitatem adducentes. uidelicet omnigenis figuris instructas, & alia rursum artificia inferentia morbos caller, & quæ inter se differunt & quæ conueniunt. multarum nanq; materiarum commistio unionem illi arti affert, distantia uero ab uno discretionem infert. Iam uero aquilæ & dracones apud illos ad sanitatem conferre dicuntur, feles autem & canes. & corui cōferūt ad uigiliā. Cera itē atq; lutū ab illis ad quōsdā ptiū cōformatōes assumi solēt. q̄ppe cū proprietates quasdam suis uirib; hēant. Appet frequēter cælestis ignis hucusq; traductio. tūc uero statuæ subridere uidentur & lapades spōte ignib<sup>9</sup> accēdūtur instructa ē magia multū astronomi

ca facultate plurimaq; p ipsa pagit. Est & quaedam ipelui uaticinatio p qua  
 & rustici saepe uaticinatur profecto quemadmodum praedictio quaedam fit. i.  
 paere atq; p folia sic praedictio quaedam fit ipelui apud assyrios frequentata atq;  
 noninata. quae profecto congruitate quandam habet cum daemonebus mate-  
 riae ualde coniunctis. Accipiunt ergo pelui aqua plena uaticinantes dae-  
 monibus congruentem in profunda repentibus. Apparet autem peluis  
 illa aqua plena quodammodo & spirare, propter sonitum, ipsaq; aqua ipel-  
 uim infusa secundum substantiam quidem ab externis aquis minime  
 differt, sed uirtute infusa carminibus ualde praecellit atq; ita facta est ap-  
 tior ad suscipiendum spiritum deinde fatidicum. Id uero daemonum  
 particulare est atque terrenum compositionibusq; attractum, & cum pri-  
 mum illabatur aquae sonum mox quendam exiguum & significatiois  
 expertem edit remissionem eius praesentibus significantem. Deinde ue-  
 ro in aqua iam inundate exiles quidam soni susurrant quadam praedictione  
 futuri. Est autem eiusmodi spiritus passim per raras, quonia solaris ordinis  
 est sortitus, idque genus daemonum dedita opera tenuem uocem edit, ut  
 propter indistinctam uocis obscuritatem eius mendacia minus deprehe-  
 di possunt, sed nunquid corpora daemonum pulsari possunt? possunt  
 sane atque dolere solido quodam percussa corpore, uerum quo nam pacto.  
 cum sint spiritus, neq; solida, neq; composita natura, & compositorum est  
 sensus. Sed profecto in iis quae sentiunt non neruus ipse est qui sentit, sed qui  
 eis spiritus inest. Quapropter si atteratur neruus si frige fiat, si quid aliter  
 patiatu spiritu uidelicet in spiritum misso fit dolor. Nempe compositum  
 nunquam per se doleret, sed quando participat spiritum, quo quidem pri-  
 uatum priuatur & sensu. Daemonicum itaq; corpus per totum se natu-  
 raliter sensuale secundum partes singulas absq; medio uidet, audit, tangit,  
 patiturq; tangendo & diuisum dolet sicut & corpora solida. Sed hoc inte-  
 rest quod corpora quidem solida diuisa cum sunt, aut uix, aut nunquam resti-  
 tuuntur. Corpus uero daemonum ubi secatur mox in se iterum recrea-  
 tur & coalescit, sicut aquae aerisq; partes quando aliquid intercidit soli-  
 dum, sed & dictu uelocius daemonicus spiritus in se reuertitur. Dolet ta-  
 men interea, dum diuiditur, quia obrem aciem ferri metuit, idque ani-  
 maduertentes qui fugare daemones moliuntur tela & enses in rectum ibi  
 constituunt, quo nolunt daemones aduentare, atque alia machinantur  
 tum oppositis passinibus propulsantes, tum congrua quadam affe-  
 ctione mulcentes.

## DE DAEMONIBVS

MARSILIVS ficinus florétinus Philippo ualori uiro nobili atq;  
magnanimo. P. S. D.

Qui præcipit cognosce te ipsum nos admonere uidetur ut animã cognoscamus, quæ quoniã est medicina reꝝ, nimirum est & omnia. hac itaq; cognita facile sumus oïa cognituri. Ego igitur ut animã in primis assequerem per quã consecuturus oïa forem ad philosophos nõ plebeos illos quidẽ, sed egregios iã diu studiose me cõtuli. Cum uero hinc quidẽ Platonicos inde uero peripateticos anxius percõtarer, eorũmq; responsa dissidere inuicem uiderentur diffidebã ab initio me uoti competentem unquam fore. Verum nõ multo post Themistius spem mihi præbuit optimam affirmans tantos inter se philosophos non sententia quidẽ dissidere, sed uerbis eãdẽq; de anima Platonis Aristotelis Theophrasti sub diuersis uerbis esse sententiã. Incidi deniq; diuina quadã sorte in librum Theophrasti de anima à Prisciano quodã lydo breuiter quidẽ, sed tamẽ diligẽter expositũ ea potissimũ ratione, qua Plutarchus, & Iamblichus Platonici Peripateticĩq; insignes aristotelicam de anima sententiã explicauerat. Cum igitur in his legendis Platonicos Peripateticosq; esse concordēs animaduertẽ, habui ferme tota quod mẽte petebam. Atq; ut & cæteri quã primũ habeant librũ hunc e græca lingua trãstulimus in latinã. Adiũximus præterea expositiões quasdã breues à nobis inter legendũ atq; trãferendũ excogitatas. Neque tamen hac in re duxi in præsentia mihi nimis elaborãdum, uel latius euagandũ. Ioãnes enĩ picus mirãdulanus uir certe mirãdus iã hoc agit ad sũmũ ubi philosophorum omniũ de quauis materia mẽtes diligẽtissime discutit. Ac Platonem Aristotelẽq; de anima mirabiliter monstrat esse cõcordes. Librũ uero tibi potissimũ mi Valõr censui dedicãdũ. Tu enĩ una mecũ iam diu cõcordiã philosophoꝝ hac de re uehemẽter affectas. Medices uero nostri quibus tanquã patronis dare omnia, imo reddere cõsueuimus cõsentient, proculdubio munusculum hoc unũ e multis meo dedicari ualori, & medicæ domus præ cæteris amicissimo & prõptissimo semper Platonicoꝝ opẽ adiutori. quãuis autem græcum exẽplar unicũ in uenerimus, & id quidẽ mendosum atq; mutilatũ, attamẽ lege securus, & ita cæteris præbe legendũ. nã emendare hoc atq; resarcire diligẽtissime studui. & Angelus politianus noster accerrimo uir iudicio plurimaq; doctrina, nostram hanc diligẽtiam approbavit.

Valeatque lege scõlciter & cæteris præbe legendum. Vale.



Interpretatio Prisciani Lydi in Theophrastū de sensu traducta & exposita a Marsilio ficino florentino. quomodo instrumentum sensus fit at simile sensibilibus.

Caput primum. MARSILII.

D hoc ut fiat sensus oportet instrumentū eius euadere simile sentiēdis. Nō in forma eorū materiali atq; naturali, sed in specie quadā & ratione imateriali ac solum representatiua. Forma rei sensibilis. quæ est extensa. nō sufficit ad sensum. quoniam actus sentiēdi fit subito simul totus circa totum. quod tunc comprehendi potest. PRISCIANI.

Theophrasti deinceps institutum est de sensu differere. quoniā uero Aristoteles instrumenta sensuū à sensibilibus mota assimilari sensibilibus passiōe quadā existimat merito Theophrastus. quæ natura similitudo fiat inquirat. Absurdū enī esse uidetur in sensuū instrumentis. multoquē magis in ipsa aīa ullā coloribus liquoribus siue saporibus sonis formis siue figuris assimilationē fieri. At igitur ipse quoque secūdū spēs ratioēsq; absq; materia eiusmodi similitudinē cōparari. Tractādū est igitur utrū extrinsecus spēs incidat. qualisue sit. & ubi prorsus appareat. & nunqd spēs circa corpus extēsa diuisibilisq; satis ad cognitionē faciat. siquidē eiusmodi spēs incidit nō cōgregata. Oīsaūt cognitio cōstat secundum quandam in unum congregationem. atque secundum impartibilem cognobilis totius comprehensionem.

Caput. ii. qđ sentit iam habet in materialem spēm rei quam sentit representatiuā. sed antequam habeat eam oportet instrumentum sensus à sensibili moueri atque pati. MARSILII.

Vatenus sub aīa quasi inclinatioē qđ se accommodat spūi. qđ est instrumentū sensus explicatur in actū potētia sentiēdi. q̄ latebat in aīa quæ potētia sic explicata cōcurrit tāq; p̄s una cū corpore tali ad cōplēdū aīal. sub igitur aīa sepata ē magis. Potentia uero hæc magis cōiūcta corpi. Nec agit sine corpe. Phātaſia. i. imaginatio acriorib⁹ motib⁹ suis uariæ afficit spūm. p̄ quæ hūc reliquū corpus. quoniā hæc ituitū suū dirigit itro circa imagiamēta sua. sensus at dirigitur ad externa. neq; p̄cipit passionē instrumenti. uel spēm. q̄ ad sensū cōferūt. sed p̄ hæc duo p̄cipit. q̄ sūt extra. iō actibus suis nō alterat spūm. nō. n. terminatur actus eius ad intima. sed externa. PRISCIANI.

Necesse ē igitur qđ cognoscit scđm spēm cognoscibilis agere. & illius prætulisse characterē. atq; id noiatur assimilatio. Passio uero in instrumento fit sentiēdi

## DE DAEMONIBVS

fit sentiendi, atq; hanc necesse est præcedere sensum. sentiendi nanq; potestas non est omnino à corporibus separata, sed in ipsa animæ inclinatione, siue nutu ad sensuum instrumeta suam sortitur essentiã, atq; ad animalis exigitur cõplementũ. neq; absq; instrumetis agere potest. Neque tamẽ hæc sicut imaginatio principaliter excitata simul cõmouet instrumentũ. propterea q; ualde extensa est atq; omnino ad externa proteditur sensibiliũq; semper præsentia idiget. Imaginabilia igitur haud extrinsecus sunt. quãuis sint quædam (ut ita dixerim) externo & assimilameta. sensibilia uero sunt externa. Circa hæc enim fit sensus nõ circa passiones instrumeto &. tam & si una cũ eiusmodi passionibus ipse sensus species, quæ sunt in corporibus percipit.

Caput. iii. ¶ Res sentienda mouet quodãmo instrumentũ sensus idest spiritum quodãmodo uiuũ, hæc motio. tũ passio dicitur, quia spūs est corpus. tũ actio quia spiritus est uiuēs, & efficacia uitæ illatæ passioni continuam ex se adhibet actionem. Marsilii

Iusmodi motio similis est obiectis, tũ quia ab illis est illata, tũ quia actio huic motui cõtinaua quando adhibetur à uita spūs, ipse spūs erga obiecta iã est excitatus. motio talis, quia ẽ passio magis quã actio, & tpe locoq; diuisibilis, nec habet naturã sp̄ei, sed motõnis ideo nõ est sensus qui idiuidue & subito & p̄sp̄em agēs totũ cõprehendit obiectũ. Motionẽ eiusmodi nõ esse sensũ apparet, quoniã alioqn quotiēs mouemur, etiã sentiremus & motio uehemētior non offenderet sensum. Oportet post motionẽ & passionẽ peruenire ad aliquã speciẽ, per quã fiat sensus, qui & sp̄em attingit, & iõ per aliquã sp̄em percipit. quæ sp̄es nõ est in instrumeto. alioqn motio quædã esset & passio potius quã sp̄es. atq; esset instrumeto pariter coextensa. oportet aut ab hoc ipso qd̄ est pariter coextensũ pueniri ad sp̄em, quæ ad minimã redacta sit quãtitate. & p̄ hæc ad rōnẽ insitã aĩæ, quæ nullã hẽat quãtitatẽ. Rursũ species ipsa nõ inuestigio uitæ. qd̄ aĩa ip̄imit instrumeto, oĩs enĩ huius actio cũ passione miscetur. idemq; motus, & hoc uestigiũ & instrumentũ pariter agitat. Sp̄es aut passiois est expers & motiois. Est enĩ terminus motiois. Non est ergo inuestigio uitæ qd̄ ueræ est accidēs sed in uita quæ est quasi substantia quædã nõ in uita separata à corpore sed in uita animalis. i. procedẽte ab aĩa superiore, quæ aĩa superior separata est uel sepabilis, & substantia uera & cõpleta in se, atq; subsistēs, uita uero ab hac diffusa p̄ corpus, quãuis quasi substantia, quædã sit. est tamẽ p̄saĩalis, atq; ẽ quoddã uitale applicamētũ animæ ad corpus diuisum cũ corpore. & quasi quædã aĩæ propagatio.

## PRISCIANI

Actiuntur autem a sensibilibus ipsa sensuum instrumenta, non  
 tanquam inanimata sed corporis uiuetis est passio. quapro-  
 pter neque totum est ibi passio, neque extrinsecus contingunt  
 omnia. sed etiam secundum propriam actionem neque mouetur  
 quidem prius, agit autem postea. Immo neque mouetur om-  
 nino, quin simul & agat, neque tamen agit nisi & moueatur. Talis itaque  
 in instrumentis motio similis fit speciebus, quae sentiuntur, utpote quae si-  
 mul & ab illis & secundum quandam ad illa excitationem vitalis appa-  
 ritionis siue impressionis instrumento insitae illata fuit. Sed nondum  
 hoc sensus est, ipsa uidelicet ad sentienda in sensuum instrumentum indu-  
 cta similitudo, quippe cum haec passio potius quam actio sit, atque corpore  
 um quiddam & diuiduum temporeque extensum ad speciem quidem ad-  
 nitens, non tamen in specie positum, sed adhuc in motu. Sensus autem  
 principium mediaeque & finem sentiendae rei indiuiduae comprahen-  
 dit, & actio est iudiciumque perfectum, & in praesenti momento simul to-  
 tus existit, ac secundum speciem sensibilis iam constituisse uidetur. Quam  
 obrem non absque passione aliqua instrumenti sensus efficitur, neque  
 tamen est haec passio sensus, quo fit ut aliquando patiamur quidem, & ui-  
 gilantes, & dormientes, neque tamen perentiamus. oportet igitur post  
 passionem in speciem perfici tandem, atque desinere, speciem inquam  
 rei similem sentiendae, nam secundum perfectam speciem sensus efficitur,  
 quando quidem iudicat. Haec autem rei sentiendae species in instrumen-  
 to non ponitur. In hoc enim passio motioque fieri solet. Quod uero hic est  
 in diuisione uersatur, & species non existit, neque rursus colligata est in  
 ipso uitae uestigio, quod instrumento ab anima est tributum. Actio nam-  
 que uitalis etiam huius uestigii cum passione peragitur. Fitque ibi mo-  
 tio instrumento simul & uitae, in eo collatae cois. Sed spes ipsa secundum quam  
 fit sensus, in uita quae ponitur, in uita inquam secundum actum se habet  
 te, neque tamen separata sed in integrali uita aial complete, atque in uitali  
 ipsius applicamento, quod circa corpora iam est diuisum.

Marsilii. Caput. iiii. spes effecta in uita aialis addicta corpori, quoniam est  
 coextensa simul cum hac uita non sufficit ad actum sensus, quod indiuiduus est, in indiui-  
 duo momento totum quoddam sensibile ictu quodam unico comprehendit.

It ergo actus sentiendi per formam aliquam indiuiduam, &  
 quia est actus intus permanens, fit per formam intimam, quae  
 appellatur ratio exemplaris ad sensibilia representanda, atque  
 est essentialis

est essentialis animæ & una cum anima etiam per se uiuit, neq; solū ē cōpositi. i. quāuis quodāmodo cōmunicet cū corpore. potest tamē à corpore separari, imo & sepe est. alioquin indiuidue nō posset agere. Pro qualibet specie sensibilium est una ratio sensualis in anima omnium indiuiduo & representatiua, representat autem nobis. tū hoc. tū illud quare nus excitatur per speciē hanc uel illā effectā in uita propria corpori atq; animali. Hoc est proprie sentire proferre ī actū ipsā rei sensibilis rationem ad præsentiā speciē factā ī uita. quādo res mouet sensibilis uel instrumentū sensus. Nota rationē talem & actū sensus imaginatiōis que impartibile esse, & ideo substantiā animæ in qua est esse indiuisibile, & ideo à corpore separatā uel separabilem.

PRISCIANVS.

Erūtamen neq; hęc species sufficiens est ad sensū. species enī circa instrumentū secundū actū pfecta, quia est circa corpus diuisa, nec in unū impartibile conuersa est, non est cognitiua. Sed profecto est in anima quædam sensibilium rō ante sentiendi actum & ante speciē cōprehēsa quæ & secundum seipsam uiuit, neq; solū est cōpositi. quapropter agit etiā indiuidue, atq; est potestas quædam particularium, neq; fit quādoq; in anima, tanquā una quædam particularis diuisa que species. Est enī ratio cognitiua sensibilium in anima ipsa cōsistēs non in corpore iacens. Est quidē una, sed nō ut singularia, imo habēs unum ipsum in se multa cōplectēs. & unicuiq; eorū accōmodatū. una enī aīb ratioe anima singula sentit alba. Oportet igitur rationē eius modi eē propositā, atq; editam si futurus est sensus. Profertur aut excitata ad uitale speciē ut ad propriā, atq; familiarē, atq; huic speciē accōmodata tanquā speciē exterioris similitudini & una cū hac agēs. quod enī iudicat ratio est, & cogitatio secundū animā sensualem. atq; ipsa in unum impartibile collectio in substantia est à corporibus separata.

Caput quintū. nō imprimūtur nouæ à sensibilibus formæ ī anima. & quādo dicitur aīa speciē à rebus accipere ī telligitur eā ad rerum præsentiā proferre in actum species eorū in ipsa latentes. MARSILII.

Quoniam cognitionis actus est intimus & uitalis. apparet hūc edi ab itima forma, sicut lucere à luce, & à calore calere. hęc intima forma. i. ratio sensibilium exēplaris ad ipsam animæ spectat essentiā à qua quidē essentia uera rationes essentielles habēte dependet quædam animalis uita nō uera essētia, nec aīa uera. sed quasi accidēs, uel quasi substantia & uiuificatio quædam pendēs à prima sicut lumen à lu

## IN THEOPHRASTVM

ce, sub qua pendente fit uitæ uestigiū quasi calor. Eiusmodi uita est pars animalis producta ab aīa, quatenus uergit ad corpus producta in quam ab anima p rationes suas, tum uegetales. tum et sensuales. Et ideo uidetur ipsa quoq; quodāmodo rationes habere sensūq; & officiū uegetandi. Nō tamē dicēdū est duas esse potētias sentiēdi circa eundē sentiēdi actū. Sed potētiā ipsam in anima implicatam explicari p uitam. similiter rationē latentē in anima explicari per speciē aliquādo in uita pfectā. hęc aut uita est illa, quæ dicitur terminus & actus et pfectio organici corporis potētia uitam habētis. Deniq; in instrumēto sensus similitudo ad sensibile fit impfecta. pfecta uero in uita. sensus at p rōnis productionē.

### PRISCIANI.

Nima igitur propterea dicitur rei sentiēdæ speciē possidere. quia illius proferat rationē. nec ullo modo tanquā ab illa formam aliquā uel figurationē uelut à sigillo suscipiens. Iudiciū enī & actio existit intrinsecus atq; uitalis. Ratio itaq; permanet intus et essentialis est animæ, Vita uero quæ cōplet animal, à rationibus quidē depēdet essentialibus in suspensa. Secūdum uero extensionē quandam ad corpus ipsa subsistit. Et hęc quoq; sensualis est, & terminus pfectioq; aīalis. Quo circa in hac rei sentiēdæ similitudo pficitur. in instrumēto aut est impfecta, atq; cum a passione, miscetur & actioe. & passio quidē incidit ab externis, Actio uero procedit à uita. Itē species quidē in uita est aīalis. iudiciū uero cogitatioq; in ipso rōnis actu cōsistit.

Res externæ suo modo instrumentum sensus afficiunt materiali quadam affectione. Sed uita præsens affectionem hanc in speciē immaterialem transfert per quam excitatur anima ad rationem proferendam congruam speciēi.

### MARSILII. Caput. vi.

Et prolationē eiusmodi aīa rei sentiēdæ se similē præstat. potest aut cōtrariis simul se facere similē per diuersarū rōnū prolationem. nō posset aut cōtrariis fieri similis si talis fieret patiendo. Rursū si anima una sui parte tangeret calorē altera frigus. nō posset hęc duo iuicē cōparare, quō cōueniūt quō differant. oportet enī iudicē eundē prorsus opposita cōparaturæ abo cōprehēdere. Anīa igitur idiui duo quodā sui plura simul cōtrariaq; cōtingit. ē igitur idiuidua. Nā hoc ipsū indiuiduū ad cognitionem sufficit. igitur & ad uitam.

### PRISCIANI.

Vo igitur modo anima fit similis sentiēdis. nō quidem ex eo quicquam ab illis accipiat. sed quia secūdum rationē illoꝝ agat

agat, uidelicet per impressionem apparitionemue quādam specierum exteriorum. quo rursus pacto anima pluribus simul atq; contrariis fit aliquando similis, profecto cōtraria simul pati non potest. Agere uero ualet. sensus autem secundum actionem est atq; iudicium. Non autem secundum aliquam passionē. nam secundū rationem sensus efficitur, passio uero in instrumento locatur. Cum autem instrumentum sit corpus atq; partibile, nihil prohibet ipsum quoq; per differentes eius partes plura simul contrariaq; habere. Iam uero ratio in quodam indiuiduo differentia simul atq; contraria, quotcunq; sint comprehendens similiter agit. Quapropter & eorum diuersitatem recte diiudicat. quippe cum indiuiduo quodam plura contingat.

Caput septimum. species sensualis quæ fit in prima animalis uita, fit à ratione innata animæ tanquam à causa principali, fit & à uita, in qua est tanquam ab istrumēto ad huius uero effectum occasionem præbet passio quædam à sensibili instrumentū sensus illatus.

MARSILII.

Psa uis sentiendi non est in potentia formabili ad externa. sed ad suos actus circa externa edendos. Anima fit similis sentiendis, quatenus rationes eoꝛ ex se promit in actū. Instrumentum uero sensus fit illis simile quatenus, & ut corpus ab eis afficitur. & ut uiuum agit aliquid eis congruum.

PRISCIANI.

Vando igitur etiam Theophrastus ait sensum fieri simile sentiēdis. secundū species atq; rōnes absq; materia sic admittemus ut nō simpliciter ab externis species inferantur, sed à rōnibus intimis in uita secūdum actū sensualem constituātur. Iam uero sensus quoniā ad externa porrigitur, illisq; fit similis, merito potentia quædam cognominatur tanquam actus actionē sue ferens in anima quidē secundum rōnis actum assimilatio fit. sed in instrumento, tum secundū passionem illatam à re sensibili, tum simul secundum uitalem actum siue uiuificam actionem.

Caput octauum instrumentum sensus quoniam est extensum potest alia quidem parte pati contrarium istud. Alia uero illud. sed hæc inter se conferre nequit. anima uero tanquam indiuidua si simul à contrariis patitur. patietur omnino per idem, quod est impossibile. Quando igitur contraria simul percipit non patitur ab eis, sed agit potius circa illa.

MARSILII.

## IN THEOPHRASTVM

**A**m ex generali ratione saporum promittitur rationem dulcis, si-  
 militer & amari, quando amarum & dulce linguam simul at-  
 tingit. & lingua tunc per diuersas partes patitur ab utroque sensus  
 interim per rationes differentes comuni ratione contentas circa utrumque  
 pariter agit.

PRISCIANI.

**V**onam igitur pacto instrumentum sensus ab amaro simul  
 atque dulci patitur. Non enim parte alia linguæ, hoc forsan per-  
 cipit. alia uero illud. Sed eadem & in auditu similiter accidit.  
 si ergo distinguere licet auditum, atque etiam instrumentum gustus, siue  
 lingua id sit. siue quidam in lingua spiritus. Certe cum eiusmodi instru-  
 mentum diuisibile sit, quia corpus est, fieri potest ut altera quidem parte  
 hoc, altera uero illud similiter patiatur. quod perspicue patet in tactu. quod  
 alia parte calefieri, alia friges fieri simul potest. Similiter & spiritus sensua-  
 lis auditus, quando quidem est diuiduus. Ratio uero ut iam dictum est,  
 tanquam indiuidua contraria simul agere minime prohibetur. Pati enim  
 secundum idem contraria est impossibile.

**C**aput nonum. omnia sensibilia agunt aliquid in instrumentum  
 sensus. sed calor, & frigus, & similes qualitates, Item sapes, & similes, quæ  
 ualde materiales sunt passionem inferunt acriorem. forma uero, & figu-  
 ra & numerus, atque motus, tanquam res magis formales passionem af-  
 ferunt leniorem.

MARSILII.

**R**æterea propria uniuscuiusque sensus sensibilia manifestio-  
 ra sensibus offeruntur ut color uisui, uox auditui, calor tactui  
 atque similia. communia uero occultius subreperunt atque conse-  
 quenter ut figura, motusque &c. Sunt qui putent numerum atque mo-  
 tum esse tam formales & à materia procul ut sensibus minime congruât  
 ideoque sola rationali cogitatione deprehendi, quando congrue ad hæc  
 excitatur per sensum sicut & essentiam sensibilibus cogitatione depre-  
 hendi, non sensu, sed communis opinio est numerum atque motum non  
 solum ad cogitationem, sed ad sensum etiam quodammodo pertinere.

PRISCIANI.

**A**lor quidem tanquam potentia naturalis agere potest aliqd  
 in sensuum instrumentum. sed forma, figura, motus, numerus,  
 quomodo possunt actione quadam sensum sibi similem red-  
 dere: dicemus profecto hæc quoque habere in se aliquid efficax. Agere ue-  
 ro formalius, sed calorem cognatasque huic qualitates agere (ut ita dixerim)  
 corporalius. ideoque acrius & passione quadam uehementiore.

Dicere quoque

## DE ANIMA

quoque licet sensibilia uniuscuiusque sensus propria actionem inferre uehementiorem. communia uero remissioem, hæc quidem ut proxima tanquam familiaria. Illa uero remotiora. Ac forsan communia tanquam præstantiora, non eodem modo commensurata sunt sensui, sed enim simul sensibilia sunt etiam ipsa communia, neque solum rationali cogitatione nascuntur. At qui cogitatio hæc ad quædam ex sensibilibus reuocata ipsa secundum se cogitat, non dum ullo sensu comprehensa. ceu quando sensibilibus essentiam, substantiamue excogitat. Sin autem tempus quoque & numerum sensus minime percipit hæc quoque cogitatio rationalis agnoscat à sensibilibus rebus admonita.

Caput decimum. res externæ non reddunt sibi similem sensum. ac multo minus rationalem cogitationem. sed potentia sentiendi se facit similem per rationum suarum productionem. multoque magis id ita cogitatio facit.

### MARSILII.

Icut ratio innata sensui excitatur ad præsentiam sensualium specierum sic ipsa tunc excitat potentiam cogitandi ad producendam rationem essentiam sensibilibus propter cognationem qualitatum ad eam. quando qualitates eiusmodi percipiuntur à sensu.

### PRISCIANI.

Aeterum si secundum assimilationem quandam fit cognitio. quoniam modo cogitatio a rebus non patiens sentiendis similis illis euadit? Sin autem patitur qualis huius est passio? sed profecto non secundum passionem (ut diximus) uel sensuale fit iudicium, nedum rationalis excogitatio. immo secundum actionem rationumque partum. Ratio quidem sensibilibus promittitur quando instrumenti passio in speciem iam perficitur siue definit sensibili similem. Atque ita ratio talis sensibili coaptatur. Quod si ad conueniens aliquid proportione aliqua excitatur, nimirum ratio iudex sensibilibus qualitatum uim animæ suscitatur sensibilibus essentiam cognitricem familiariter sane propter familiaritatem quandam eiusmodi qualitatum ad essentiam ipsam à qua procedunt.

Caput undecimum. sensibilia communia non solum cogitatione, sed sensu etiam apprehenduntur. & id quidem consequenter. prima enim magisque propria cognoscuntur. quia propter maiorem cogna-



## IN THEOPHRASTVM

tionem efficacius mouent.

MARSILII.

**a** De eundem sensum pertinet de oppositis iudicare ut auditum de uoce atque silentio, si purum silentium sit, non sensus exterior percipit sed interior per memoriam uocis, aduertens se in uocis oppositum incidisse, ut plurimum uero silentium non est purum. & tum quidem conatur auditus circa obiectum debilissimum & uix percipiens quicquam silentium dicitur deprehendere, quasi deprehendens quod ibi de uoce reliquum deest. Sensus rem congruam & amicam atque suauem iudicat, quando non innata cum aliquo congruit. Alienam uero cum dissidet dum interea instrumentum per se mouetur.

PRISCIANI.

**p** Roinde quoniam a propriis quidem sensibilibus primo magis que instrumentum pulsari solet. a communibus uero consequentem, atque remissius, merito eadem conditione sensus quilibet sua percipere solet. Aspectus sane primo colorem percipit. consequentem uero magnitudinem atque motum. Quam obrem uideri possunt communia spectare magis ad animam, & quasi secundum accidens a sensu cognosci. sed certe sicut dictum est commune hoc sensibile consequenter fit sensui notum, neque sola cogitatione comprehenditur. Queri praeterea solet quomodo & oculus tenebrosa & auditus silentium deprehendat. Respondendum est non tam sentire, quam consentire. neque inniti figique talibus aliquando sensum, sed ex eo quod in his actio inhibetur in ipso conatu sensum iudicare, quod deficit ipsis. Atque quod distans alienumque est, deprehendere ex eo, quod ratio sibi innata huic minime congruat. Interea uero instrumentum sensus quodammodo per uerse mouetur per passionem a sensibili quodam illatam.

Caput duodecimum. cum anima sit domina corporis, ideoque substantia longe praestantior merito corpus huius gratia factum atque dispositum.

**i** N ordine igitur prouidentiae anima & prior est & prius distincta. quam corpus. nam corpus tot accipit instrumenta, quot seruiant animae iam tot uires habenti. quam uires formales sunt & formaliter secundum speciem distinguuntur, qualis distinctio a materia non procedit. Unus ergo sensus intimus unitatis suae fecunditatem in sensus se quinque deriuat. Quibus posterius quinque in corpore accommodata sunt instrumenta.

PRISCIANI.

Haecenus

Actenus de sensu cōmuniter sit tractatū. de singulis uero sensibus, ut de uisu, & auditu, cæterisque; illud in primis nobis est distinguendum. Non unum uidelicet (ut quidam putant) solū esse sensum, qui à participantibus in instrumentis in differentes quodammodo species distinguatur. Non enim ipsa diuersitas instrumentorum præcedit uirium animæ differentias, nec ad uires diuidendas auctoritatem habet. sed ipse sensus, & unus quidem est in seipso, & ex se in quinque discernitur ad sensibilia singula discernenda. Jam uero & ipsam sensuum discretionem instrumentorum quoque subsequuta differentia est congrue accommodata singulis, nam materialem instrumentalemque partitionem antecedit formalis ipsa, specialisue partitio, diuersitasque in uentibus tanquam auctoritate freta maiore.

Caput decimum tertium. actus sentiendi non ita efficitur quasi, uel sensus naturaliter tangat sensibile, uel sensibile naturaliter formet sensū. sed ratione quadam ad modum spiritali. MARSILII

Equæ uisus emittit ex se naturale aliquid, & quasi corporeum quo uelut proboscide colorem tangat, neque ex colore effluit aliquid naturale quod imprimatur in uisu, neque rursus color re ipsa colorat aerem, aerque uisum. Species à materia separata, quia à loco penitus absoluta sunt, & à materiæ limitibus sunt exclusæ, ideo aliquid in omnia possunt agere, & ad quatumlibet spatium æqualiter agere. species autē in materia & loco determinata pro modo naturæ suæ, & ad aliquid tamē agunt, & usque ad certum spatium, similiterque patiēdo suscipiunt. Sunt autem actiones naturalium plurimæ ipsius cōpositi, ut calefacere similisque & odore saporeque naturaliter nō nihil afficere. Sunt tamen præter has actiones quædam eiusmodi specierum, non tam cōpositis attributæ, quam speciebus, speciei uidelicet ipsius præstantiam proprietatēque peculiariter consequentes, quæ quædam actiones quasi spiritalis sunt, & longius protenduntur, quam actiones, quæ propriæ sunt cōpositi, & fiunt quandoque subito, usque tamen ad certum spatium, quia species in materia sunt, locoque continentur. Actiones eiusmodi non solum in anima sunt circa res agente. sed in speciebus quoque rerum ad animam quodammodo se porrigen- tibus. in tali utiq; actione & passione fit sensus. Anima quidem cum sit forma uiuens & sensualis, agit circa illa, quæ sibi offeruntur uitaliter atq; sensualiter. & quia est in corpore usq; ad certum spatium operatur.

## IN THEOPHRASTVM

Species quoque rerum qua ratione sunt formæ formarum imagines diuinarum formaliter & quasi spiritaliter agunt in rem uidelicet formalem potissimum atque spiritalem, scilicet in instrumentum sensus. idest in ipsum uiuentem. Atque actio talis proprie & proxime conducit ad sensum, sed addita huic actione animæ, quam pauloante dicebam. Actio uero cõpositi propria & materialis atque naturalis uel impedit, uel non conducit. uel non sufficit ad sensus effectum. Anima cæli, quoniam in corpore suo omnia sensibilia per causas habet, ideo sensu quodam intimo per hoc quasi per instrumentum simul & causam cuncta introspicit sensibilia. Contra uero, quoniam in corpore nostro non sunt principia sensibilibus, sensus cogitur extra prospicere. Per hæc apparet Priscianum hunc esse platonicum, Nam quod de sensu cælestis animæ tangit, Plotini est iamblichique. & proculi. Immo & per superiora & per sequentia ubique constat hunc esse platonicum & sedulum iamblichi sectatorem.

### PRISCIANI.

Erunt quidnam est uidere uel audire uel olfacere? Et nūquid uel per medium quoddam sensus omnes efficiuntur? Sicut uisus per diaphanum. idest perspicuum oculisque peruium. an potius sensus quidam tangunt absque medio sentienda? Item quidnam est diaphanum. Arbitror equidem uisionem perfici, nec per susceptionem aliquam ab externis quasi formetur a sentiendis, per quendam ab eis effluxum, nec secundum emissionem ab oculis aliqua ita factam quasi corpus aliquod emittatur, tangatque sentienda, neque colores quidem mouere diaphanum, quasi forment ipsum, Diaphanum uero uisum mouere similiter. Sed species ipsas efficacem habere potentiam, per quam una quæque agat in illud potissimum, quod passioni eiusmodi est expositum, non tangendo duntaxat, sed in illa quoque, quæ distant, quatenus cõmensurata quædam distantia sit. his quidem ad faciendum, illis uicissim ad patiendum. Cum enim species naturalis corporea sit, & contineatur in aliquo, & loco quodam circumscribatur, non in quodlibet positum ubilibet agit. Sed in illud tantum, quod distat, inde ratione quadam cõmensurata tum efficaci agentium potestati, tum aptæ et expositæ ad hoc potentia patientium. Atque rursus ad passionis ipsius mensuram. Agit quidem uisibile in instrumentum uisus ab interuallo quodam, quod & cõmensuratum sit, tum uidenti, tum uisibili

tum uisibili, illi quidem ad agendum huic autem ad patiendū. Quoniam uero non simpliciter ipsa uisualis naturæ ab obiecto uisibili passio facit sensum, passio enim uehementior impedit, quia in cōmensurabilis est ad passionis mensuram secundum quam fit sensus. nimirum opus etiam est interuallo. Quo fit ut ualde lucentia si propinquiora fiant quam exigat ipsa mensura impediunt uisionem, & denique omnino prohibeant. Quoniam uero non solum in passione instrumenti, sed etiam in actione quadam sicut iam est dictum sensus efficitur, ager quoque id quod uidet circa illud, quod uidetur ab eo, non quidem illud alterans aut aliquam inferens passionem. Sed iudicialiter circa illud agens. Non enim tanquam corpus sed tanquam uitale aliquid atque uisuum agit. At quoniam uitalis, & hæc ipsa cognitiua potentia est in corpore, neque in eo secundum causam sensibilia comprehendit sicut uita illa potentiâque cognoscendi cælestis. sed secundum quandam ad sensibilia distantiam protensionemque perficitur, merito hæc quoque cōmensuratio quodam hæc coaptante indiget interuallo.

Caput. xiiii. Quomodo inter alios sensus maxime cælestis solus utatur lumine re ualde cælesti & necessario hoc utatur.

## MARSILII.

Ubi lumine sunt luminosa, atque luminalia. Primum luminoso est cæleste. secundum est igneum. Tertium inter composita. quod quasi fulget ut ignis. Primum luminale est oculus præcipue radiosus in animalibus, quæ nocte uident. Sed alii quoque oculi quamuis minus sunt attamen luminales. Secundum luminale est color factus uidelicet ex dominatu quodam luminis in corporibus natura cōpositis. Tertium luminale est diaphanum, quod trāspicuum possumus appellare. uidetur enim perspicuitas hæc aduenienti lumini tam facile peruia esse quædam luminis inchoatio, & aptitudo summa ad capiendam in super reliqui luminis plenitudinem. Quoniam igitur & uisus, & color, & diaphanum naturaliter in se habent luminis aliquid & quidem exiguum, merito uidentur ad plenius lumen adniti. Quo ex luminalibus euadant iam luminosa, & perfectum in eo genere gradū adepta inuicē copulentur. scilicet color cū oculo per diaphanū. Mediū uero necessariū iter oculū & colorē nō ē aer, quæ rōe aer alioquī per aquā, & similia nō uideret. sed ē quæ rōe diaphanū. i. trāspicuum & radiis undiq; peruium, & amicū quasi facilis hospes & aliqd naturaliter

## IN THEOPHRASTVM.

luminale. quod sane exigitur. plurimum quidem ut ipsum lumē iam imbutum illuminet oculum atque colores. semper autem ut debitū sit inter hos interuallum, nā ubi uel oculus, uel obiectum apud nos ualde luminosum est, non est necessarium alio quodam tertio præter hæc lumine ad perficiendum medium, quo hæc deinde perficiantur. Dicitur uero color extremitas diaphani in corpore terminato duobus præcipue modis primo ratione diaphani. secūdo ratione obiecti. Albā aspicias niuem, hunc ergo colorem candidum esse terminum diaphani scitotum uidelicet aeris medii, nam in eius extremitate tangente niuem ē candor, tum diaphani cuiusdam. quod niui insitum intelligimus. Apparet autē hic actu candor non in qualibet parte diaphani huius, sed extremitate tantum. i. semper in superficie niuis, quotienscunque niuem incideris. Per hæc confirmatur colorem esse aliquid luminale.

### PRISCIANI.

h Acc quidem cōmunia sunt auditui simul. atque uisui, & alii-  
cui aliorum in super, si quis alius sensus sensibile propriū non cogatur attingere. sed in uisu præcipuus est, & proprius luminis usus utrinque perficientis, tum uisurum ad uidendum, tum uisibile ut uideatur. neque enim uel ipsum uisibile aget aliquid in uisurum absque lumine uel uisurus aget aliquid circa uisibile. Quod enī in nobis est uisuale est quodammodo naturaliter luminale. quod quidem euidentem declarat animalia quædā quæ res sibi uidendas prius illuminant. Quapropter possūt etiam nocte uidere. colores similiter sūt quodammodo luminales, utpote qui circa terminos diaphani corporū terminatorum considerantur. His ergo de causis merito perficiuntur utraque lumine. quippe cū suapte natura exiguum habeant luminale quantum spectat ad perfectam inuicem actionem. quapropter externo in super lumine indigēt. tum uisuum ipsum tanquam aliquid luminale, tum colores, ceu lumina quædam. quod sane eorum indicat susceptaculum. colores enim termini sunt diaphani. diaphanum uero est quædam (ut ita dixerim) aptitudo ad lumen accipiendum, uel forsan ē uestigium quoddam luminis exile ádeo, ut nondum medium interuallum perficere possit ad uisionem. Atqui & hoc ipsum interuallum ad uisionem accommodatum est, non rāquam aer, aut aqua, aut aliquid aliud. sed tanquam diaphanum aptu iam perfectum ab illustrante, atque utrunque perficiens, tum quod uidet, tum etiam quod uiderur.

At si

At si uisibile ipsum sit a deo luminosum, ut ipsum possit perficere uisum. quemadmodum ignis & similia, etiam nocte lucentia non ulterius medium exigitur ut perficiat. sed ad tantum ut commensuratum prebeat interuallum. Res namq; per fulgida oculis nostris imposita non uidetur. quoniam hinc nequaquam illuminantur.

Caput decimum quintum utrum uisio fiat per emissionem radii ab oculo, an per acceptionem speciei cuiusdam ab obiecto. Item de tribus regulis ad sensum communiter pertinentibus.

MARSILII,

Uisio est actio sic in uidente manens, sicut lucere atque calere manet in igne, si ergo uisio quodammodo sit in obiecto externo erit & ibi quemadmodum uisus ipse uidens. s. radii cuiusdam uisualis emissi presentia, uidetur etiam uisio fieri circa uisibile extra positum. tum quia alioquin de interuallo non facile iudicaretur. Tum quia non aliquid naturale de re uidenda uenit ad oculum, sicut ab aliis obiectis ad alios sensus peruenire uidetur. sunt & quicquid uicissim putet uenire ad oculum aliquid ab obiecto. Nam aliquid inde patitur, sic utique uisus congregatur nigro, disgregatur albo. nunc splendore caligat. qualis quidem passio oculo quoque percipitur, sed de his alias. Tres sunt precipue regulæ ab iamblichio traditæ firmiter in omni sensu tenendæ. Prima aliquid fieri à sensibili in instrumentum sensus. quod necesse est quodammodo illinc affici, que affectio, tum passio est ab externis illata. quia instrumentum hoc est corpus, tum actio in instrumento resultat. quia uiuum eiusmodi quidem affectio quodammodo rei sentiendæ fit similis.

Secunda regula post hanc affectionem instrumenti quoquo modo uientis fit species quædam ad modum spiritalior in ipsa animalis uita, ac comodior iam ad sensum, etiam sensibili similis. Tertia ad speciei huius presentiam expergiscitur ratio quædam rei sentiendæ prius in anima latens, quæ experrecta congruit speciei, & per hanc affectioni, & per affectionem sensibili foris posito. Hæc quidem expergefactio atque congruitas communiter est sentire.

PRISCIANI.

Utra igitur in uisu uarietas accidit, uidetur enim extra prodire. Propterea quod circa sensibile agit extra locatum, quin et aliquid à re uidenda suscipere, quia uidelicet illinc aliquid patitur. Iam uero diaphanum atque mediū trahere uidetur utriusque, tamquam

## IN THEOPHRASTVM:

& perficiens lumine, & commensurationem exhibens interuallo. Cōferamus ad hęc etiam quotcūque communiter de omni sensu cōtemplati sumus ipsam, uidelicet rei sensibilis apparitionem siue notam in instrumento sensus impressam. secundum passionem simul & actionem iam constitutam in ipsa ad rem sentiendam similitudine quadam. Præterea apparitionem uel impressionem eiusmodi accipiamus p̄fectam iam desinentemque in speciem in ipsa uidelicet communi compositi uita. Consideremus etiam in sitam animæ rationem à sensuali anima pululantem, atq; speciebus eiusmodi congruentem. per quam fit iudicium quodlibet atque cogitatio. Talis utique modus est circa singulos sensus contemplatiōis, quem potissimum accipere debemus ab iamblicho, ubi de anima philosophatur. ex quibus in præsentia nos hęc compendiose conscripsimus desiderantes uidelicet formulam quãdam præscribere circa singulos sensus contemplationis exactæ. Nempe non id quidem nunc nobis propositum est discussionem eorum distinctissime persequi, sed Theophrasti sensa rimari. & si quid insuper ad Aristotelicam traditionem adiunxit summam inter se connectere, si quid rursus dubitando proponit pro uiribus pertractare.

Caput decimum sextum. quomodo inter sensibile atque sensum opus est medio & de colore diaphani.

### MARSILII.

Es ipsa sensibilis nimium materialis est, sensus autem admodum spiritualis. Itaque per se non coeunt ad sentiendi actum perficiendum. sed opus est medio quodammodo spiritali. quod inuicem ipsa conciliet, hoc quidem circa omnē sensum species quædam est qualem Paulo antediximus. Circa uisum uero tanquam excellentissimum ultra speciem opus est diaphano insuper atq; lumine. quibus materiale spiritali prorsus accomodetur. Vbi Aristoteles ait diaphanum non per se, sed per alienū colorem aspici. ambigit Theophrastus utrum recte dicatur aliquid per alienum colorem uisibile fieri. & per alienum saporem gustabile. Respondetur Aristotelem appellauisse lūen colorem corporis per se luminoso quo lumine sibi cōmunicato diaphanum uideatur. Sunt qui existimēt diaphanū suū quēdam habere colorem, sed exiguum. Alioquin nō foret alienis tā facile peruenium atq; formabile, hūc ergo imperfectū colorem aiunt p̄fici à lumine corporis luminoso colore p̄fecto, q̄ uero diaphanū negāt propriū colorem habere

## DE ANIMA

habere dicent à lumine quodammodo colorari.

### PRISCIANI.

Ed iam redeamus ad Theophrastum. uidetur & ipse putare nullum sensum seipso sensibile tangere à ratione. inquit, alienum est, cum sensus omnis inter se generis sint eiusdem conditione inuicem comune & simile non habere. Adducit in super hoc de diaphano, quod uidelicet non nullos pro nouitate turbare possit. quoniam pacto dicatur hoc uisibile, non per se esse, sed propter alienum colorem fiat oculis manifestum. Perinde ac si diceretur & gustabile aliquid per saporem fieri alienum. Facile uero sic dubitatio soluitur. nempe alienus ille color lumen dicitur tanquam aliunde. i. ab illuminante procedens. A deo namque familiare lumen rebus est uidendis, ut perficiat eas, & educat in actum, quapropter diaphanum ipsum siue colorem habeat. proprium. perficitur tamen à lumine sicut & aliorum colores solent. Lumen enim non aufert alicui propria. sed contra perducit ad actum, siue quod dixi diaphanum per se est luminis expert. certe à lumine quasi coloratum ita perficitur, euaditque uidendum.

Caput decimum septimum de diaphano atque lumine.

### MARSILII.

Diaphanitas siue perspicuitas non est corpus. Alioquin non esset sine dissipatione infusa corporibus, nec est dispositio aliqua per quendam passionis modum à quodam corpore cæteris illata corporibus, sed est species quædam & forma per se, sicut lux & calor, atque species uero formarum non fiunt principaliter à materia corporali corporibus uet tanquam per suam materiam inefficacibus, sed fiunt, & formaliter distinguuntur à prima forma uniformi simul, & omni formi. i. à mente diuina. Ponit autem Priscianus ex mente Iamblichi, sicut & Iulianus in libro de sole ex eiusdem mente asserit. Diaphanum non solum in æthere, igne, aere, aqua, uetris, sed in ipsa terra, compositisque corporibus omnibus. Profecto intellectualis quædam anima his omnibus est infusa. Ab hac igitur quatenus est uita quædam per omnia procedit calor, licet occultus quatenus intellectualis est, per omnia diffunditur lumen, quamuis alicubi sit occultum, atque cum lumine diaphanum exhibetur tanquam proprium luminis susceptaculum. Ait autem Iulianus ex mente Iamblichi atque Phænici lumen esse purum actum ab actu diuinæ intelligentiæ per cuncta porrectum. Diaphanum uero actus eiusmodi esse uehiculum, & id quidem incorpo-



## IN THEOPHRASTVM:

reum, neque permixtum corporum qualitatibus, quamuis per hæc omnia sit diffusum. Eadem quoque significat extensum per omnia lumen à Platone in decimo de Re. P. positum idem confirmat & i Timæo. sed de his latius loquimur in cōmento Plotini. Cum ubique in compositis atque sub terra sit color, atque color sit quædam portio. uel participatio luminis est, & lumen ubique. Igitur & diaphanum necessarium luminis susceptaculum. Si quis astrologorum regula fretus consideret quantam uim habeant innumerabiles radii immensæ cælorum machinæ ad penetrandum terram mundi punctum cognoscet per hanc perq; composita passim diffundi cæleste lumen atq; diaphanum. quæuis nobis hæc in terra non pateant. pateant autem forte quibusdam illic degentibus animalibus. Aiunt etiam sicut se habet frigus ad calorem & nigredo ad albedinem, sic tenebras ad lumen ut tenebra non sit priuatio pura. sed lux minima, uel opaca, tam enim potenti cælestium lumine fieri ut puris tenebris locus nusquam pateat.

### PRISCIANI.

Væ nam igitur est natura diaphani. i. perspicui oculisque peruii. Non enim sufficit dicere i esse hoc aeri, & aquæ, ætheriq; solidisq; nõnullis necesse autem est inquit uel passionem quandam, uel dispositionem esse diaphanum. hoc enim penitus est in corpore. corpus autem sic in corpore esse non potest. Sin autem passio est, uel dispositio quædam à quo nã fiat inuestigabimus. aut enim ab uno aut à pluribus simplicium corporum forsan prouenire uidetur. tamen si hoc fieri nequit. hæc enim simplicia scilicet aer, & aqua sunt diaphana. Terra quoque diaphana est per ignem, immo uero & composita corpora omnia quatenus omnia colorata sunt. color autem est diaphani terminus. Assero igitur diaphanum non esse passionem dispositionem uel ab aliquo corporibus illatam. sed esse speciem quandam cōciliatricem eorum, quæ in generatine sunt corporum ad luminis perfectionem accipiendam. Itemque præbetem eis aptitudinem quandam ad suscipiendum lumen & ad tenebras subeundas, siue hæc alterutrum participans per essentiam, siue per uices utrunque, siue simul ambo per aliquam mixturem. Diaphanum quidem quod est in igne lumen habet essentielle. Diaphanum uero quod est in terra tenebras habet essentielles. Quamobrem sicut ignis est lumificus, sic est tenebrifica terra, ipsa enim (ut ita dixerimus) tenebra non est priuatio luminis, sed ipsa quoque est actus. Sed nunquid errauimus modo. in terra quoq;

ponentes

ponētes diaphanum .si modo luminis susceptaculum est ipsum dia-  
 phanum .sed non errauimus ,hoc enim (ut diximus) nō solum luminis .  
 sed tenebrarum etiam susceptaculum est . Præterea terra quoque  
 colorata est . Color autem est ipsius in corporibus terminatis diapha-  
 ni terminus . Quapropter & in terra diaphanum est , ibique non solum  
 tenebrarum secūdam essentiam susceptaculum , sed & quodāmodo lu-  
 minis . nam tenebras quidē suscipit in profundo . in terminis uero lumē  
 si modo colores sūt lumina quædā . atq; si ipsa quoq; terra superficie susci-  
 pit lumē . Diaphanū autem aeris atq; aquæ uicissim amittit utrunq;  
 quod sane rationem magis propria diaphanū appellare solemus . Diapha-  
 num uero quod corporibus inest compositis , ambo capit cōmitione .  
 Nō debemus igitur percōtari à quonā simpliciuū corpore diaphanū  
 oriatur . Species enī nec ab elemētis nec omnino à corporibus ullis effi-  
 ciuntur . Sed ipsa corpora participāt species , atq; secūdam eas caracteres  
 proprios fortiūtur . Quapropter quæ nō secūdam essentiā speciē sibi  
 uendicant luminosam , hæc lumine indigent , quo uideātur . Ignis aut lu-  
 centiaq; similiter nequaquā indigent . quippe cū per essentiā speciē lu-  
 minosæ ad hoc ipsum sufficientis participia sint .

Caput .xviii . lumen cuius sit actus , **MARSILII** ,

Umen ubicunq; sit , est actus diaphani . sed in corpore naturali-  
 ter luminoso est actus , tanquā forma , & qualitas quædam eius  
 propria . in diaphano autem non naturaliter luminoso lumē  
 intromittitur , non tanquam huius forma uel qualitas . uel passio uera .  
 sed quasi passio .

**PRISCIANI** .

Nter hæc interrogat Theophrastus quomodo diaphani actus  
 sit lumen ipsum quod per corpus illuminans protenditur . hu-  
 ius enim potius actus uideri potest . Postquā uero dubitauit ,  
 quæstionē soluit hūc ī modum id dicēs similiter se habere sicut & ī aliis  
 accidit patientibus , his forte uerbis ostendens quemadmodū calor ignis  
 quidem tanquam agentis est actus , calefacti uero ut patientis , sic & lumē  
 susipientis quidem actum dici tanquam passionem quandam . Nec  
 principaliter actum cognominari . quo circa subiungit non esse nomi-  
 na perquirenda . sed satis nobis factum fore si naturam eius intellexeri-  
 mus . Primum quidem illud arbitror distinguendum . Alterum esse  
 lumē qd aliūde est effectum . Alteræ uero qd efficit illud , quēadmodū lu-  
 men ī sole & igne se habet . Iā uero nō hētur sermo de causa , ubi proprie

IN THEOPHRASTVM:

quæritur quid sit lumē sed de eo potius. quod procedit à causa. quod sane actus dicitur esse diaphani in aere atque aqua cæteris ue quæ tenebras vicissim lumenq; suscipiunt.

Caput decimū nouum. quō lumen nō in sit diaphano ceu qualitas eius. sed ad sit potius tāquā ip sius illuminātis actus. **MARSILII.**

Pycurei putant lumē esse corpus. pleriq; uero peripateticorum nō quidē corpuse esse. alioquin non tā facile penetratū corpora. sed esse uolunt lumen in diaphanis ipsum quādoq; suscipiētibus tāquā passionem eorū. atq; qualitatem. id reprobat Priscianus tanquā à platonice alienum. quos ipse præ cæteris ueneratur. adducit igitur ad hæc iamblici rationes. quas & ille acceperat à Plotino. Qualitas quæ in aliquod corpus adueniēs ab eo proprie capitur. formaq; fit ip sius. sex conditiones habet. Primā q̄ accedit p̄ ptes corporis paulatim. Secundam q̄ passionem infert subiecto mutatq; in eo dispositionē eius naturalem. & primo quidē accidentalē ac postremo substantialē. Tertiā quia usq; ad certū spacium propagatur. Quartam quoniā abeunte formatore aliquādiu remanet in subiecto ut calor in aqua igne se moto. Quintam q̄ & ipsa mouetur. quādo corpus loco mouetur. Sextā q̄ infici potest in eo ip sius in quinamēto atq; ibi cōfundi & cū cæteris qualitibus cōmisceri in unum. atq; componi. Lumē autē cōtra subito uenit. nō mutat ī subiecto naturā occurrit propagabile per īmen sū. quatenus subsit. quod accipere ualeat. recedēte eo q̄ illuminat nihil sui relinquit in eo. quod uidebatur hēre. Nō mouetur aere moto uel aqua. nō inficitur in fectō diaphano. sed uel permanet in se sincerum uel protinus abit. semper illuminanti continuū. Quoniam etiā plurima lumina nō componūt in unū. quod inde apparet quod si ad lucernas duas de ambulaueris umbræ geminæ resultabunt. si ad plures similiter plures & umbræ. Item si tribus lucernis opponatur ingens tabula. in cuius medio sit foramen. transmittēt per hoc tria lumina in oppositum. Deniq; lumē ita separabiliter adest diaphano sicut intellectualis anima corpori.

**PRISCIANI.**

Ro inde iamblichū sequens. neq; corpus esse lumē existimo. neq; sicut peripatetici putāt corporis alicuius passionē. uel qualitatem. lumē enī esse suum nō habet in aere. Nā aere moto lumē permanet. ex aere multifariā permutato lumē suo in se impetu inde discedit seruatq; interea indissolubilem cū causa sua connexionē. Ipsa quin etiā huius simul tota præsentia per omnia accipere id ualētia subito

subito facta, præsente uidelicet eo, quod illuminat. & iterum abeunte, re-  
 pentina defectio luminis nullum ibi sui uestigium relinquentis argu-  
 mento nobis esse potest, lumen non esse aeris passionem. Passiões enim  
 uelut calor nec accedunt subito, & igne submoto, calor eius exiguam sal-  
 tem. sui speciem ipatiente relinquit. Constat præterea ipsum lumi-  
 nis actum esse á corporibus sepatum, quia neque successione gradatim  
 progrediente, neque permutatione subiecti usq̄ accedit, neque ad certū  
 usque terminum cohibetur. Sed diffūdit se ipsum, quousque offendit  
 aliquid, quod possit accipere. neque unquā lumina inuicem cōfundun-  
 tur, atque componuntur. Quo igitur modo lumen actus diaphani  
 nominatur. Profecto non ut passio quædam, nec ut perfectio eius in eo  
 uelut subiecto facta, sed tanquam separabiliter ipsum perficiens, neq̄  
 luminosus hic actus aliquādo fit diaphani, sed efficit potius, ut diapha-  
 num sit ipsius permanens, ipse interim illuminanti continuus. Atque  
 cum illo undique circumductus. Hoc igitur ita summatim comme-  
 moratum sit, ne forsan, sicut in aliis patientibus aliquid effici solet. simi-  
 liter lumen in aliquo fieri, uel suscipi suspicemur.

Caput. xx. De lumine iterum & diaphano.

MARSILII.

Voniam per superiora cōstat, lumen esse aliquid incorpore-  
 um corporeis non permixtum tria hinc possumus coniecta-  
 re. Primum quidem cæleste corpus primum luminis susce-  
 ptaculū i corporea uita, & intelligentia regi, á qua & lumen ha-  
 beat cæterisque tradat. Quod tanquā incorporeum nequit á corpore  
 procreari, secundū cæleste corpus non habere materiam talem, qua cū  
 cæteris misceatur, Tertium lumen esse causam potentissimam in agen-  
 do. Si enim patientibus non misceatur, tanquam non impeditum expe-  
 ditius agit, & suapte natura potissimum. Ideo mirabiles inde proueniūt  
 actiones. Non effluit autem lumen à luminoso per resolutionem quan-  
 dam, sicut odor á pomis, nec sicut calor ab igne, qui proprius suscipien-  
 tis euadit, neque semper est continuus largienti, Sed sicut radius uisualis  
 ab oculo. si modo per emissionem uisio fiat, Qui forsan non est aliudq̄  
 uisus quasi ad exteriora porrectus, siue uisus ipsius actus eminus agens  
 non relinquens agentem, sed semper agenti cōtinuus, & exterioribus  
 non permixtus, Potens & malefacere, quod apparet in regulo, Potens &  
 bene facere, quod cōstat instructio. Si lumen eē dicamus radios uisua-  
 les cælestium oculorum in se uiuentiū, p̄ que eiusmodi radios cūcta ui-

## IN THEOPHRASTVM

dentium, agentiumq; uidendo siue prosperi, siue aduersi intuitus inde fiant à platonis non errabimus. Est ergo tam excellens in luminoso forma & actus ut longissime se se porrigat, non disiunctus ab agente, nō pmixtus in patiente. eiusmodi porrectio est hoc ipsum de luce lumen.

### PRISCIANI.

Ostendit Theophrastus ita querit, si lumen est in corporeum cur nam ignis, uel omnino alterius corporis præsentia fit. Sic enim uideri poterit defluxus quidam esse corporeus, atq; corpus, Id subinde soluens, non hunc inquit in modum, hoc accipiendum est. sed ea ratione duntaxat, qua se naturaliter habet. ubi certe declarat ipsum luminis actum specialem, formalem uel existere, quando quidem & calor est à specie. Ideoq; nō est corpus. Nō enī per diuisionē, siue decisionē nec p defluxū constat lumē, sed tanq̄ hoc ipsū actus lucide speciei. siue quo alio nomine appellare libet speciē ipsā luminis causā. Cæterum si tenebræ uidentur absq; lumine, nō erit lumen causa omnibus ut uideantur. sed profecto sicut Theophrastus ait, tenebræ non sunt uisibiles. Non enim sentimus eas quopiam intuitus firmamento. sed priuatione cernendi atq; eo q̄ minime uideamus. Tum uero ignis & si quod simile uidetur in tenebris, tanq̄ ipsum perfecti quoq; diaphani causa. Et propterea illo non penitus indigens, ut uideatur. Ignis igitur ad hoc ut cernatur, non eget quodam iam actu diaphano, id est iam illuminato. Quoniam uero necesse est aliquid esse medium (uisio enim non fit contactu) ideo medium hoc oportet esse diaphanū, ne si forte solidū sit, atq; ue resistēs, impediatur opaca proprietate atque tenebrifica mutua inter se rerū luminis actionem, ignis in quā, ac sensuū instrumenti.

Caput. xxi. Alii sensus non egent medio perfecto sicut uisus.

### MARSILII.

Is esse sensuum præstantissimum apparet, quoniam citius, longius, amplius, distinctius q̄ cæteri sentit. Item motus apprehensionis atq; progressionis est perfectior, q̄ descensus. Sicut ergo ad exercendum motum hunc perfectiorem opus est anima et pluribus instrumentis, ad in perfectiorem uero nequaquam, sic ad actū sentiendi perfectiorem opus est medio quodā longe perfectiore. Quam obré ad actum audiendi reliquorūq; satis est iter materiale, sensibile, atq; sensum interuallum, mediūq; congruū interesse. Ad uidendū uero requiritur nō solum eiusmōi mediū perfectū, perfectū in q̄ lumine quasi quadam uirtute cælesti, quod sane lumen dici potest color quidam corporis luminosi atq; ita

atque ita per primum colorem, colores ceteri sentiuntur.

**PRISCIANI.**

Ontingit autē (ut Theophrastus ait) ipsam uidentium colorum causam esse colorem, atque simpliciter ut quælibet uisibilia sint, causam esse uisibile. siquidē lumē color existēs causa est diaphani, atq; uisibilis. Subiungit rursus non esse hoc absurdum, sed in aliis quoq; comptum, nam & gustum fieri per saporem. For- san uero dicit aliquis saporem, quod propriū eē sensibile gustus, ac sonum auditus esse sensibile propriū, atq; duo hæc nullo profus exteriori, quo instrumentū moueatur egere, nisi forsan sonante quis dixerit indigere, sicut diaphano color. sed profecto sonus quidem est repente sensibilis, cum primū cōmensuratus est mediis aer. colorem scimus illuminatorem externū desiderare, si modo uisibilis sit futurus. Hoc forsan proprium est aspectus, lumine uidelicet indigere, non quia minus sit perfectus q̄ ceteri sensus, qui nullo alio externo idigent pfectore, sed quia præstantiorem sublimioremq; actionem habet, cui potentia nō suppetit sensualis, sed diuiniorem insuper quandam desiderat speciem. sicut enim corpus nostrum ad hoc quidē ut graue sit, atq; descendat non indiget anima, sed ad ipsū progressionis apprehensionisq; motū, propter excellentiam motionis naturalem corporis motū exuperātis, nec iccirco deterior est motus hic imaginationis impetu factus, q̄ naturalis, sed melior. sic & uisus ceteris excellentior, propterea q̄ excellentius operetur, alioquodam utitur pfectore.

**Caput. xxii.** Visus tanq̄ sensuū pfectissimus & uisibile tanq̄ perfectissimum sensibilibus habent ordinem à multitudine ad unum, quem ceteri sensus & reliqua sentienda non habent.

**MARSILII.**

Eque gustus oēs rediguntur ad unū gustum, per quem gustēt neq; gustabilia ad unū gustabile, per quod gustentur. Similiterq; de similibus, uisibilia uero per primum uisibile idest lumen uisibilia fiunt, ideoq; & uisus omnes per primū uisum. Quoniam uero quæ apud inferiora sunt disiūcta apud superiora sunt unita. Ideo coniectare possumus idem esse primū uisibile, primūque uisum, idest præcipue solis lumen. hinc orpheus oculū mundi solem uocat. similiter intellectus oēs ad intellectum primū. Et intelligibilia omnia ad primū intelligibile referūtur. Idē uero est intellectus primus & intelligibile primū.

Pro idē sicut ab ipso cælestiū medio, ut pleriq; cōfirmāt. i. sole

## IN THEOPHRASTVM

uniuersalis uita per cuncta diffunditur, absq; ulla ipsius uitae resolutione, uel rarefactione, uel mixtione. similiter p cuncta diffunditur inde lumen quod quidē ex ipsa omnium uita omniū fit uiuificū. atq; hic est mirabilis ordo ī ipso uisualiū, uisibiliumq; genere, & a multitudine redigantur in unum, a quo & ante processerant. Est & mirabilis copia ipsius primi uisibilis, ut eius uirtute omnia uideantur. Est deniq; singularis efficacia uisus, ut p unū īnumerabilia sentiat. quoniā uero ceteri sensus & reliqua sentienda ordine quo piā omnino carere nō debēt, uerisimile est, & sensus reliquos & cetera sēsibilia in ipsa uirtute primi uisus, & primi uisibilis cōtineri, ut si p se minus saltē p illius ordinem ordinentur.

### PRISCIANI.

Ixerit forte quis piā, cōsideratione dignū esse, nunquid quod est lucidum, ipsumq; lumen sit uisibile principale, quod per se ipsum moueat oculum & circa quod agat uisus nullo extrinsecus alio egens perficiente. Colores aut tanq̄ exigua quaedā lumina per se uideri nequeāt. sed uisibile ipsum exigant principale eos euestigio perfecturū. Sed dicet insup aliquis. si ita sit non oportebat lumen ad hoc conferre coloribus ut cernantur. Sed contra cōfunderet illos. Quē admodū maius lumen minus obruere solet, atq; ī ipsis rebus, quod magis fulget, occupat quod fulget minus. Sic sub sole lychni lumen minime cernitur. Non est autem eadē cōparatio maioris ad minus, atque praecedentis ad sequens. non. n. tanq̄ simpliciter uisibile confertur cum lumine coloris, neq; .n. conspicuus oīo est absque lumine. quapropter cōparatur ad lumē quasi uisibile cōsequenter quatenus ab ipso pficitur uisibileq; fit p ipsum. Ipsum uero lumen suapte natura ad hoc sufficiens ut cernatur. Quod si ī ceteris sensibus nō iuenitur proportio similis per quā aliud quidē praecedenter, aliud uero cōsequēter sit audibile, uel gustabile. hęc certe opulentia quaedā est, tum uisibilis omnium primi, quod lumen esse dicimus. Cetera uidelicet uidenda pficere, tum ipsius uidendi potentiae. sentientis scilicet non solum lumen, sed etiam alia quaedam ipsius luminis beneficio.

### Caput. xxiii. Quomodo mediū conferat iuidēdo. MARSILII.

Voniā nō quaelibet actio. passioq; iter sensū, atq; sensibile cōfret ad sentiēdū. sed certa quaedā, & moderata. ideo iter uisū, atq; colorē quodā opus ē medio, quod & spatio moderetur actionē atq; passionē, & proprietate quadā agens accomodet patienti. Mediū eiusmodi nō pōt esse uacuū. In uacuo. n. neq; spatiū est, neq; proprietas ulla. hęc n.

sunt

sunt corporis passiones, Præterea, ut oculus quod est corpus accommodetur uisibili, quod & corpus est, uel in corpore exigitur cōtinuitas quædā facta p corpus, quæ non fit p priuationem corporis, quod est uacuum.

Est igitur medium eiusmodi corpus, non quidē opacū. Visus. n. & color luminales sunt quodāmodo, ac plenius in super lumen desiderāt quod ergo tenebriferū est non medium, sed impedimentū est ad uidentum. Medium igitur sit diaphanum. quod inter oculum & colorem non luminosum confert, tum spatio ad actionis, & passionis modum, tum perspicuitate ad uberius lumen accipiendum, atq; in super exhibēdum. ubi uero uel oculus uel color est admodum luminosus, interuallo saltem conducit ad actionem, passionēmq; temperandam. confert quin etiam ad duo hæc inter se deuincienda proprietate quadam, Nam pspicuitate, & luce cōgruit cum colore luminoso, & oculo perspicuo simul atque lucēte. Memento interim diaphanū per se esse aliquid luminale.

PRISCIANI.

Voniam uero uidetur moueri diaphanū a coloribus, hos autē q optamus quæstionem hanc. scilicet quomō moueatur, utrū defluxu quodam, uel ex eo, q hi quidē agāt, hoc autē patiatur extendere in sup & ad illos, qui uisionē sine diaphano fieri putant, a coloribus duntaxat pductis ad oculū, atq; etiā ad illos, q ex ipso sensu in strumēto emitti aliquid arbitrantur, ideo opæpretiū ē pquirere, quādo qdem re uera mouetur diaphanū, quomō moueatur. Videntur utiq; colores p mediū diaphanū uideri quidē, apposti uero oculis nō uideri. Ad hoc autē diximus diaphanū reqrere medium, ut uidendæ res illustrētur. Sed quando spectaculum ipsum p se lucet nunqd diaphāo quodam opus ē medio. Immo & tunc est opus, ut diximus, ut sit cōgruū iter uallū. Oportere quin et mediū nō esse solidū, & opacū, ne tenebrifica proprietate īpediat actionē. Sed nunqd diaphanū ad id tantū confert ut nihil īpediat? Perinde ac si foret uacuū iter uallum. Non est autē consentaneū rationi, sed conferre aliquid, & hoc oportet, non enī uel temere medium corpus est. Iam uero & in coloribus manifeste conducit, quos nisi illuminatum esset medium cernere non possemus. consequens est igitur in rebus quoque fulgentibus ad aliquid id conducere.

Caput. xxiiii, Quod medium diaphanum inter colorem & uisum quodammodo moueatur atque patiatur.

MARSILII.

e Irca omnem sensum compertum est iter externum sensibile



## IN THEOPHRASTVM

atque sensum, esse medium aliquod aereum aut aqueum, & id quidem a principali sensibili moueri patique non nihil prius quam sensibile ad sensum usque peruenerit. Ergo similiter & circa uisum color ipse uidendus lumine iam conspicuus, & ipse lumen, quod color est caelestis mouent quodammodo diaphanum medium, & in ipsum non nihil agunt atque ita moderatius, congruentiusque ad oculum usque procedunt.

Quod enim luminosum est agit euidentius in diaphanum. color igitur & si non per se luminosus, quia tamen luminalis est ex se aliquid agit & si non illuminet. illuminatos uero colores agere in diaphanum non negabis. Ac dum tanquam illuminati agunt plurimum iterum tanquam colores agere quoque non nihil.

### PRISCIANI.

Ræterea si in audiendo & in odorando quodammodo mouetur aer, atque etiam in tangendo, quando sit medius inter calefacientem, atque calefactum, & in gustando similiter. si quis liquor medius interuenerit, tamen si in his medium fit eiusmodi permixtione quadam potius quam actione. si inquam in his sensibus res ita se habeat, consequens est ut in uidendo medium etiam moueatur. Rursum omne illuminans euidenter in diaphanum agit. Tale autem est quod ualde fulgens. Quapropter quod etiam minus fulget, aliquid agit, quamuis non adeo ut illustret. colores igitur ab illuminante perfecti illustrati que, ipsi quoque diaphanum commouent.

Caput. xxv. Quomodo color moueat agatque in diaphanum, atque oculum.

### MARSILII.

Ignis thermometer agit in aerem, aer in hominem. hic duo sunt agentia, & geminae actiones, Nam ignis calorem largitur aeri factum iam in eo aeris qualitatem. Aer ita feruens etiam igne subtracto hominem calefacit. Tactus feruentem aerem, uel saltem tepentem sentire potest, quamuis non persentiat ignem. Non ita color illuminatus uel luminosus, qualis est caelestis, & igneus, non ita format diaphanum lumine quodam sic per diaphanum mixto, factoque iam diaphani qualitate adeo, ut diaphanum iam formatum sit proprium agens formans oculum actione propria, preter ipsum coloris actum. Alioquin diaphanum coloratum, sentiremus non colorem. Nunc autem colorem perspicue cernimus quoniam lucidus eius actus ad nos usque peruenit, & quidem momento, & totus in qualibet aeris portione. Totum enim repente, & ubique uidemus, ex quo patet non esse hunc aeri mistum nec factum

nec factum aeris qualitatem sed aeri potius (ut ita dicam) insidere sicut eques equo, non sicut in equo figura. Atque sic separatim adesse diaphano, sicut intellectualis anima corpori,

PRISCIANI.

Unquid igitur colores quidem diaphanum mouent, hoc autem mouet aspectum, quasi ipsum a coloribus sit formatum nequicquam. Alioquin diaphanum quidem ita passum persentiremus, colorem uero minime. sin autem colorem ipsum sentimus, is certe mouet aspectum. Veruntamen diaphanum quoque sentimus hoc autem etiam per se ipsum mouet intuitum, quando uidelicet iam, est illustratum, nec iam per aliud, atque tanquam a coloribus motum. Quis nam igitur hic motus est, ut etiam cognoscamus quomodo res ipsæ uidendæ uisum per medium moueāt. Assero igitur, quemadmodum res illuminans perficit diaphanum, dum uidelicet rei illuminantis actus diaphano separabiliter adest atque oculo per diaphanum, non quia diaphanum aliquid inde proprie passum fuerit, sed quonia ipsum quoque per actum luminis separatim sit perfectum, ita colorem illustratum agere in diaphanum, actionem uidelicet separatim diaphano insidente, siue potius superuectam, quæ quidem propterea non succedente quadam per partes distributione, sed semel tota simulque toti ubique fit indiuidue præsens, & quasi format diaphanum separatim, atque cum hoc ita formato nostrum quoque simul mouet aspectum. Adeo ut ipse color etiam agat in uisum, sed ita ut interim utatur diaphano tanquam propriæ actioni subiecto, non quidem ut patiente, sed ut formato per actionem eiusmodi separatim. Quamobrem ipse coloris actus non missus fit oculo præsens, quãquam non aliter præsens quã diaphano utes uelut curru, quando quidem aduehit se in uisum.

Caput xxxvi. Diaphanum non est subiectum luminis, tanquam qualitatis suæ, sed est uehiculum luminis tanquam separabilis ab eo, & continui semper corpori luminoso.

MARSILII.

Sicut cæleste lumen hucusque porrectum est uehiculum mirabilem quarundam uirtutum ab eo separabilem, sic diaphanum est uehiculum luminis ab eo interim segregati nec a diaphano, sed ab illuminante continue dependētis. Similiter actus illuminati coloris per diaphanum sese porrigit diaphano, non permixtus & tamen a diaphano uelut curru traiectus ad oculum, & quia non per-

## IN THEOPHRASTVM

mistus, ideo totus ubique, & idcirco ubique totus apparet. Quod in uoce materiale est, id est aer fractus, non est ubique totum, sed quod spiritale est in ea, id est significatiuum uel saltem speciale quiddam, impræsum uocitū extra nos a uita mundi, tum intra nos in instrumento sensus ab instrumenti uita, hoc autem dicitur nec per se cum aere pati, nec aeri permisceri, & totum simul audientibus cunctis adesse.

### PRISCIANI

Vid ergo diaphanum ad uidendum confert: si coloris actus in ipsum incidit non permixtus, hoc ipso prodest, quod traiecit, atque perducit. Peruenit enim coloris actus ad uisum uetus diaphano separabiliter (ut diximus) atque indiuidue toti præsens. Itaque quicumque in theatro spectant, quotcunque sint, spectaculum idem ubique totumque conspiciunt, sicut & uocem ibidem omnes totam pariter audiunt. Vocis etenim actus est impartibilis, ubique totus se partibiliter, idemque præsens, ut pote qui nec perfertur una cum aere nec similiter alteratur, Argumentum enim est absolute præsentia, cunctis & unicuique audientium inesse totum atque sub unius formæ ratione similiter omnes implere.

Caput. xxvii. Quod ad sentiendum proxime confert, non materiale aliquid est, Sed quiddam potius spiritale.

### MARSILII.

Emento quod imateriale est, atque indiuiduum, & solum a subiecto, & ideo ubique totum circa sentientes non posse a materiali procedere. Ideoque constat non solum in sensibus nostris, sed in uniuerso spiritale aliquid, & uitale uigore. Cuius uirtute spiritales actus, & species, & imagines procreantur, quotiens materialis passio fit in aere, uel a sonante, uel a colorante, uel ab aliis obiectis sensuū & tamē interea resultat imateriale quiddam in instrumento sentiendi, uel etiam in ipso aere. Quod necessario ad actum sentiendi requiritur, qui sane actus non proprie fit ex passione materiali aeris uel instrumenti, sed ex quadam specie spiritali, quæ interim quadam uitæ uirtute resultat in eis, neque tamen species eiusmodi sufficit ad sensum atque iudicium, nisi ad eius incitamentum anima statim rerum sensibilibus rationes sibi inatas educat in actum.

### PRISCIANI.

Id ergo non ne pulsatur passiuè que mutatur a sonante aer, instrumentumque auditus. Profecto passio quidem, & motus præcedit

præcedit circa corpora, Sed hæc non sunt uox ipsa, nec auditio, hæc autem est secundum actum perfectio quædam, quæ secundum speciem consistit circa motum. Verum hic quidem passio aeris antecedit. Si quidem pulsatione quadam fit aliquid audiendum. Quod uero spectandum est, non per diaphani passionem fit conspicuum. sed iam in se ipso spectabile est, color ipse uidelicet illustratus. Si quis autem hic quod dixerit fieri quandam passiuam sub coloribus in aere affectionem. non tamen per hanc color spectandus euadit, Immo per actum aliquæ speciei, perfectum simulque totum, ubique præsentem, & expedite diaphano abstantem. qui passiuam quadam conditione afficit instrumentum. Non tamen uisus in passione consistit. sed in speciali, siue specifica uitæ perfectione, atque in partu quodam rationis innatæ.

Caput. xxviii. Circa uisum passio materialis minime apparet, Plurimum uero species spiritalis, circa auditum uero quasi pariter apparet utrumque. Circa tres autem reliquos passio quidem maxime patet. species uero minime.

MARSILII.

Ne sensibile genus afficit medium, & instrumentum per suam naturam naturali quadam & materiali quodammodo passione. Nam lumē hæc subtiliat, atque fouet eo ipso, quod lumen est. Albedo disgregat, nigredo congregat, uiredo contemperat, sonans frangit, & rarefacit, atque condensat. odoriferum similem sibi imprimat qualitatem naturaliter hæc afficientem. similem gustabile, similem quoque tactile. Quoniam uero passio hæc tanquam materialis longe distat ab animo penitus spiritali, ideoque si creuerit, sensum minuit, & denique perdit, necesse est præter eam interesse speciem quadam quodammodo spiritalem, & quasi iam indiuiduam, siue hæc in instrumento tantum resultet, ut in tactu atque gustu, siue etiam extra ceperit, ut uisu in auditu, olfatu alioquin non possent hi tres adeo distantia sentire. Naturalis utique species instrumenti uisualis minime materialis est, similis ferme est naturalis species auditus atque soni, Ideo in minima passione materiali facillime resultat species spiritalis. quæ necessaria est ad sensum. In tribus autem reliquis, species tum instrumenti, tum obiecti materialiter iudicatur, Idcirco materiali, magis passione resultat species illa, quæ cõfert ad sensum, ut pote quæ & ipsa sit quasi materialis. Possunt tamē hæc obiecta sine effluxu materiæ suæ mouere sensum, multo itaque magis & colores possunt.

PRISCIANI.

In odore autem atque odoratiõne manifestiorẽ passio quæ cõtigit

## IN THEOPHRASTVM.

in medio. Ideoque absente re odoranda permanet odor non solum propter effluxas inde particulas. sed quoniam aer aliquid est perpexus quemadmodum & calefactus euadit, quotiens inter calefacientem, calefactumque medius incidit aer, quin etiã medius inter mella atq; linguam dulcedinis qualitate perfunditur. Iam uero & hic tum sensus, tum sensibile, secundum speciem se se habet, Sed quoniam in his species tam instrumenti sensus, quam sensibilis magis ad materiale declinat, ideo in his uehementior, & iccirco manifestior tum instrumentis, tum aeri occurrit passio, ut sensibilem participant speciem. Neque tantum hæc secundum effluxus sentire solemus, multoque minus aliquid a coloribus effluit, quod efficiat uisionem. sed uidentur ex eo q̄ agant.

Caput. xxix. Sensibile confert ad sensum non effluxu, sed actione.

### MARSILII.

Effluxus trahens secum aliquid de materia, naturãq; rei, similiter afficit medium, atque instrumentum. Et ideo huc tendit, ut naturam mutet. Qua mutatione crescente adducitur. sensualis natura desinere. Itaque nõ effluxus a re naturalis proprie cõducit ad sensum, sed ipsa simpliciter actio, non tam materiam rei sentiendæ sequens, q̄ speciem, speciem inq̄ non tam quia sit in materia q̄ quia sit species ab idea, quare actio eiusmodi ad instrumentum profecta desinit in eo saltem, si non prius in speciem quodãmodo spiritalem sensibus necessariam. Lumen hoc ipsum, quod simpliciter sit uisibile nõ habet ex uirtute diaphani, immo hoc ex illo id euidenter habet. sed diaphano tanquam uehiculo ad nos usq; traducitur. Est ergo nobis uisibile in diaphano potiusquam per diaphanum. Dicit uero potest nihil nobis esse uisibile præter colorem. Item nihil præter lumen, nam & lumen color quidam est, tum naturalis syderibus, atque igni, tum diaphanus peregrinus, & color est lumen, tum instrumentum in compositis, & opacis, tum sincerum in cælestibus, atque diaphanis.

### PRISCIANI.

Ed est ne adeo fortis ipsa coloris potestas, ut absque effluxu moueat, atque continue. Constat enim continue actum suum edere, nisi forte quemadmodum ignis materia indiget ad agendum, sic & luminoso, sed certe non color tantum, sed (ut dictum est) esse sensibile, sensus mouet eo ipso q̄ agit, Color autem nec semper, sed quãdo iam est illustratus, & quãdo (sicut Theophrastus ait)

diaphanum

diaphanum ei tanquam materia subest, quod quidem simul & lumine colores perficit, & quodammodo formatur ab illis, separato uidelicet actu huc inde manante. Lumen autem non per diaphanum, sed in diaphano potius, & secundum se ipsum nobis fit conspicuum ipsum quoque diaphanum fit lumine manifestum. Forte uero non est diuidendum (ut Theophrastus ait & recte ait) neq; enim lumē absq; diaphano, neq; hoc absq; lumine sensu percipitur, atqui si lumen est diaphani color, certe hoc ipsum, quod uisibile dicitur, nihil præter colores erit.

Caput. xxx. Aer medius cōfert ad uisum, auditū, olfatum, nō ex eo proprie q̄ a resentienda formā accipiat, Sed actum ab illius forma manantem traducat ad sensum. **MARSILII.**

Es uidentia nō imprimit aeri formā aliquā uel figuram, sed ab ea iam illuminata procedit ab eius specie lucidus quidam actus, & specialis, atq; specificus nō mixtus aeri, & ideo aerem non figurans, sed cum primū attingit lucidum in nobis spiritū, rursus euadit in speciē speciei unde uenerat congruentem. Ab obiecto sonante atq; olente tanq̄ magis materiali, q̄ sit obiectū uisus euidentius patitur aer atq; spiritus, q̄ a colore, Verūtamen nō ī eiusmodi passiōe sensus efficitur, sed in actu quodam speciali atq; specifico qui a specie rei procedens sub passione latet, & in spiritu redit ī speciē uirtute uidelicet uitæ nostræ quæ est admodum specialis. Ac si forte & prius q̄ nos attigerit in speciē, euaserit spiritalē. fit utiq; talis mundanæ uitæ uirtute. Vna. n. mundi animalis unius uita, nanq; singulis insita inuicē cōnectit singula, præcipue quæ aliter sunt conformia, efficitq; ut etiā quæ procul distare uidentur agant in se inuicem facile, atq; compatiantur, quod magi testantur.

**PRISCIANI.**

Vid ergo diaphanum patiense efficit uisionem? Quidam enī figurari formariue proprie putant, uerum non ita putandum sed quemadmodum diximus, efficere uidelicet uisionem tanquam ipsum accipiens absolute actum a uisibilibus emanantem, eūq; copulans instrumento. uisibiles uero non solum colores sunt, sed etiam magnitudines atque figuræ, quamuis secūdo quodam gradu sicut iam distinximus. Olfatus autem (ut ait) fit per aerem tanquam cōmixtum ut apparet, atque patientem. auditio uero per aerem figuratū. Dictū est autem sensum non secundum passionem fieri, & uocem non esse figuram in aere factam, sed perfectam quandā speciē actionis, siue actus.

Tū uero odorabile nō passio quædā ē, sed spēs patitur aut magis aer

## IN THEOPHRASTVM:

ab istis tanq̄ a speciebus magis ad corpus, materiámq; declinantibus.  
**Caput. xxxi.** Quod minus materiale est potentius uenit in sensum im-  
 materialé, atq; sensus remotior à materia obiectū imateriale potentius  
 excipit. **MARSILII.**

**V**atuor sunt causæ, quibus sensibile ad sensum magis perue-  
 nit, magisq; sentitur. Prima quando obiectū ad hoc est effica-  
 cius. Secunda quādo sensus é purior. Tertia quādo mediū qua-  
 litas est utriq; conformior, adeo ut aptius ab obiecto in sensum traiciat  
 actū. Quarta si accesserit distantia minor. **V**isus, atq; uisibile propter  
 naturā spiritalem longius inter se agunt. Cæteri sensus gradatim descē-  
 dentes in actum, quia paulatim natura materialis in instrumēto crescit  
 atq; obiecto, paulatim ineptius inter se pigriusq; agunt sensus. atq; sensi-  
 bilia. neq; tam procul q̄ uisus in sentiendo procedunt.

**PRISCIANI.**

**O**st hęc interrogat Theophrastus utrum quodlibet sentien-  
 dum ad sensum æque perueniat, an poti⁹ hoc magis, illud mi-  
 nus. Arbitror equidē proculdubio nō similiter peruenire. sed  
 quatenus, quod est sentiendū uim habet ad agendum maiorem siue mi-  
 norem. Rursum quatenus instrumentū sensus puritatē habet magis mi-  
 nusue sincerā. Præterea quantum ipsum quoq; quod mediū est, magis  
 minusue est aptū ad actū inter obiectū sensumq; trahiciendū. Denique  
 secundum interuallum longius, aut breuius, quo sensibile sit eminus,  
 aut cominus perueniendi differentia quædam accidit.

**Caput. xxxii.** Inter sensibile quia materiale nimium, atq; sensum im-  
 teriale, semper est opus medio quodam quodāmodo spiritali.

**MARSILII.**

**V**ando ad longissimū spatiū scintillā uides, exiguum locustæ  
 sonum audis, & animalia quædam minima quæq; Item apes  
 & formicæ mellica olfaciunt remotissima, conchæ quin etiā  
 distantia gustant, & torpedo per longam sæpe uirgam stupefacit te quasi  
 tangens, putas ne præsertim in superioribus a minimo quoque obiecto  
 longissimum spatium frangi, & materialiter affici: nequaquam. sed in-  
 tercidit, nescio quid quodammodo spiritalis, quod per tam longum  
 spatium agat in sensum. id est actus quidam specialis, atque specificus  
 a specie rei sentiendæ proueniēs, siue hic intra nos fiat, ut in tactu atque  
 gustu. siue ét extra nos, ut in uisu, auditu, olfatu, qui & uirtute fit uitæ cōis-  
 cius beneficio cūcta ligāte tā facile a rebus distātibus, & mouetur sēsus &  
 corpus

corpus conforme patitur a conformi, quod per magicen est cōpertum

Quamuis autem ab obiecto magis materiali medium & instrumen-  
tum uehementius patiantur, ut in tactu, gustu, olfatu, & sæpe auditu, ta-  
men ab eo, quod minus materiale uenit, sensus tutior expeditiorq; resul-  
tat. Circa uisum statim ab obiecto actus prouenit spiritalis ipsius, ut  
arbitror luminis beneficio. itaq; momento eodem uidemus quo procef-  
sit, sed sonus prope sonantem materialis quædam passio est aeris. atq; fra-  
ctio tēpore facta, eiq; mox succedit specialis, & quodāmodo spiritalis ac-  
tus simul totus attingens auditum. qui in aere ita fracto resultat uirtutis  
occultioris officio. Itaq; non eodem momento pulsantem audis quo &  
uides. Procedit autem specialis actus ī uoces, quatenus & passio aeris  
non passio inq; frangens, sed afficiēs. nam ultra frangentē lōge procedit.

## PRISCIANI.

Eterum q̄ in omnibus quoq; sensibus, iter sē sibile, sensumq;  
mediū aliquod icidat, quāuis exteriorū obiectorū mediū ap-  
pareat euidentius eorum uero quæ quodammodo sunt in no-  
bis, minime, satis & ab Aristotele definitū est, & a Theophrasto nihil est  
dubitatum, & si instandum hic studio sius iudicauit. At illud in pri-  
mis quispiam indagauerit, si præsentia uocis (ut diximus) repente adue-  
nit simul tota, quo nā pacto qui sono propinquiores sūt, magis audiāt,  
atq; uelocius. aut quomodo, quādo quis quercū incidit prius cædentē  
cernimus, q̄ sonitū audiamus. Constat enim non simul percussio-  
nis aspectū fieri sonitusq; auditū. Dicendum est autem hoc ita contingere,  
quoniam necesse est aerem pati prius aliquid, atq; moueri. Quo quidem  
ita moto, ipsa uocis species mox tota fit simul. Passio quidē motūque  
in tempore fiunt. Species autem posterius sane, sed ei, quod iam factum  
est tota simul accedit. circa uocem igitur posterius, in passione actus ipsi-  
us species accidit, eatenus que peruenit, quatenus per continuitatē aeris  
procedit & passio. Quamobrem qui sunt propinquiores obiecto,  
citius magisq; audiunt. Quippe cum uelocius, magisq; patiantur, qui so-  
nanti primo propinquiores existunt. Quod uero uidendū est, non  
per passionem, in diaphanum agit. quando nec ipsum quidem quod il-  
luminat. Itaq; sine tempore agit, simulq; occurrit omnibus, quibus cer-  
nitur. Tam etsi non similiter omnibus, sed propinquioribus se expressi-  
uis patefacit. Quoniam in ea, quæ paratiora sunt uehementius agit.  
hæc autem sunt, quæ secundum locum sunt uicina, propterea q̄, & quæ  
uidentur, & quæ quodammodo uident, corpora sunt.



IN THEOPHRASTVM.

Caput. xxxiii. De reuerberatiōe lūinis, & imaginibus. **MARSILII.**

**L**umen incidens in corpus quodammodo densum lenēq; & nitidum sistit se ipsum, colligitq; & protinus conualescit in corpore uidelicet tum firmiore, tum ei præceteris cōgruo, Congregatū ideoq; & ualidum agit hinc iterum in oppositum, quādo scilicet est corporibus quoquo modo specularibus resultat in oppositū parietem, ibiq; splendorem procreat. Resultat item in alia & in oculos. Nunq̄ itaque frangitur, sed explicat primo se ipsum, deinde replicat, atque applicat. Et utrobique unus continuusq; uidetur luminis actus, Radius similiter uisualis corpus attingens quomodo libet speculari firmatur, cōgregatur, corroboratur, & replicatur. Relapsusque in oppositum ex speculo, res speculo uidet obiectas. Sunt, & qui uelint formas rerum illuminatas ad speculū producere radios, qui inde reflectantur in uisum res ita uidentem, Addit Theophrastus & plato a figuris rerum illuminatis imagines quasdam progredi, quæ nominantur Idola. Idos enim species est ab hac per diminutionem idolum appellatur, quasi specimen siue exilis quædam species a specie perfectiore proueniens. hæc igitur idola quasi ualde debilia, uisum non plus mouēt q̄ in speculare corpus inciderint, quo stabilita redintegrata corroborata se oculis offerant siue ipsa ad uisum inde procedāt, siue radius uisualis ad eas ipse profiliat. **Q**uo autem modo idola nō solum spiritalia, sed etiam materialia e rebus effluāt tum p lumen, tum sine lumine, tum ad uisum, tū ad alios quandoq; sensus, & præcipue in spiritu nostro imaginali tanq̄ in speculo quodam conualescant, seq; nobis ostendant, & in nos mirabiliter agant, in plotini cōmentariis pertractamus.

**PRISCIANI.**

**T**heophrastus inquit deinceps de refractionibus siue reuerberationibus esse tractandū, dici nāque solitū esse expressionē quandā obiectæ formæ quasi repercussæ in aere fieri. Forte & ipse Plato idē sentit, ubi ait apparitionē quandā corporaliū specierū idolarem siue imaginalē fieri in lumine leni cuidā corpori circumfuso. Nos igitur fractiones, seu uerberationes non debemus corporeas hic admittere. Nam tale quiddā passio est ab ea, quæ naturaliter est actio dissidēs Præsertim ubi de solis lumīe agitur, sed uerberatiōes quoq; actiuas & efficaces debemus accipere, dū uidelicet, & ipsum, quod illūinat, & ille q uidet circa corpus densum, tersum, lenē, lucidum, efficacius agit, adeo ut & ipsum illuminans per hoc insuper illuminet alia, & ipse uidens,  
per idem

per idem respiciat aliud. huius enim secundus est actus. Quippe cū subiectū eiusmodi lene, atq; subrutilans, simul in actione conducat. Quare ratione cum lumine cognationem habet. Tum uero & quia quod illuminat utrobique agit, merito secundus actus fit primo cōtinuus, & quia corpus lene tersūmq; in actu secundo, siue actione secūda, simul ad agendum cōfert, ideo diuisio quædam utrorūque contingit, siue concurrat, Quod quidem uerberatio, siue fractio nominatur. Quando uero p specula spectantur uultus fit ibi uisionis ipsius reuerberatio quædam in formam primam non secundum passionem, sed secundum actionem sicut diximus. Plato autem effici uult etiam apparitionem quandā corporalium specierum imaginalem in ipso uisionis prodeuntis actu, circa lene quoddam nitidūmq; corpus, non quidem per effluxū quendam corporeum a corporibus, sed per specierum umbratilem quandā figurationem in apparendo, atq; uidēdo. Quod forsan & Theophrastus indicat. ubi ait per reuerberationes formæ expressionem quandam, siue figurationem in aere. fieri

Caput. xxxiiii. Inter agens & paciens oportet esse communionem.

MARSILII.

Bi futura est actio peremptoria, cōmunio inter agens, & paciens sufficit in materia, ut inter ignem atque aquam. Quod si accesserit cōmunio in qualitate non nulla facilius proueniet actio, qualis inter ignem aerēmq; contingit. Vbi uero iminet actio perfectiori necessaria est cōmunio in quadam proprietate naturæ, sic rationale docet rationale, sic luminosum illuminat luminale, hoc enī perficit præceteris illud, quoniam ad huius formam in illo est quædam proprietatis incohata. Proportio itaq; in proprietate quadam est sensus huius ad hoc ipsum sensibile, illius ad illud, oculus diaphanū quiddam est & luminale atq; in eo, quod naturaliter cepit habere ad summū perficitur a lumine per diaphanū. Similiter spiritus auditui seruiens habet aereā proprietatem iam quodammodo in se sonantem uel facile resonabile accedente uidelicet aere fracto perfectius sonante, in spiritu similiter olfatur uapor, inest expeditissimus ad uapores odorum, & quasi iam odor. In gustu naturalis quædam salua expositissima est quasi similibus in sapore liquoribus in tactu natura solidior, & primis elemētorū qualitatibus accommodatior inest. Et ubique patitur hoc ab illo, nō quia hoc illi in similitudine sit æquale, sed quia quodammodo simile & per hoc ad reliquā similitudinem facile propter & obediētiā formabile formatori. instrumenta sen-

## IN THEOPHRASTVM:

suum conueniunt cū sensibilibus in proprietate, quam diximus. Sensus autem in rationibus insitis sensibilibus. Intellectus cum intelligibili multo magis. Penetrat enim intelligibile resoluendo, quod sensus efficere nequeunt.

### PRISCIANI.

Vbdi uero post hæc, in quibusdam uideri sensus instrumentum rebus sentiendis esse cognatum. lingua enim per humorem quendam gustat saporis humorem. Auditus quoque aerem audit uocem per motum aeris intus inclusi. Quærit igitur quam ob causam non in aliis quoque sensibus similiter res se habeat. Item quomodo simile a simili patiatur, scilicet ab externo aere intus aer. Et humor infimus ab humore. Immo & in cæteris ratio est cõsimilis. Nempe in quolibet sensu tale instrumentum est, quale est eius obiectum. Quippe cum instrumentum obiectorum actionibus sit subiectum, sic ergo diaphanum quidem est in uisu, resonabile uero aliquid in auditu. Non enim qua ratione est aer, sed qua resonabile quiddam sonum haurit. olfabile similiter in olfatu quiddam latet. Qua propter hic quoque est aliquid aqueum, uel aerium, uel potius medium. Nam humor aqueus est in gustu. In tactu denique facultas quædam est potens congrue tangibiles excipere qualitates. Nec ita simile a simili patitur, sed quod est in potentia ab eo, quod existit in actu, neque rursus, tanquam aer ab aere patitur, Sed tanquam aliquid in potentia resonabile ab eo, quod actu resonat.

### Caput. xxxv. Dubia de uisu. auditu. olfatu.

#### MARSILII.

Edium necessariū ad uidendū nō est aer, aut aqua, sed ipsum simpliciter ubicunque sit diaphanum. uerum tamen diaphanum aqueum ad hoc positū est in oculo ut aqueus humor tenuem ipsius uisus coerceat spiritum, alioquin prorsus euolaturum. obiectum auditus est ipse simpliciter sonus siue in aere fiat puro, siue aqua. uerum tamen aer potissimum inclusus naturaliter est in auditu. Quoniam facilius quā aqua mouetur, Necessarium est autem ad audiendum instrumentum auditus moueri. Quoniam igitur spiritus aereus est instrumentum auditus, Ideo nullo modo potest audiri quicquam, nisi eiusmodi aer moueatur inclusus, & forsan aliquis propterea opinabitur non audiri externum aliquid, nisi ei sit aer infusus, aut etiam circumfusus. Potest tamen aliquid adorari absque aere respirato, scilicet ab animalibus olfatum habentibus expeditum ab hominibusque similibus

Animantes

Animantes uero & homines habentes meatus ad olfactum oppletos respiratione duo præcipue consequuntur, nam & uberiorè odorem attrahunt, & tracto uiolenter aere meatus protinus patefaciunt.

PRISCIANI.

U<sup>r</sup> nam igitur humor quodamò aqueus positus est in oculo. **C** Ac nõ potius humor quidam aquæ aeriq; cõmunis: quãdo quidem & diaphanũ est utrisq; cõmune. Rursum, cur nõ & in auditu cõmune quiddam ponitur aeri, atq; aquæ. Siquidem & in aqua fit sonus. Similis de olfatu accidit dubitatio, sed profecto sufficit alterũ, nã & in externis non est opus cõmissione, sed siue aqua siue aer sit, quod est medium, simili ratione uidemus. Cur ergo in aqua pupilla locatur: quoniã uidelicet aqua magis q̃ aer cohibet atq; cõseruat. Quã rursus ob causam auditus est in aere positus, nempe quoniam aer est mobilior. Confert uero motus ad sonũ p̃cipiendũ. Verũ si absq; respiratiõẽ olfactus fieri potest, quid prohibet (Theophrastus ait) quomius sine aere aliquid audiatur: hoc certe, quia non potest intus fieri sonus absq; pulsatione aeris auribus intimi. Instrumentũ nanq; auditus est aer, olfactus autẽ ipsius instrumentum non est spiritus ille respiratiõẽ tractus, sed ille quidem utilis est ad meatus aperiendos, qui ad olfatũ ducunt, In illis uidelicet, quæ obstruos meatus habent. In quibus uero patent hæc, etiam non respirantia prorsus olfaciunt.

Caput. xxxvi. De sono & motu, qui fit in auditu perpetuus.

MARSILII.

**P** Utant peripatetici sonum ipsum audibilem, idest qui ab externis uenit ad aures fieri uiolenta quadã collisione, atq; fractione, ubi corpus minus crassum in crassius quoddã incidens uiolenter retunditur atq; cõfringitur. In esse in sup̃ auditui cognatũ sibi aerem, qui p̃petuo moueatur, & sonet, sed motũ eius ab omni uiolentia naturaliter eẽ remotũ, atq; esse actum quendã uitæ uegetalis in aere illo se perpetuo exercentis, atq; inde motũ procreantis quoquo modo localem actũ uidelicet circulo quodã, qui sane motus aer crassiores capitis partes circum attingens cõtinuũ sonum efficit mira facilitate tam exiguum, ut nõ suscitet í nobis sensum, præcipue quoniã huic semp̃ est assuetus. Quotiẽs aut̃ obstruimus aures, s̃õus ille prius diffusus, atq; exhalabilis cogitur, conualescit, reuerberatur, auditur. Ante uero quãdo nõ auditur, cæteros sonos minime confundebat, neq; motus ille motiones extrinsecus ueniẽtes, nã & lenis est & in alia specie q̃ motus externi.

## IN THEOPHRASTVM

PRISCIANI.

**i** Nter hæc interrogat Theophrastus. nūquid sonus solido quo-  
piam prorsus idigeat, an etiā sine solido fieri possit, qualis uen-  
torū sonitus eē uidetur. sed re uera hi quoq; terrā pcutientes re-  
sonāt. immo & ipsi tonitrus tum demū fiunt, quādo spiritus circa nubē  
quasi solidū aliqd frāgitur. Cæterū si aer cōgenitus ē auditui, auditur aut  
aliqd, quādo aer externus hūc pulsatione cōtingit, atq; hic quoq; semper  
est in motu sonātq; semp, sequitur, ut motus motū sentiat, nō sonus ipse  
sonum, tam & si quod inest siue agitatū siue resonans sensum prohibet,  
quēadmodū in cæteris accidere solet. uerū nō simpliciter sensibilis est in-  
timus ille sonus, Vnde fit, ut neq; sonantē pcpiamus nisi aures obstrua-  
mus. Tū uero & motus eius uitalis ē, nec qualis pulsati aeris atq; pculsi.  
Quādo uero aer q nobis est intimus patitur a percusso, ipsamq; soni spe-  
ciē iam accepit, tunc sane fit auditus in actu. Prior itaq; sonus, quoniā nō  
est sensibilis nō confundit auditū. Quin etiā motus ipse uitalis nō solū  
nō impedit quidē, sed etiā confert ad pulsatū fractūq; aerē sentiendum.  
Caput. xxxvii. Quomō inuidēdo, audiēdo, odorando sit mediū inter  
sensibile atq; sensum. **MARSILII.**

**f** Atis quidē cōptum est inter rem coloratā uel ad modū lumi-  
nosam, atq; uisum mediū aliqd esse. i. diaphanū & actum quē-  
dam uel speciem spiritalē. sine quo medio offendatur uisus &  
obruatur. quin etiā quādo remotissima quædā audimus uel olfacimus,  
patet p mediū tempātū illa sentiri. At quādo a sonante propinquiore in  
nos fractus aer irrūpit. uel a thure propinquo proueniēs influit uapore.  
nō ne natura ipsa sensibilis, deniq; sine medio tangit sensum: Responde,  
quātū de materiali natura sensibilis, si instrumentum sēsus illabatur, uel  
īpedire sensum, si acrius illabatur, uel omnino nō esse sensui necessariū,  
etiā si lenius īfluat. Quod aut & tutū, & necessariū ē, ad sensum non esse  
materiale qcq; sed specialē potius actū quēdā, siue spēm actiōis admodū  
spiritalē ex re sentiēda ad istrumentū sensus puenientē. Sensum uero ita  
sentire sicut & mouetur, moueri aut nō a medio hoc eiusmōi actu, sed p  
eiusmōi, mediū a sensibili, Sētire igitur nō hoc qdē mediū nō hūc uideli-  
cet actū nō hāc. s. speciē, sed p hæc ipsum sentire sensibiler. Quod pro-  
prie sensum moueat, quis p mediū eiusmōi moueat. **PRISCIANI.**

**a** T si sonus pueniēs ab externis ad auditū usq; penetrat, quō cō-  
pertū ē nobis nullū fieri sensum, quādo sēsibile tāgit sensū. Nā  
& i olfato odorē attrahimus respirādo, quoad. s. ipsū principale  
nobis

nobis attingit. sed profecto ipsum sensibile illic est, ubi percussio, & ubi aromata suaviter redolentia, sicut & ubi est ipse color. quæ sensibus admo-  
 ueri non possunt, si modo sunt sensibus cognoscenda. quæ aut ab illis in me-  
 dio fit species actionis, adesse oportet et sensuum instrumentum. Nam sicut  
 & ille subiungit, nisi ab ipso sensibili in nos pueniat aliquid, nunquam sensus in  
 nobis mouebitur ullus. Iam uero color per diaphanum mouet uisum, dum  
 uidelicet medium quoque hoc efficit aliquid, atque confert, & ipsum est motum est  
 quodammodo ab eo, quod nobis est uidendum. Quo autem modo ita sit affectum  
 in superioribus, pro uiribus est distinctum. Atqui non medium quidem, sed ipsum,  
 quod facit re uera sentimus. non enim est idem effectio atque efficiens, neque actio  
 atque agens, efficit autem ipsum efficiens secundum effectioem, atque patiens ab effici-  
 ente quidem patitur, Verum secundum ipsam ab illo procedentem effectioem, ne-  
 que ab affectione proprie patitur. Sentimus igitur non ipsam quidem actio-  
 nem a sensibili uenientem, sed ipsum sensibile, secundum tamen actionem ab  
 eo profectam. quapropter non medium presentimus, sed per quandam speciem actio-  
 nis in medio editam, ipsum quod hanc edit obiectum.

Caput xxxviii. Natura luminis est excellentior natura soni.

MARSILII.

Onus ipse tanquam genus non proprie dicitur distare ab acumine  
 & grauitate, quæ differentie eius sunt, uel a graui & acuto sono,  
 quæ sunt species eius, nam una cum eiusmodi differentiis ipsum in  
 speciebus includitur, neque re ipsa, & si ratione quadam talia supereminet. Lu-  
 men autem distare proprie dicitur a coloribus, qui neque differentie, neque spes  
 sunt illius, sed participationes quedam, & imagines, & effectus, atque ipsum  
 re ipsa talia supereminet. Atque propter excellentiam causalem non minus necessarium est  
 lumen ipsum coloribus in natura constituendis atque declarandis, quam sonus  
 & quodlibet genus differentie speciebusque suis.

PRISCIANI.

Nquit autem Aristoteles differentias sonorum, sicut graue & acutum  
 est declarari in ipso secundum actum sono. Adducit præterea, sicut  
 colores absque lumine non uidentur, ita nec absque sono graue acu-  
 tumque designari, quasi dicat similiter se habere lumen quidem ad colores. So-  
 num autem ad acutum, atque graue. Vbi forsitan Aristoteli aliquis contradixerit.  
 non enim lumen sed color similiter se habet ad album, atque nigrum, sicut sonus ad  
 acutum atque graue. Responderi potest pro Aristotele. Si hæc duo quantum  
 spectat ad genus considerentur, certe color ipse tanquam genus in presenti com-  
 paratione cum sono conferri potest tanquam genere, non autem lumen. Verum tamen quoni-  
 am colores absque lumine non cernuntur, quemadmodum neque acutum, atque graue

## IN THEOPHRASTVM

absq; sono discerni possunt hac merito rōne cōparatio ab Aristotele in-  
troducta solū est quantum ad hoc ipsum pertinet, quod est.

**Caput trigessimū nonum qualis sentiri sit natura gustus.**

**MARSILII.**

**L**imentū aridum liquefieri oportet in ore, ut nec offendat, &  
facilius illabatur, iō istrumentū gustus oportuit nō esse aridū, &  
humectatōi prorsus iēptū, sed facillime humectabile liguaq;  
hēre spōgiosā, q̄ stōachi pulmonū cerebri stillicidiis irrigetur, & alimē-  
to & cōbibat liquores neq; tñ oportuit hūorē i se uiscosū hēre, uel multū.  
Alioq; & hebetaret sēsū & liquorē ueniētē esse hūidū nō pciperet. siq; dē  
hūidū nō alterat humidū, necesse tñ est & hic hūidū p̄fētiri. hūidū n. ad  
tactū ptinet gustus autē est quasi quidā tactus uel tactui proximus. Pro  
inde certū huic saporē manifestūq; natura nō dedit, ne hoc uno discri-  
mē iudiciūq; saporū cōfūderetur, dedit tamē humorē quendā sic affe-  
ctū & temperatū, ut prope modū sit oīs sapor, facillimēq; saporibus i flu-  
entibus conformetur.

**PRISCIANI.**

**E**d cur nā existimat Aristoteles istrumentū gustus nec humi-  
dū ēē debere, ne tale ut humescere nequeat, quippe cū (ut ait)  
hūidū sit futurū, qđ est gustadū. Respondebit forsītā a aliquis  
hoc ipsū, qđ est gustabile non esse hūorem simpliciter, sed hūorem pro-  
prie sapidū. Oportuit igitur istrumentū gustus humorem i se dūtaxat sa-  
pidū non habere. Vel potius quoniā gustus sensibile proprium quo-  
dā tactu degustat, nec esse ipsū pati uel ut a quodā non gustabili solum,  
sed tāgibili quapropter & uelut ab humido, quā obrem oportet instru-  
mentum eius propria humiditate prius non esse submersum.

**Caput xxx. de istrumento gustus & tactus** **MARSILII.**

**N**ima fons uitæ atq; sensus hæc duo prius uberiūsq; spiritui  
trahit tāquā propinquiōri p̄ spiritum uero neruis carnique  
coicat est itaq; spiritus præcipuū istrumentū aīæ, tū ad uitā sen-  
sūq; membris iptiendū. tū ad sentienda, quæ ueniūt ab exter-  
nis. Oportet at̄ istrūm hoc si patiat̄ a sentiendis lenissime pati. Vehe-  
mentior. n. passio & dissoluit spūm & occupat aīam iudiciūq; distubat.  
tēpatur uero passio spūs circa uisū, auditū, olfatū, p̄ iteruallū aerēq; medi-  
um. Circa uero gustū atq; tactū, ubi nō est eiusmodi mediū, quo nā tēpa-  
tur ligua. s. carnēq; neruosa, quæ duo quasi media quædā hic existunt in-  
ter sensibile, atq; spiritum, qđ præcipuum est istrūm ad sentiendum. Pos-  
sunt tamen duo hæc etiā istrumenta dici quatenus uitæ sensusq; p̄cipia  
sunt.

funt. quatenus aut temperant passionem a sensibili uenientem media noiantur. memeto in his quoque duobus sensibus non ex materiali naturae sensibilis influente, sed ex speciali quodam actu eius atque insuper ex specie sensuali prout in intrinsecus resultate actum pati sentiendi. **PRISCIANI.**

Roiude Aristoteles, sicut & postea Theophrastus existimat, neque linguam esse uerum instrumentum gustus, neque carnem uerum instrumentum tactus, sed duo haec proportionem siue comparationem quadam habere cum iis, quae in uidentio uel audiendo nobis media sunt. Etenim in tactu atque gustu oportet quidem aliquid & medium, siquidem sensibile sensui prorsus impositum sensum nunquam mouet, medium autem in his non est externum. Nam & quando medium aliquod foris interuenit, non pro hoc tamen, sed una cum hoc gustus, aut tactus efficitur, uelut si clypeus tibi medius opponatur, non ita pro clypeum lapis percussit, sicut color pro aere mouet uisum, sed una cum clypeo manus uerberat adeo, ut ambo simul percussantur. Quonia igitur medium tactui gustuique seruiens non est externum, consequens est, ut sit internum. hoc autem quodammodo caro est atque lingua. Carnem quidem pati patet. Patet insuper eam non similiter, pati atque ea quae anima caret, patitur ergo uitaliter & quonia uita carnis est sensualis, patitur et sensualiter, quo igitur modo ita patitur, nisi & in ea aliquid sit, quod iudicet, nam & si aliud quiddam est instrumentum tactus principalius atque perfectius, qualis est ipse spiritus. Caro tamen ipsa quoque est sensualis, quae sane similiter quidem hic se habeat, atque aer circa uisum, quatenus medium est penes principalius instrumentum. Ex eo autem quod caro non extrinsecus accidit, sed nobis adnata merito princeps est & sensus. Cur nam igitur, si caro sensitiua est aliud insuper oportet instrumentum tactus prius inducere, quonia uidelicet caro uehementius patiens subsensibili e proximo huic incidente passionis acerbitate actum sentiendi dispendit, quapropter Aristoteles etiam iudicat aliquod esse medium in tactu et atque gustu, quod quidem cum ponat in genitum animalibus, merito medium in his eiusmodi uitale ponit atque sensuale.

Caput. xli. instrumentum sensus debet esse medium inter sensibilia sua contraria, ita ut nec alterutrum habeat, nec sit ex utroque comixtum.

**MARSILII.**

Si spiritus gustui seruitur naturaliter dulcis fuerit, non alterabitur a dulci. loquatur neque apprehendet, iudiciumque confundet amari. Sin amarus fuerit similiter neque discernet amarem & dulce confundet. sin ex utroque comixtus, neque similiter comixta discernet, & extrema confundet utrinque. Spiritus non est instrumentum sensus proprie, quia sit corpus, sed tamen quia tali quadam proprietate est affectus ad tale quiddam sensibile spectate potissimum



## IN THEOPHRASTVM

tū etiā quia p̄iceps est & uitæ habētis i se sensibiliū rōnes, p̄ quas sensibiliū fit iudiciū. in corpore sūt accidētia, eius qualitates, uidelicet atq; quātitates, quibus & substātia subest. sensus quidē exterior accidētia tantum percipit. substantiam uero opinio .i. ratio utens imaginatione uel imaginatione ratione freta.

PRISCIANI.

**X**istimat id quoq; recte, oportere uidelicet instrumentū sensus in medio quodā cōsistere inter cōtrarietate illā, quæ rebus inest sentiendis in medio in quā nō ex extremis cōmixto alioquin iam fuisset passū. uerū oportet nō esse passū. sed iudex potius passionū. quod enī ex extremis est admixtum nō est mediorum iudex. nā simile a simili pati nō solet. Addit præterea quod instrumentum sensus corp⁹ qdē ē atq; magnitudo. Nō tamē q̄ rōne magnitudo ē, sē suale putā dū est sed per rationem quādā atq; potentiā. hoc etenī instrumentū in ratione quadam ad sensibilia spectante consistit, atq; specie quadam uitæ iudicatiua corporum designatur. Proinde quoniā omnia sensibilia sunt passionēs uel differentiæ corporum, qualitates enim sunt, atque quantitates per quæ autem unumquodque totum cognobile est, in eisdem quoque consistit. uideri quidem potest alicui in passionibus differentiisq; corpus uniuersum consistere. Sed re uera non solo sensu, immo ratione quoque opinatrice corpus cognosci solet. Opinione namq; una cum sensu cognoscitur apud Platonem corpus. essentiā itaq; corporalem opinio percipit.

Caput. xlii. de numero & qualitate sensuū. MARSILII.

**V**m animal sensu definiatur, consequens est apud Aristotēle hominem tanquā animal p̄fectissimū tot sensus habere, quot in genere animaliuū reperiri possunt. Nō sunt ergo in toto aīalium genere plures quā quinque sensus quos possidet hō. forsan etiā probabile est esse quīq; genera sensibiliū siquidē ad corpus proprie spectat esse sensibile. sunt autē naturæ corporeæ quinque elemēta. s. quatuor atq; cælum. Existimat insup Aristotēles parum quidem ignis, minimū uero terræ inesse sensuū instrumētis. Aeris autē & aquæ quā plurimum, ut dici possint instrumenta hæc aëria esse simul & aquea. Itē si per linguā gustetur, atq; tāgatur. quæcūq; animalia linguā habēt ultra tactum hēre præterea gustum. Rursus si motus per uisum cognoscitur & auditū atq; tactum, quodcunque animal aliquod horum habuerit cognoscere quodammodo motū Theophrastus addit, ubi dicitur aëream naturam ad plures sensus conferre, non esse accipiendam ibi naturam simpliciter

aëream

## IN THEOPHRASTVM

aerē. Immo eā cū tali quadā proprietate formali cōferre ad auditū. Cū  
alia uero potius ad olfatū.

### PRISCIANI.

**E**rsuasisse sibi uidetur Aristotēles nō eē plures quā qnq; sen-  
sus, inde potissimū q̄ oīa nobis sensibilia sūt. Tāgibilia q̄dem  
tactu, quæ uero p̄ media sentiuntur, ex eo deprehēdi q̄d hēa-  
musilla, p̄ quæ mediū cognoscitur. Cognoscitur q̄d hoc p̄ sola simpli-  
ciū corpoꝝ duo, p̄ aerē. s. atq; aquā. ex duobus aut̄ his solis simplicibus  
īstrumēta sensuū nobis insūt. Nā ignis q̄dē aut nullus est, aut cōis oīum.  
neq; uero terra. sed siquid tactu deprehenditur quoquomō miscetur.

**V**ult insup si p̄ unū īstrūm sensus plura patuerint sensibilia, eū qui  
hoc habet ad plura sentiēda sufficere. Sin autē p̄ īstrumēta plura p̄cipia-  
tur idē, censet & qui alterutrū hēat idē sentire posse. Cū igitur hęc ita di-  
xerit Aristotēles, hinc cōsequēter Theophrastus īquirit. Primo q̄dē un-  
de id cōfirmetur. ut p̄ sola hęc duo aerem. s. atq; aquā sēsus p̄ficiatur, nū-  
quid nobis cōueniat p̄ hęc sola, propterea q̄ īstrumēta nobis ex his cō-  
ponātur. Visus quidē attribuat̄ aquæ, auditus aut̄ aeri. sed olfatus p̄ti-  
neat ad alterutrū. Deinde quærit si p̄ idē plura noscātur, an forte non  
oīno qui hoc habet, propterea plura cognoscat, uelut si p̄ aerē odorāda  
& audiēda p̄cipiātur, nō tamē necessario p̄ hūc cognoscūt̄ abo, nō enī  
quæcūq; animalia olfaciūt, statim & audiūt. Neq; enī tanquā simpli-  
citer aer mox olfaciēdi & audiēdi fit cōpos. nam aer in gutture eius ut fi-  
stula neutrū habet, sed p̄ rōnē poti⁹, quā p̄ materiā sentiēdi fit cōpos atq;  
oportet ad utrūq; sentiendū rōnem quandā in se possidere. qui ergo ad  
utrūq; non possidet, non sentiet ambo.

**Caput. xliiii. qualia sint sensuum instrumenta.**

### MARSILII.

**T**si in cæteris præter tactū sensibus oportet nō inesse qualita-  
tem obiectis formaliter similē, neq; enim in gustu sapor, nec  
odor est in olfatu, tamē in tactu necesse est esse tactiles qualita-  
tes in esse ex his enī corpus necessario cōstituitur. Sat uero erit si in neruo  
tactus nō fuerit qualitas elemētal̄is excellēs adeo, ut discernere prohibeat  
qualitatē sensibilis occurrētē. Erit igitur cōpositū īstrūm ex quatuor  
elemētis. sed aqua excedet terrā, aer excedet ignē, deniq; supabit & aquā,  
ut hoc dici possit quodāmō aqueū & prorsus aereū. Nemo uero dixerit  
simplicem aerē esse īstrumētum sensus ob hoc ipsū, quoniā sit simplex

## IN THEOPHRASTVM

aer. Alioquin portio qualibet aeris extimi, quia intimo nobis aere simplicior est, composita maxime sentiendi. Item instrumentum ex eo potissimum conducit ad sensum, quod sit ratione quadam harmonica temperatum, qua proportione dissoluta sensus quoque disperditur. haec autem in compositione consistit. Denique sensus uita[m] exigit, uita calorem igneum. Instrumentum igitur praeter aerem atque aquam habet & ignem.

PRISCIANI.

Nstat praeterea Theophrastus dubitans ne forte minus uerum sit Aristotelicum illud, instrumenta uidelicet sensuum ita simpliciter esse media, ut ex externis commixta non sint, sed potius ita se habeant ut secundum qualitatem in eis praeualem sint nobis determinanda. Iam uero calorem omnibus dicimus esse communem, humorem quoque non nullis. Praeterea si instrumentum omnino desideramus immixtum, sequetur protinus, ut quod maxime immixtum est, sit & maxime sensitiuum, itaque quod separatum est ab animali sensitiuum erit. Accedit ad haec, quod si ratio quadam est causa sensus, sensus enim perditur ubi ratio soluitur. Ratio uero in ipsa plurium commixtione consistit, nimirum ex pluribus erit compositum quodlibet instrumentum. Denique cumnam ex duobus solis sensus existunt. Viuere namque magis in calore consistit, sensus autem ad uitam pertinet.

Caput quadragesimum quartum de spiritu, uita, sensu.

MARSILII.

Piritus si est uapor quidam sanguinis sicut sanguis, sic ipse ex quatuor componitur elementis, quaquam longe subtilioribus. Spiritus in corde uitalis euidenter est igneus ex perpetuo cordis motu, efficaciisque, & ira talis apparens. Spiritus naturalis in iecore plurimum est acrius ita concoctioni generationique prorsus accommodatus. Spiritus animalis in cerebro igne & aqua est quasi pariter temperatus sensibus sic expositus. Instrumentum namque sensus oportet facillime moueri atque formari. Terra quidem renititur formatori, ignis autem format ipse potius, quam formetur, ex aere igitur & aqua temperamentum praeteris ad instrumentum pertinet sentiendi.

Et si pythagorici uisum appellant igneum & solare, non tamen praualer

## DE ANIMA

præualet calor in oculo . sed natura potius luminalis . quod apparet ex eius diaphano & nitore & radio . Lumē autem species quædam est inter omnes species sensibiles præcæteris intellectualem speciem repræsentans & in intellectu quidem est per causam , in cælo per formæ plenitudinem , in igne per plenitudinem participationis , hinc deriuatur in portiones . Temperies illa quidem ex aere , atque aqua , ad omnes scilicet sensus accommodatissima est . Non tamen ubicunque est ibidem sensus omnes existunt nisi & in hac temperie sint formales omnes proprietates ad omnia sentienda , & in corpore sint omnia sensuum instrumenta . Probabile uero est , & omnes proprietates eiusmodi , & omnia instrumenta in esse animali omnium perfectissimo , hoc autem est , quod præter sensum habet & intellectum cuius generis est & homo . Vita quidem ipsa cum sit generationis corporeæ motionisque domina , emînensque forma , nõ ex mixtione corporea pululat , sed ex incorporea substantia pendet . mundanæ igitur spheræ omnes . tum cælestes , tum elementales , tanquam inter corpora simplicissima & prima mundi membra . ideoque uiuificæ substantiæ proxima , primo uiuunt ide . & exuberantia uitæ sortiuntur & sensum . Portiones uero elementorum ab uniuersitatibus suis segregatæ miscentur iam alienis , neque proprie uiuunt , nisi in corpore quodam animato contemperentur . Est igitur sensus in corpore simplici . non quia corpus . sed quia uitæ uicinum est & immixto , non quia mixtum . sed quoniam ad harmoniam uitæ uicinam ē redactum . Non est sensus in portionibus segregatis ab elementis , quia nec simplicitatem habet , nec armoniam . Quandiu uero permanent in uniuersitatibus suis simplicitatem sortiuntur , & uitam , atque sensum .

### PRISCIANI.

Espondeamus igitur ab initio ad quæstiones eiusmodi .  
Rationi profecto consentaneum est media ad sensum necessaria in duobus duntaxat constitui , non quantum spectat ad id , quod apparet . sed quemadmodum natura requirit . nam inter illa , quæ simplicia sunt . terra quidem propter solidam proprietatem atque resistentem , neque facile patitur , neque terminos suscipit alienos , Ignis autem alia ratione ob efficaciam scilicet suam , potestatemque formandi similiter , ut terra passionis facilita

## DE ANIMA

tem refugit, ac terminos exterminat alienos. Aer contra & aqua, quoniam aliunde facile terminatur, merito facile quodlibet intromittunt. leuiq; de causa patiuntur, facileque formantur, quo efficitur ut instrumenta sensuum ex his duobus nobis insint. Quomodo igitur instrumentum visus apud pythagoreos & igneum & solare censetur, quonia uidelicet est luminis susceptaculum, tum propter pelliculaseius tenues & nitidissimas atq; purissimas, tum propter humores ad summum perspicuos, quod eiusmodi paniculis includuntur. Lumen enim est species ignea, non tanquam corpus igneum, sed tanquam species quedam ab igne participata, in duobus igitur tantum medium collocatur ad sensum, propter eorum naturam formatu terminatumq; facillimam. proinde si per idem plura noscatur, anima id ipsum possidens cognoscet & plura, anima inquam quod nec mutilatum fuerit, nec imperfectum, recte igitur Theophrastus existimat, per aliquid idem effici plura secundum rationes, atq; secundum differentes rationes ad plura, quod autem reuera perfectum est, necesse est omnes in se rationes habere si modo debet esse perfectum, perfectum est autem anima quod praeter sensum particeps quoque est uirium sensu superio, & quemadmodum se habet homo intellectus quoque princeps. At anima alia quae olfaciunt quidem, neque tamen audiunt imperfecta censentur, at si calor omnibus est communis, & nonnullis humor, non propterea instrumenta sensuum iudicanda sunt mixta, nam neque externus aer, aut aqua ob hoc mixta dicenda sunt, quod participia sunt caloris. Nam donec non mutant essentiam, simplicia permanet. Si autem conuincatur esse permixta dominatus ipse tamen per illa duo quae dicta sunt habetur. At qui et si sint simplicia, non tamen ob hoc quod separatum est, sensitiuum est dicendum, quando quidem non tanquam simplicia, sed tanquam tali quadam uita sunt insignita sensitiua sunt, qua quidem uita si orbita sint, capta quoque sunt sensu, nisi forte magis Platonice sentire uelimus scilicet quae reuera simplicia sunt, sensum habere potissimum, uere autem simplicia esse, quae in ipsis, propriisq; totis permanent, siue (ut ita dixerim) uniuersitatibus suis ne totalitatibus dicere cogar.

Caput quadragesimum quintum. de ratione, uita, sensu.

MARSI LII.

Ratio nunc significat proportionem quadam, uel habitudinem, uel respectum alicuius ad aliquid. Est autem in praesentia triplex

Vna in compositione elementorum inter se, ex quibus componitur instrumentum. Alia in ipsa tantum instrumenti forma suum spectate sensibile, alia his eminentior est in anima spectate naturaliter, ita sensibile hoc, & ita illud, a qua quidem ratione duae illae in instrumento rationes fiunt, omnes quae haec tres necesse sunt ad sentiendum

ad sentiendum. prima sicut & aia permanet insolubilis. reliquæ dissoluuntur duobus uidelicet modis aut. s. morbo quodã, aut acerbioris rei sensibilis impetu. Ratio denique sensibilibus iudex semper in anima uiget. nec disperditur unquam. sed aliquando propter instrumentorum ineptitudinem uacat ab actu. quod in mundo intelligibili est intellectus, in mundo corporeo resultat lumen. quod ibi uita, hic calor, quod ibi motus, hic humor. Præsentia igitur motusque intellectualis uitæ fit calor, atque humor, & lumen in spiritu, quod sensus est instrumentum. pertinet uero ad uitam in corpore calor, non tam igneus quam aereus, similiter & ad sensum uitæ comitem.

PRISCIANI.

**V**o igitur modo ratio est causa sensus. ratio enim in quadam plurium commistione, & in mutua eorum habitudine siue proportionem uidetur consistere, sed & ipse Theophrastus id soluit. ubi rationem ipsam determinat, non in habitudine elementorum mutua. sed in proportione sensualem instrumento & ad sentienda consistere. ego uero probabilius arbitror, Theophrastum non in habitudine uel proportionem quapiam rationem sensualem principaliter collocare, sed in eentia uitali, & iudice sensibilibus. Solutio neque rationis ita ponere. quatenus instrumentum rationem suscepturum euadit ineptum. Ineptitudinem uero censere, etiam quando res sentienda incongrue incidens hac ipsa incongruitate dissoluit aptitudinem. quam ad rationem suscipiendam exigit instrumentum. Proinde si sensus quidem ad uitam pertinet. uiuere autem potius in calore uersatur, erit & calor in rebus, quæ nobis in sunt simplicibus secundum uitæ ipsius participationem, aduenientia quadam conditione. si autem mixta esse instrumenta sensuum deprehendantur, dominatus tamen ut diximus per duo duntaxat habetur.

Caput. xlv. sensibile proprium commune per accidens.

MARSILII.

**S**ensibile proprium est quod unico sensu cognoscitur. Color uisui, uox auditui, odor olfactui, sapor gustui, calor tactui. Sensibile commune quod pluribus, magnitudo quidem uisui atque tactui. Motus autem, uisui, auditui, tactui. Proprium propter maiorem, saltem cum sensu congruitatem primo mouet atque sentitur, commune secundo. Itaque mel prius flauum uides mox magnum. Vnde longinquitate minus fallit color, quam magnitudo, dulce uero non uides nisi forte dulce dicaris uidere per accidens. Non enim oculus mouetur a dulci. mouetur autem a qualitate coloris, & quantitate rei.

## IN THEOPHRASTVM

sed a quantitate per qualitatem uelut efficaciorē. In uia generationis non fit accessus a motu ad formam, sed a forma agentis per motum ad formam in patientem. Ideo in uia cognitionis non per noticiam motus formam sed econuerso sentimus. Qualitas rei naturalis maiorem sentienti passionē, quam quantitas infert, quoniam est efficacior & utraq; scilicet qualitas & quantitas passione aliqua, sentientis maiore noscuntur, quam forma. i. species specimen in doles. i. aliquid in proportionē colorum lineamentorum resultans. quod neq; corpus compositum est, nec compositio ipsa. sed compositionis harmoniæ donatū tanquā speciale munus aliquod & cæleste, & quia postremū aduenit, longe putatur a materiæ ruditate distare, respōdetq; sublioribus formis in mūdo superiore cōprehēsis. nā postremum materiæ datur quod est informatore primum. Cum uero uolentia ad materiales res p̄tineat. atq; eiusmodi forma longissime iter has a materia distet sēsus & instrumentū huius præsentiā efficacius se exercet, potiusquā uehementi⁹ patiatur, tāquam simile a simili roboratum.

PRISCIANI.

Vrsus Aristoteles ostendit circa cōia sensibilia sensum nobis proprium nō inesse, sed cōmunia sensibilia nos motu sentire. atq; ob hoc ipsum pluribus sensibus hęc agnoscere ceu magnitudine uisu pariter atq; tactu. Theophrastus aut uideri dicit absurdum, si motu in notionē formæ pueniatur, id ut arbitror dicens non, quomodo id accipiendū sit distinguatur. Oportet igitur nō ita nos motu dicere cōia nosse ut principaliter quidē motum, reliqua uero cōtingenter, cōsequentesue sentiamus. sed cōmunia quidem omnia similiter nos sentire dicendū omnino uero hęc omnia motu. quodā. i. in eo quod aliquo mō p̄mutemur inde sentire. Quod si uisus mouetur a magnitudine nō p̄ accidens eā sentit ut dulce, nō enī patitur. uel aliquo modo alteratur aspectus a dulci. Sin autem & magnitudo ad sensū quēdam proprium pertineret, per accidens ab aliis sentiretur ut dulce, nunc autem non ita se habet. sed mouendo sensū se exhibet sentiendam. Non est igitur sensus ullus p̄cipiendæ magnitudinis proprius similiter aliis quæcunque sensibilia sunt cōmunia figura quoq; formæ uemouet. sed minus apparet passio hinc illata, Immo magis emicat actio quædā ipsius sēsus. propter naturam formæ siue figuræ præcæteris specialem. Ideo que sensum in nobis specialius magisue secundum actum stabiliusque mouentem.

Caput. xlyii. de sensu communi eiusq; actione & excelentia.

Marsilii.

MARSILII.

Portere quinque sensus ad unum com redigi sensum, atque hunc indiuisibilem esse satis in theologia nostra una cum plotino probamus. com sensus obiecta quaque sensuum sentit & actiones eorum, atque uacationes, & ad hunc proprie spectat aduersio .s. quando aduertimus nos uidere aliquid, uel audire, unde fit ut scire & uideamus & audiamus aliqua, non tantum percipiamus nos ea sentire, quoniam sensus com imaginatioque interea uertitur alio sum. In hoc sensu est uisus, & auditus & caeteri. Sed hic una forma sunt, atque partes. hic uero uelut a centro ad circumferentiam lineae .s. deriuatur ad quaque instrumenta .s. formae proprio sensuum, atque partes, quae tamquam lineae .s. in circumferentia inter se differunt, in centro sunt unum. Com itaque sensus formaliter aliud est, quam quaque ide profecti. Sed parte hos in unum colligente est idem, & quatenus hic aduertit, & uisum uidere & auditum audire dici quodammodo potest, & uisus tunc id & auditus anima ducere, quia com ipse sensus in se uisus est & auditus. quatenus aut uisus & auditus ide segregati sunt, & hic quidem in oculo, ille uero uiget in aure, neque hic uidet se uidere, neque ille audit se audire. nam sic in se conuertit, actioesque geminare non ad uires pertinet adeo a fonte longinquas, atque ideo debiles, praeterea si auditus suam perciperet actionem, uacationem quoque deprehenderet. Idcirco in silentio positus se non sentire sentiret. Ageret ergo simul, atque non ageret. haec uero diuersitas in eodem tempore circa ide non pertinet ad sensum iam ad postremum diuisum, atque profuse extenuatum. sed ad com formam positus atque facultate, quae quoniam in se conuertitur, & agit instrumento est non patiente, esse iure a corpore separabilis.

PRISCIANI.

In quibus autem quodam non sentimus nos sentire, eadem qua & Aristoteles icedit uiam com uidelicet sensum existimans ibi esse qui ita diiudicat. qui uniuscuiusque sensus negocium ociumque percipit. Eadem namque potentia opposita percipit com uero sensus neque singuli sensus neque rursum omnino diuersus, nam cum toto & secundum sensum collectionem omniumque in unum in partibile sublimitatem uelut omnium apex esse uidetur. qua quidem de causa unusquisque etiam sensus quodam non se sentire percipit, non qua ratione iam est diuisus. sed qua uni sensui coaptatur. Iam uero separata a corpibus partem est in se conuertit, seque ipsam agnoscere. Unusquisque uero sensus magis est corporeus quatenus est diuisus. Progreditur autem in eam potius facultatem qua aliquid se ipsum segregat secundum quandam ad alios sensus indiuiduam uisionem. Haec etenim indiuisibilis unio speciebus competit a corpore separatis. Sinautem ut ipse recte putat



IN THEOPHRASTVM.

eiusdē potestatis est cōtraria iudicare, atq; idcirco prāter negociū deprehendere. ī sup̄ ociū erit utiq; & unusquisq; sensus ab īstrumēto eius quodā mō segregatus, alioquī uisus tenebras nō deprehēderet, quādo quidē ibi nō patitur īstrumētū idq; uidetur agere īstrumēto ēt minime patiēte. Multo uero magis sensus ipse cōis. qui & ipsoꝝ sensuū oia p̄cipit.

Caput. xlviii. Confirmatio superiorū. **MARSILII.**

Vt in Plotinus, Porphyrius, Iamblichus animā sēsualem existimāt a corpore sepabilē q̄ & hic attigit Priscian⁹ p̄ hāc ad prāsens cōiecturā, q̄ unā & indiuiduā hēat facultatē diuersissima simul agentē mitto uegetationis officiū, dico imaginationē unā tam diuersa simul imaginantē, Perquā aīa ēt in se cōuertitur, ubi p̄ eam actiōes. s. sensuū aīa aduertit, p̄ quā agit quodā mō absq; corpis īstrumēto quoniā p̄cipit tenebras & silentiū. uacationēq; sētendi. Tūc. n. nō mouetur īstrumēto sensus itaq; tunc neq; mouet imaginationē, itaq; imaginatio tūc agit tanq̄ ab īstrumēto quodā mō separata. Hic ergo cōis sensus secundū formā potestātēq; suā uiget in aīa sempiternus, & quando adhibētur illi. s. corporis īstrumēta uires, in ea. s. producit quā & ante in se uigebāt formali ēt iter se rōe distincta sed nō situ uel propriis actiōnibus segregata. Desinēt itaq; corpore nō omnino desinūt. s. sēsus esse. sed desinunt explicari, hāc a nobis secundū platonicos narrata memento.

**PRISCIANI.**

Non igitur unus quisq; sensus re uera, sed ipse cōmunis se ipsum actionēq; suā aīa aduertit. si n. sensus qlibet actionē agnouerit ēt actiōis uacuitatē aīa aduerteret. Si uacationē recolet simul uacabit, & aget, quasi se sentiēs. Nō ne igitur uacat quidē tanq̄ diuisus atq; singularis, & quantū in se est, Agit aut̄ iterea quatenus a propria actione uacationēq; p̄manet absolutus. Quapropter secundū cōmunē tūc agit sensum, secundū quē sic agit & unusquisq; non qua ratiōe singuli sunt atq; diuisi sed qua p̄ unā oīum unitatē sunt uniti. Cuius quidē officium ī oīum sensuū sensibilia cōprehendere in eodē sine diuisione dum p̄ rationes agit iter se differētes. quā ob rē ipse iudex numero quidē unus īdiuiduusq; consistit, censetur aut̄ & diuisibilis esse quatenus ratiōes differētes exercet.

Caput. xlviii. Proportio inter sensum atque sensibile. **MARSILII.**

Na, quādā uox simplex quantū ī se ē nō dicitur cōsonātia. dicitur tamē auditui cōsonare si cōgruit. Cōsideramus ī īstrumēto sēsus efficaciam eius & qualitātē, quādo igitur res sentienda

efficacia

efficaciæ se adæquat, ut neq; superet, neq; deficiat. sincere & expedite senti-  
mus, quādo iterū cōgruit qualitati sensus propria qualitate, tūc sentiēdo  
uoluptate pfundimur. Nā in re sic ut diximus utrinq; conformi libētis-  
sime conquiescimus eam auidissime cōplectentem. Id autem ē affici uo-  
luptate. Est autē instrumēto proportio duplex, Tum in actu sentien-  
di facta p congruentiā aduenientis obiecti, tum antiquior aliqua. i. affe-  
ctio quædā huic istrumento naturaliter insita ad hoc sensibile potius q̄  
ad illud conformis ut ita dixerim atq; propensa.

## PRISCIANI.

Ost hęc ubi Aristotēles ait uocē esse cōsonantiā. Intelligendū  
est, ubi actu iam est sensibilis, uel in actu sensibili posita, dū. s.  
iam auditur. Auditur aut quādo & uox & auditus inter se cō-  
cordes unū conficiuntur, dum inter se profus cōtemperātur. Nimi-  
us. n. rei sentiendæ excessus soluit, aut pdit sēsū actionē in quadā uero  
cōmensuratione sēsus ipse consistit, eaq; obiecta dicimus esse blanda, q̄  
contēperata sunt sensibus. Dic ergo, quādo sensus nihil agit, nunqd  
in commensuratione. secūdū se ipsum, nulla sit positus. Profecto quādo  
quidē sensus nō secundū se ipsum agere solet, sed in extēsiōne quadam  
ad externa, & in habitudine quadā ad sentiēda constat, quādo uacat nō  
habiturū secundum se ipsum cōmensurationē actiuā uel efficacē. Con-  
mēsuratiōne tantū secundū potentiā habiturum. Præextitit. n. ipsa po-  
tentia, atq; secundū se ipsam cōsideratur, Sed pgamus ad ea deiceps, quæ  
sequūtur, ab alio iam principio, reliqua ad librū pertinentia tractaturi,

## FINIS PRIMI LIBRI.

Prisciani philosophi Lydi interpretatio libri Theophrasti de phanta-  
sia & intellectu translata a Marsilio ficino, platonico & ab eodem capi-  
tulatim exposita. Caput. primum.

In sensu & imaginatione sunt innatæ rationes sensibiliū  
assimilatiuæ, hæ in sensu prouocantur ad actum ex pas-  
sionibus instrumenti. In imaginatione uero ex actioni-  
bus sensuum phantasia inter sensum rationēmq; media  
in sensu est actio quædam. Iamblichus de phantasia. phā-  
tasia est adnata omnibus animæ uiribus. omnia confor-  
mat in se, ac formas a uiribus aliis traducit in alias, & omnium uirium  
actus æmulatur, phantasia non accipit formas ab externis, sed ex se  
ipsa promit,

IN THEOPHRASTVM.

PRISCIANI.

**P**hantafiam, de qua Theophrastus deinceps Aristotelem secutus agit, esse uim alteram præter sensum ex eius libris est confitendum. rursum ab opinione omnique rationali perceptione differre. Præterea quemadmodum sensus a sensibilibus speciebus mouetur uitaliter excitatus, atq; secundum propriarum rationum productionem circa illas agit, sic & phantafiam a speciebus sensualibus agitari, his uidelicet uelut subiectis utentem proxime, & circa eas agentem, quapropter hæc quoque corporea uita est, nec absq; corporeis instrumentis agit. quandoquidem & species sensuales, quibus mouetur ex impressionibus illis perficiuntur, quæ in sensuum instrumentis apparent. Adde uero sunt his dogmata Iamblichi talia, Phantasia omnibus animarum uiribus est adnata. omnesq; figurat, atq; effingit similitudines specierum & apparitiones uisusq; seu impressiones uirium aliarum transmittit in alias. quæ quidem a sensu micant, in opinionem excitat. quæ uero ab intellectu secundo loco offert opinioni, sed in se ipsa ab omnibus imagines suscipit, atq; per suam proprietatem secundum assimilationem proprie designatur, tum in agendo, tum in suscipiendo, quæ assimilantur atq; apparent in intellectualibus uel genericis operationibus, aut mediis utrarumque. Hæc utiq; omnes actiones animæ fingit, & exprimit. atq; externas accommodat intimis, & uitis per corpus extensis descendentes ab intellectu impressionis imponit. Cum igitur phantasia secundum se ipsam sit potentia assimilandi cætera ad se ipsam, hinc merito cæteris potentiis coaptatur ipsa præcedens & actionibus earum initia præbens. Neq; passio est uel motus. sed actio imptibilis, atque definita. neq; suscipiendo forinsecus figuratur ut cæra. Sed ab intimis atq; secundum assimilatiuarum rationum productionem ad phantasmatum indicium suscitatur. hæc Iamblichus.

Caput secundum.

MARSILII.

**M**aginato actiones rationis effingit sub rerum sensibilibus conditione, ac potest ultra sensuum actus latius phantasmata promere. Imaginatio conuenit cum sensu, quia particularia percipit. Superat sensum, quia etiam nullo mouente imagines edit. Imaginatio est tanquam Protheus, uel cameleon.

PRISCIANI.

**E**rum si alias uitas exprimit, ut est apud Iamblichum, ipsasq; intellectuales rationalesque actiones effingit, quoniam pacto ulterius uerum erit illud Aristotelicum, Phantasia uidelicet a speciebus sensualibus agitari. Forte uero & si præstantiores omnes actiones effingit

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

nes effingit, simul tamé secū dū species sensuales imaginatur, assimilátq; formatiua quadá cōditōe, atq; p̄tibili ac secū dū relationē quadá ad sensibilia frāgitur atq; fingit. quā obré prætatiores actiōes effingit, qua rōne a sp̄ibus sensualibus agitatur. Quo igitur pacto etiā nō præsētibus sensibilibus phātasia mouetur. Etenī & si a sensualibus ipsa mouetur, uerū tamé hęc quoq; præsētibus sensibilibus producūtur in actū absētibus uel deficiūt. forte nō quē admodū sēsus præsētibus dūtaxat sensibilib' moueri solet. ita semp & phātasia, Sed postquā semel mota fuerit ex se ipsa expergisci iā pōt, & phātasmata promere secū dū relationē quadā ad spēs, quæ mouerūt. Interdū uero nō semel tātū, aut bis, sed sæpius isup moueri hęc oportet ad hoc ipsū, ut ea quæ in se ipsa sūt similia mouētibus offerat. Iā uero hęc, uel formatiua formabili diuiduāq; sorte cū sensu cōicat. facultate uero qua etiā a se ipsa phātasmata promit, quā uis si mouētia nulla ulterius adsint supeminet sensū. Rursū qua cōditio ne sua semp in alia refert, atq; ad differētes aīæ actōes assimilatur, ita nimirū ad oēs aīæ potētias est adnata, & secū dū assimilatiua uel assimilabilē animæ proprietatem definitiua censetur.

### Caput tertium.

### MARSILII.

Icut in eadē aīæ substātia sensus & imaginatio sūt formaliter differētes, sic eadē substātia spūs secū dū diuersas qualitates est istrūm imaginatiōis atq; sensus. Itē ex actionibus sensus imaginatiōisq; i primūtur in spū notæ quadā eas representantes. imaginatio sensuales spēs pro obiectis hēt, ad quas inatas referat rōnes, si motus rōnis & imaginatiōis faciūt manifesta signa i humoribus atq; corpore solido, multo magis in spū. per hęc nota quō demones cogitatōes hoīum deprehēdūt. pōt circa idē sensus esse ueridicus & imaginatio mēdax, atq; uicissim. imaginatio semel experrecta longius progredi potest quiescente sensu.

### PRISCIANI.

Verit interea Theophrastus in quo potissimū collocanda sit phantasia. Nō enī in ipsa potētia sensitiua ponēda est, quoniam quādo ēt ueridicus sensus est phantasia interdū ipsa mentitur. neq; rursū in ipso sensu istrūmēto. Passio. n. in istrūmēto facta sēsibili re dūtaxat præsēte cōtingit. phātasmata uero siue imaginamēta (nā & phātasia licet imaginationē i terpretari) phātasmata i quā etiā absēte sensibili fiūt. Assero igitur phātasia ē uim aliā prætē sensū, sed sensui proximā, atq; p̄p̄ea quodāmō a sēsui moueri, & quoquomō sēsualibus sp̄ibus uel ut subiectis uti. Ex qb' exp̄giscitur, & ad quas phātas-

mata refert. Atqui phantasmatum multifariam uariat ex eo, quod superat sensum, atque ex seipsa postquam semel mota fuerit ad formationem, ut cumque cepit, exprimitur. Arbitror praeterea indicia siue impressiones spiritus & phantasiae finibus emergentium ab instrumento et sentiendi suscipi posse, quemadmodum formales partibilesque figurae testantur separatim a corporibus non indicantes. Saepem profecto dum corpus commouetur ad phantasias atque secundum eas afficitur apparere arbitror in ipso quoque instrumento phantasmatum, sed non tanquam sensitiuo, quoniam non ab externis incidunt, neque rursum tanquam si nos a corporibus quibusdam agentibus mutaremur, immo tanquam in quodam spiritus suscipiente phantasticas, neque id quidem mirum uideri debet, quoniam rationalis quoque actio nostrae quaedam in corporis indicia notaque descendunt, quod plane perspicitur quando & oculi supercilia in acrioribus indagationibus contrahuntur, iam uero si solida haec membra corporis secundum animae motus afficiuntur, multo prius sensum instrumentum tanquam uitae necessarium est uestigia quaedam uitae suscipere. In quibus sane uita tantum est sensitua, instrumentum quoque tantum est sensituum, in quibus autem uita insuper phantastica & appetitiua, uel et rationalis existit instrumentum similiter uest ad uitae eiusmodi suscipiendam accommodatum, accipiet igitur notas quoque phantasticas tanquam phantasticum, atque falsas si modo falsae sunt phantasiae. Et quemadmodum simul uera sentimus aliquando, possumus tamen interea falsas de his imaginatioes edere, ita consequenter spiritus ipse ut sentimus est, ueras a sensituis accipit notas, ut autem phantasticus est a sensituis quidem falsas, ueras autem a phantasia. Ceu quando solem uidetes pedalem interim terra multo maiorem imaginamur geometrica demonstratione compulsi. Neque tamen phantasmatum ipsius ullus in nobis est sensus, quamuis & phantasma in instrumentum sensus existat, sed ad sensibilia proprie sensus pertinet ab eisque dependet, phantasmatum uero emergunt ex phantasia. Proinde nec est impossibile subiectum spiritum, ueras simul atque falsas de eisdem apparitiones accipere, sicut apparet nobis ut diximus circa solem, quandoquidem a uiribus differentibus accipit, atque secundum uitae spiritus differentes, neque quicquam prohibet in eodem phantasma simul & opus sentiendi concurrere, tam & si opposita sint, utpote quae non eiusdem ordinis coniugationis ut sunt, neque eiusdem potentiae opera, si quidem & opinio in eodem sensu quoque de magnitudine solis inter se opponuntur. Ad hoc itaque ita ratione responsu, dictum est insuper non semper opus esse praesentia sensibiliu ad haec ut phantasia, id est imaginatio moueatur, sed postquam semel expressa est, atque in talis formae partu iam enititur sibi ipsi sufficere. Pergamus ad reliqua.

Caput quartum,

MARSILII.

Intellectus

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

Intellectus noster est aliquid animæ propriū, & spēs quædā, & actu intellectus, ac p̄ essentiā suam cōtinet in se oēs intelligibilia spēs, sed quoniā degeneravit a primo, ideo ipse indiget primi fomēto ad tria. Primo ut ipse sit p̄spicacissimus. Secūdo ut spēs eius sint lucidissimæ. Tertio ut hic illis sit unitissim⁹. Sensus quoq; ē spēs quædā, & secūdū essentiā cōtinet sensibiliū rōnes, quas edit quando sensibilia mouēt istrumētū eius intellectus aīalis propter naturā animæ declinatē ad diuisibilia mobiliāq; longe distat ab unitate statūq; intellect⁹ primi primorūq; intelligibiliū. nota hic ubiq; intellectū agentē in nostrū esse intellectū primū. Hæc similia sunt illis, quæ sūt in republica platonis quō ipsi⁹ boni lumē copulat spēs intelligibiles cū intellectib⁹. Sūt q; chartæ iscribāt litteras succo cepæ, sed hæc nō uidētur nisi calefiat charta. Tales habet rerū formas qui dicitur possibilis intellectus. quæ ī cōspectū ueniunt ignis diuini præsentia. sicut & colores lumine solis, intellectus noster nō est in potētia ad hoc, ut fiat intellectus atq; intelligibilia. sed ad ultimam intelligentiæ intelligibiliūmq; perfectionem.

**THEOPHRASTVS** ubi post hæc agitur de intellectu ait, non ita profus nobis accipiēdū est, neq; eodē pacto. cōtētiosum nāq; foret simpliciter hæc accipe adeo. s. ut intellect⁹ sit potētia quædā oīno ita subiecta, sicut materiales potētiæ solēt. & Paulū progressus adiūgit. Forsitan hoc apparebit absurdū si intellectus sic materiæ naturā hēat, ut sit nihil, sed potētia oīa. Nō igitur sic est exponēdū, neq; ēt de oī intellectu similiter hoc accipiēdum. sed utendū distinctiōe, qualis igitur est, & quæ nam distinctio. Materia qdē nō est hoc aliqd, at si intellectus nō sit hoc aliqd. qd nā ulterius hoc aliqd erit. Haftenus uerba Theophrasti.

Vando igitur intellectus cū natura cōparatur secūdū cōparationem proportōis quādā id est assumēdū. & quatenus in potētia quadā est intellectus alter ad alterū. sic enī intellectus aīalis ad ipsū q̄ actu semp̄ est intellectus atq; separatus merito oīa esse in potētia dicitur. Sensus q̄netiā nō proprie, sed trāslatōe quadā materia eē, uel sicut materia dicitur. Materia. n. cogitatur ut ultima reꝝ nō tamē sensus sicut materia oīum ē postrem⁹. Est. n. sensus spēs qdā, atq; dicitur & scdm̄ eēntiā sēsibiliū cōtinet rōnes. alia præterea rōne sēsus sensibilia ī potētia eē dicitur, q̄tenus ab illis icitatur ad ptū, indigetq; illis. tū præsetibus, tū agētibus ī istrūm eius ad propriā actionē. intellectus at aīalis nec ē ut materia, nec ut sēsus, est. n. spēs oīūmq; spēs scdm̄ ipsius eēntiā cōprehēsor. Agit q̄net a seipso, & ī seipso qdē intelligibilia cōtinet quīs p̄ cognatōem ipsi

uscū aīa, atq; ob essentialē ad animā habitudinē, & deniq; pp īclina-  
tionem quandam eius ad diuisibile. tum ipse ab intellectuali essentia  
simul & actiōe oīno imptibili prorsūsq; unita quodā mō cecidit, tū in-  
telligibilia, quæ sunt ī eo ab ipsa super fulgida & seipsa lucente primo  
intelligibiliū substantia degenerauisse uidetur, similiter & ipsa inter itelle-  
ctum aīalē & intelligibilia eius cōtinuatio quodā mō relaxata est. nec in-  
tegra prorsus, ut unitas illa, quæ inseparato itellectu assidue uiget, atq; ob  
hāc cām tū ipse ad cognitionē penitus īptibilē, intellectu q̄ semp actū ē  
indiget pfectore, tū intelligibilia quæ sūt in eo illustratōe idigent ea quæ  
ab intelligibilibus sepatis effulget, ad hoc ut hęc quoq; pfecta intelligibi-  
lia fiāt, hinc Aristotēles intelligibilia hęc coloribus inqt eē similia splē-  
dori solis egētibus. Ipse q̄ nēt itellectus huius itellectibiliūq; suorū iter  
secōtactus ad īdiuisibile copulatur ab exactissima superioris itellectus  
& iteligibiliū unitate. Hac igitur rōne aīalis itellectus eē dicitur in  
potētia, quatenus uidelicet ad itellectū p̄tinet separatū. quoniā ille prorsus  
est īp artibilis sincerēq; unitus ad itelligibilia præclarissima & prima  
pfectaq; lumina. Dicitur etiā in potētia quatenus ab eiusmodi pficitur  
itellectu. Proinde ubi itellectus dicitur quasi tabella litterarū exps, se-  
cū dū quandā proportiōis cōparatōem accipi debet. Non enim hoc ita  
dicitur quasi itellectus, nullo mō spēs habeat. Sed quē admodū ipse itel-  
lectus est in potētia, nō ita quidē ut oīno nō sit itellectus. sed ut itellectus  
sane, talis autem itellectus, qui ab itellectu primo pfici debeat, sic & quæ  
in eo itelligibilia collocātur, itelligibilia quidē sunt, sed talia, qualia sint  
a sepatis itelligibilib<sup>9</sup> illustrāda, ut sincere prorsus itelligibilia sūt, qua  
propter coloribus cōparantur, & hęc ipsa tabella quātū spectat ad pfe-  
ctas eiusmodi spēs capiēdas litterarū uacua dicitur. Recte igitur Theo-  
phrastus absurdū eē clamat materialē itellectui naturā dare, atq; putare  
materiæ modo nihil esse actū, sed potētia omnia. prohibet in primis sic  
exponere dicta. Iubet in super indagare, quonam pacto itellectus alia  
quadam ratione in potentia esse dicatur. sed profecto quo pacto dica-  
tur in potentia esse iam quantum ad præsentia pertinet, sufficienter est  
dictum. atq; etiam non omnem itellectum in potentia esse. sed qualis  
ita se habeat est distinctum.

Caput quintum.

MARSILII.

Intellect<sup>9</sup> noster, q̄ possibilis dicitur. i. ab itellectu priō forma-  
bilis, habet innatū actū propriū atq; liberum, per quē ex se cō-  
uertitur priō ad se, spēsq; īnatas, deīde q̄tenus ad se, spēsq; suas  
conuertitur

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

cōuertitur, eatenus ad intellectū primū spēsque illius. Quo & quib⁹ formatur ipse speciesque suæ. i. ipse fit perspicacior & illæ lucidiores. & hic eis quā unitissimus intellectus noster est cōsubstantialē aliquid animæ. sicut dicunt de actu libero, quo angeli cōuertuntur ad se, & per se ad deum, signū quod species sunt innatæ, & quod intellectus hic nostri est naturaliter diuino cōiūctus, quoniā conuersus ad se inuenit oīa & perficitur a diuino. Nota hic & infra intellectū nostrū semp copulatū esse diuino. Res externæ nō formant sensū, sed spiritū. Sensus autē ad formationes eius modi educit in actū ex se species uel actiones cōformes illis. quādo dicimus intellectū possibilē ab agēte formari, nō intelligimus accipere formas, sed illo præsente formis suis efficacius & copulat⁹ uti intellectu possibili nullus ē motus, nulla passio proprie dicta. PRISCIANI.

Ost hęc autē Theophrastus ambigit quomodo uel intellectus noster intelligibilia fiat, uel ipsa intelligibilia fiat, quod uel sit ibi pati. Oportet enī ipsū quodā mō & intelligibilia fieri, & quādam ibi cadere passionē. si mō quē admodū sensus sic intellectus procedat in actū. Verū tamē ambiguū est, quæ nā passio a corporea natura in re incorporeā inferatur. uel quæ iter hęc accidat pmutatio, atque utrū ab illo principiū detur, an potius a seipso. Pati quidem hoc uidetur ab illo. Eorū enī quæ patiuntur nullū patitur a seipso. Iā uero & huic principium omniū esse cōpetit & a seipso cōuenit intelligere. neque sicut sensibus huic attribuitur a seipso cognoscere. sed mō quodā præstantiore.

Hactenus uerba Theophrasti.

It tamen hic interim intelligibilia. neque est res ipse sicut intellectus penitus separatus, propterea quod unitas eius quodā mō relaxata est ut diximus. Atque intelligibilibus plenius coaptatur. Hæc utique ratione quodā modo patitur, quādo degeneratus a pura, & prorsus in diuisibili separatoꝝ intelligibiliū unione, & tāquā inde digressus propterea quod cū aīa cōgenitus est nimirū tāquā alter ab alteris. tā ab ipso secundū actū intellectu, quā ab intelligibilibus, quæ sūt in illo perficitur. Verū tamē ipse quoque perficit semetipsū, quātū expergiscitur a seipso, sequi ad illu actū intellectu accomodat, perfectionēque ab illo actione propria suscipit. Præsertim quia non omnino ab illo secundum actum intellectu secessit. sed quamuis illi succumbens simul. tamen est ei coniunctus, utpote qui ipse quoque est intellectus. Atque idcirco non ad exteriora distractus, sed seipsum ingressus & conuersus ad semetipsum sibi que maxime pro uiribus copulatus. Ita demum ab ipso secundum actum



intellectu perficitur. Quãobré alio quodã pacto præter sensus patitur neq; id quidẽ proprie, sed æquiuoce, ac potius agit quã patitur, q̃ppe cū per actionem suã a superioribus p̃fectiones accipiat, nec extrinsecus suscipiat, quæ intelligit. Est enĩ & hic res ipse secũdo gradu, quatenus ipse perficitur, dũ & suis itelligibilib<sup>9</sup> copulatur, & simul superioribus coaptatur. propterea quod sua a superioribus nõ sũt diuulsa. Proinde itelligibilia sic agunt in intellectũ, quẽ admodũ sensibilia in sensũ agũt, hoc tamẽ excepto. quod itelligibilia nõ extrinsecus ueniũt ad agẽdũ. quãdoq; dẽ separata ab intellectu nõ sunt, quapropter una quãdã ambobus ẽ actio. in intellectu quidẽ circa itelligibilia, itelligibilibus itẽ ad intellectũ. quatenus hæc iter se seiũcta nõ sunt. sed intellectus est illa ipsa, quæ offerũtur intelligẽda. Quin etiã & circa sensũ passio istrumẽto contingit. quãdoq; dẽ sensitiuũ primũ secũdũ propriã p̃ficitur actionẽ, atq; motũ a sensibilibus nõ passiuẽ suscipit, sed actiuẽ multo igitur magis intellectus ex se ipso agit, atq; a rebus itelligẽdis p̃fectionẽ nõ passione accipit, sed actione, si nõ dicẽdus est accipe, ac nõ potius ex se producere. a se ipso enĩ exordiẽs p̃ficitur. iã uero passio illis accidit proprie, quæ mouẽtur ab alio, utpote, quæ extrinsecus icitãtur, i rebus aut, quæ oĩa intrinsecus operãtur, totæq; p̃ totũ sũt actiuæ, passionẽ aliquã suspicari nõ possumus, nisi forte æquiuoce passionẽ accipiamus. Intellectus. n. etiã qui potẽtia dicitur intellectus, secũdũ essentiã act<sup>9</sup> quidã est, quãuis secundo quodã gradu. hic igitur actus opponitur passioi, nec unquã affici passiuẽ p̃t. Omnino uero rebus incorporeis a corpe sepatis uel sepabilibus Theophrastus ait nec passionẽ, nec mutationẽ accidere posse. Et passioẽs quidẽ solere ab externis incidere, Intellectũ autẽ esse principiũ, atq; isup a se ipso. quo circa ad similitudinẽ patiẽtis hẽre se posse, quãuis reuera minime patitur. si enĩ oẽm excluderit passionẽ ait nihil intellectu. Vbi sane p̃fectionẽ a rebus itelligẽdis collatã noiãt passionẽ, quoniã intellectũ oĩno purẽ cõseruare necessariũ arbitratur. iterea uero quoniã ab itelligẽdis secũdũ propriã p̃ficitur actionẽ, idcirco nõ propria, sed cõmuĩori quãdã appellatiõẽ hic passionẽ dictã accipiẽus. Intellectus enĩ (ut Theophrastus ait) passionis est expers, nisi forte aliter quã dici solet dicatur ẽ passiuus. Nõ quidẽ ut mobilis. motus nanq; est ip̃fectus, sed potius uelut actio, hæc aut inter se differunt, tam & si necessum est iterdũ eisdem noĩbus uti. hæc Theophrastus. Vides igitur nõ secũdũ defectũ uel trãsmutationẽ aliquã, aut motũ quẽdã, uel ẽt ab externis, imo secũdũ actionem quãdã penes intellectum accipi passionẽ. Ignoscendum rursus existimat

## DE PHANTASIA ET INTELECTU

existimat, si quādo nominibus abutamur. Quippe cū ex rebus ad sensū spectatibus ad res ipsas pertinētes ad intellectū saepe nomina transferam⁹

Iubet autē Theophrastus definiri quid in mēte sit passio. Atq; ex eius sentētia dictum est hic, pati esse pfectionē quandam a superiore suscipere, dum uidelicet quod inferius est, sua quadā illinc actione pficitur. Atq; ita intelligibile ab intelligibili quodāmodo patitur, siquidē tanquā intelligibile secundū, & efficax loco secūdo, atq; ut incipiēs, & aliquē optinēs picipatū, sua q; actione ab eo quod praestātius definitū. At qui quodāmodo intellectus hic perficit semetipsum. Quoniam sicut est dictū, superioris munera per suā quandam suscipit actionem.

Caput sextum. MARSILII.

Vplex in anima est intellectus, & uterq; possibilis appellatur. Primus essentia indiuidua picipata ab anima. Secundus potentia ratione discurrens, quæ proprie nominatur anima. Ille actu semper intelligit diuina mēte formatus. hic intelligit quando cōuertitur ad illū. Cessat autē quādo diuertitur illīc ad sensū, & in utroq; est proprius actus, & liber. Phantasia nominatur aliquando intellectus. hæc enī est ultimū uestigiū intelligētiae. Anima rationalis, quia picularis uita est, per uices agit diuersa. Et alias ad diuina, alias ad caduca cōuertitur. Liberū arbitriū est in intellectu, tum intellectuali, tum rationali. Intellectus siue intellectualis, siue rationalis, qui & uterq; est in nobis, exorditur actū suum ex seipso, nec quicquā habet se prius. s. secundum tempus, si quid nuper mouerit intellectū nostrum alioquin p se torpentem. duo sequerētur absurda. primum aliquid feret prius hoc secundum tempus. Deinde nō haberet propriā actionem. PRISCIANI.

Væritur post hæc quare intellectus noster ab intellectu supiore nō semp accipiat, nec semp intelligere uideatur. sed profecto semp intellectus agit. Aīa uero nō semp utitur intellectu semp ei præsentē. quoniā uidelicet ad corpora uertitur. Vidētur sane Aristotēles & Theophrast⁹ (quod & iā dictū est) intellectū aliquādo totā uitā rōnalē cognominare. ubi ēt usq; ad phātsiā intellectus nomē extendūt. Atq; ita nō absq; rōne circa aīam quærat. cur nā nō semp intelligat. Nēpe nō itermittitur unquā intelligētia, quia potētia intelligēdi nō hēat. sed quoniā ad sequētia, corpeaq; & oīno extra seipsā aīa distrahatur, pp cōditionē picularis uitæ ad utrūq; uices agētē. In pspicua. n. ad seipsā reuersiōe, & ad intellectū cōuersiōe aīæ pfectio tota cōsistit. Cōtra uero inclinatioe ad corpora casus ab intellectu cōtigit. Nō solū uero intellectus

ut diximus, sed insuper anima perficitur a seipsa, quatenus a se actum aliquem exorditur, seque ipsam adhibet intellectui, atque sua quadam actione perfectionem apprehendit ab intellectu. Quoniam Theophrastus ait dicere actionem intellectus ipsius mouente alio incitari. Alioquin absurdum est. & nihil aliud est quam aliquid aliud introducere in intellectu prius. Item non erit sic in ipso actus uel facultas intelligendi, nisi sit aliquis alius, qui moueat intellectus, atque hæc quidem uera sunt, siue intellectum appellet essentiam indiuiduam, quæ participatur ab anima, siue animam ipsam rationalem.

## Caput septimum.

## MARSILII.

**i** N nostro intellectu sunt intelligibilia in ratione scibilia, nobis innata. sed ille agit circa illa actu quodam æterno. hæc circa sua agit actione temporali per eadem intellectus actionem. scilicet per intelligentiam. tum ipse maxime est intellectus, tum intelligibilia maxime sunt intelligibilia, atque uicissim. ergo intellectus est ipse res intellectæ. Intellectus etiam noster secundum essentiam est actus. Ideo in eo idem est esse quod agere. iccirco semper intelligit. sed in anima, id est in potentia rationali, aliud est essentia aliud actio. ideo non semper intelligit, non scit semper. sicut intellectus noster est intelligibilia, sic rationalis potentia est scibilia, quamuis non habeat hæc semper in actu, sicut ille. Ratio educit in actum scibilia per actionem propriam, quando in se reuertitur essentia animæ. ubi maxime indiuidua est, est intellectus, & esse ibi est intelligere, ubi non minus indiuidua habet annexam actionem ratiocinandi distinctam ab essentia simul, atque potentia discurrendi. Essentia animæ est & stabilis & mobilis, similiter actio. Actio stabilis comitatur essentiam stabilem, mobilis mobilem. Anima tota simul permanet & mouetur. item potentia mobilis circa stabilem uersatur. Item in essentia animæ permanente latet actio quædam æterna. Attentio animæ plurimum uertitur ad imaginabilia sensibiliaque. sed quando reddit in se inuenit scibilia impotentia rationali, per quæ tandem intelligibilibus copulatur, quæ semper in intellectu uigent etiam animali. Rationalis potentia reuersa ad intellectum non circa omnia simul agit, sed successione quadam propter naturam diuisibilem.

## PRISCIANI.

**c** Aeterum quæredum est quid natura sibi uelit, quod deinceps hinc in modum Theophrastus adducit. si enim inquit intellectus in agendo ipse res euadit. hoc autem maxime est utrumque, certe res ipse intellectus erit. Non solum enim intellecta, sed etiam intellectus

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

intellectus, tunc maxime sunt, quando intellectus intelligit. Quapropter modo utrumque ait, si igitur quando res ipse est, tunc & intellectus existit certe intellectus res ipse quæ intelliguntur erit. Num igitur quando nihil intelligit, cum ibi res ipse non sit, similiter nec intellectus erit, sed profecto ille, qui reuera est intellectus, atque etiam qui potentia dicitur intellectus uidelicet participatus ab anima intelligit sane, utpote qui & ipse essentia sua est actus, quamuis gradu secundo. In ipsa uero anima particulari habet dubitatio locum, hæc enim non semper intelligit.

Sed nūquid anima nihil est omnino, anima quam intelligatur, an aliquid est quædam, sed ceu materia quædam, formatur autem quando cognoscit rebus extrinsecus incidentibus, sed profecto anima ipsa & est aliquid antequam sciat, & non ab externis, sed a seipsa potius incipit, & quæ sunt cognoscenda producit, res quæ ipsas inuenit, quatenus ingreditur semet ipsam. Anima igitur res ipse in se est anima quam cognoscat. Quoniam uero & hac ratione quodammodo anima diuisa est, quia uidelicet non est actus secundum essentiam, sed scientiæ actum habet ab essentia procedentem, nimirum quemadmodum est etiam quando non scit aliquid actu, sic etiam ipse res existit, uidelicet non secundum actum & actionem sed potius per essentiam. oportet enim res ipsas in anima, eodem ordine quo & animam prorsus accipere, non quidem ex eo quod hæc semper intellecta sint, sed quia cognobiliter animus agat, atque hæc cognobilia sint effecta secundum sequentem & producentem ab essentia actionem. Si quidem in anima nec esse, nec agere simplex est, atque uniforme, sed hoc quidem permanens, hoc autem mobile, dum circa potentiam permanentem procedit potentia mobilis, & tota interim anima secundum utramque perpenditur, atque idcirco simul anima permanet atque mouetur. Simul etiam & agit semper secundum actionem occultam & essentiae permanenti congenitam, & secundum uitam extra progredientem atque mutabilem, quando ipsa circa sequentia diuiduaque tota conuertitur ad eadem operatur, utenstunc opinione cum sensu, neque conuersa ad illa quæ (ut ita dixerim) scibilia nominantur, quæ quidem res ipsæ sunt in anima, multoque minus conuersa tunc ad illa, quæ intelligibilia nuncupantur, quibus per ipsa scibilia uelut secundum unum continuum uel coniugium copulatur. Iam uero quando ad illa, quæ in ipsa manent uitam actionemque productam & aliquando progressam denique reuocat, non circa omnia simul agit, sed nunc quidem, hæc tunc autem illam ob naturam uidelicet diuisibilem.

Caput octauum.

MARSILII.

**P**otentia rationalis dicitur a potentia in actum procedere, non quia nouas formas accipiat, habet enim semper omnes, sed quia exercet nunc, quas non exercebat ante. Theophrastus ait, si intellectus sit ut materia simpliciter in potentia, quando accipiens nouas formas intelliget, essentialem quandam subibit mutationem, quod est absurdum. quod Theophrastus ait de intellectu nostro intellectuali. Id Priscianus trahit etiam ad intellectum rationale quodammodo, ille igitur neque formas accipit nouas, neque mouetur hic, non nouas quidem accipit, sed mouetur circa suas.

PRISCIANI.

**V**ando igitur in anima dicimus in potentia esse atque actu, secundum permutationem id accipimus, aut certe quando non adest actio illa progrediens, secundum quam habetur, dicitur que scientia, tunc sane illam essentialem permanentem actionis eiusmodi productricem esse in potentia dicimus, quæ & res ipse tunc existit, neque tamen agit secundum actionem progredientem. Quamuis igitur non omnia simul cognoscat, sed alias alia, non tamen propterea est etiam alias alia. nec unquam eadem, quoniam non undique permuat, sed est & aliquid in anima interea permanens, atque secundum hoc ipsum res ipsæ semper in anima permanferunt. Ait Theophrastus absurdum fore, si intellectus in potentia quidem ita sit, ut actu nihil existat sed in actu quidem positus alter quidam sit. & alter iterum, quando se ipsum non intelligit, sic enim ex eo quod intelligat aliud atque aliud, nunquam erit idem. At uero natura eiusmodi indiscreta, & ordinis expers sic euadens manifeste refellet eos, qui intellectum esse quidem omnia in potentia. Nihil autem in actu putauerit. Primum quidem quando non intelliget, nihil erit. deinde & si intelliget quando alia, neque se ipsum intellexerit, aliud quiddam erit neque profus idem, sed alias alter, atque ita perpetuo permuat. Quapropter ait, non sic accipiendum esse in intellectu potentiam, atque actum, sed (ut prius est dictum) ubi censuit secundum quandam proportionis comparisonem, duo hæc esse ponenda. Nec ullo modo sicut in materia, sic in intellectu hæc affirmanda.

Caput nonum.

MARSILII.

**I**n intellectus animalis non est mixtus corpori, ideo non formatur a sensibus. Potentia quoque rationalis huic adnata formas non accipit nouas, sed uicissitudine quadam suas exercet. Ra-

tionalis

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

tionalis natura in formali suæ essentiæ ratione scibilium omnium formas includit. Anima quavis ex potentia in actum migret, tamen non fit alia, quia nouam non induit formam, sed nouam præfert actionem.

**PRISCIANI.**

Roinde quando intellectum ait esse hoc aliquid addit, nõ tamen in hoc ei sensum æquari. Sensus enim ut & nunc adducit non absq; corpore, intellectus autem a corpore separatus. propterea ad pfectionem suam iis, quæ procedunt extra nõ indiget. itaq; anima etiam quando cognoscit nihil actu interim existit omnia secundum perfectionem essentialem atq; permanentem, quamuis iterea ipsa secundum productionem & appositionem actio, actusq; deficiat. itaque quantum ad hanc spectat, esse tunc in potentia iudicatur. Tum uero quoniam rebus scibilibus est congenita, quando aliquid sciuerit, sic in actu existens id ipsum, quod est & scibile, tunc nõ est a seipsa iam altera. Quippe cum ipsa secundum scibilia omnia suam sibi decernat essentiam. Verũtamen uidetur & quodammodo fieri, quando enim ita fit singula. quemadmodum sciens actu dicitur. hoc autem contingere dicimus. quando secundum se agere potest, nimirum est & tunc quodammodo in potentia, neq; tamen similiter, atq; tunc, quando nec didicerat, nec inuenerat.

**Caput decimum.**

**MARSILII.**

In intellectu nihil noui nascitur, in anima nascitur saltem nouus actus habitusque per actum. natura enim intellectualis est uniformis & stabilis. natura animalis præter hæc duo habet & horum opposita. Est enim multiformis in super atq; mobilis, motus pertinet ad animæ definitionem atque naturã. Anima rationalis, quia ẽ & media rerum, & per se mobilis, ideo uices agit ad extrema, præsertim quia ẽ uita particularis. potentia rationalis, aliquando ad intellectum, aliquando ad sensum se conuertit.

**PRISCIANI.**

Nter hæc Theophrastus ait a quonam generatio fit in anima, & quo pacto, siue generatio ipsius habitus atq; potentiæ, siue essentiæ ipsius introducatur. Videtur autem potius habitus, atq; hic habitus eiusq; generatio ad naturam accedit perficiendam. Fit igitur quodammodo anima, quoniam nõ ita uniformis est & simplex, sicut intellectualia esse censemus, neq; penitus stabilis sicut illa, sed permanet simul, atq; mutationem habet innatam. & ad

utraq; uices agit, quoniam est & media rerum, & uitam habet definitam motu, quam obrem tum fertur ad ignorantiam quatenus ad deterius inclinatur, tum scientiæ dono perficitur, quatenus conuertitur ad superius itaq; imperfecta fit quãdoq; uicissimq; perfecta. quotiens enim ignorat imperfecta censetur atq; propterea esse dicitur i potentia, quia & tunc habet cognoscendi potentiam. quotiens uero scit iudicatur esse perfecta

Tum uero quatenus agit quidem ex ipso actu sibi perfectionem uēdicat. sed quatenus etiam quando scit aliquid interea non agit omnino etiam tunc esse impotentia iudicatur. Non eadem tamen conditōe qua priusquã disceret, uel inueniret, utpote quæ iam possideat habitum, suamq; illam perfecit potestatem, quæ scientiæ actus edere consuevit.

Quando igitur Theophrastus interrogata quonam fiat in anima generatio uel habitus atq; potentiæ uel essentiæ. sic interrogare putandus est, utrū uidelicet secundum habitum tantum atq; potentiam, an etiam secundum essentiã in anima permutatio fiat.

Caput undecimum. MARSILII.

Nima nostra est mutabilis etiam quodammodo secundum essentiã. Alioquin si essentiã eius esset penitus immutabilis nõ ederet actiones adeo diuersas atq; mutabiles ut inter se tenderent in oppositū. item una in nobis est anima essentiã, quæ est in se penitus immutabilis non edit actiones aliquando rectas, aliquãdo peruersas. si duæ sint in nobis essentiæ animarum inter se disiunctæ, nec altera dependeat ab altera non erit animal unum. anima intellectualis non erit princeps uitæ corporeæ nisi hæc ab ipsa dependeat. Vnica essentiã est, in qua est potētia intellectualis atq; rationalis, & potētia quomodocūq; discurrens. uidetur hic in eadem animæ essentiã ponere intellectum rationem imaginationem, propter quam unionē, & hoc ē unū animal, & uires inferiores ad unum in anima principem referuntur. unica in uno quoq; nostrum est animæ essentiã, atq; hæc immutabilis est simul atq; mutabilis, in quacūq; mutatione animæ permanet ipsa uita sibi propria. s. rationalis. PRISCIANI.

Quoniam igitur ab essentiã sunt habitus atq; actus impossibile est essentiã quandam ponere, permanentem penitus. & a mutatione secretam, & eodem modo se semper habentem, quæ tamen interea aliquando quidē perfectas bonasq; actiones edat. Aliquando, uero imperfectas atq; peruersas, essentiã nãq; actionum causæ sunt, ideoq; quales sūt actiones talem quoq; potentiã simul atq;

## DE PHANTASIA ET INTELLECTV

atq; essentiaē speciem eē idē merito coniectamus. Siquis autem geminam essentiaē in nobis excogitet, atq; geminas potētias simul, & actiones, & alias quidem semper in se perfectas, alias autem modo imperfectas, modo uero perfectas existimet, hic si eas disiunctas intelligat, unum animal multa faciet animalia, atq; omnino præstantiorem deponet essentiam tanquam neq; dominantem uitæ, neq; cōmune quicquā habētem. si quidem per secundā efficitur ipsa inter imperfectum uicissitudo, atq; perfectum. qua quidem in re potissimum uita definitur humana. Sin autem qui excogitauit talia in nobis duplicia, is habitudines dicens duas, aut rationes duplices, aut uitas geminas, sic duorum nō dirimat unionem, ne forsā hoc pacto nostra natura choro cuidam, uel alteri cuiuspiam multitudini fiat similis. sed in unum cuncta cōgrediantur, atq; ad unū conflata principium ita conspirent. nos ita de hoc uno protinus percōtabimur, utrum uniforme sit atq; immutabile semper & integrum. qđ si protinus admittatur, inde sequeretur, ut nulla sit unquā in animalibus uel secundum essentiam uel secundum actionem imperfectio, aut prauitas ulla, uel passio. Actiones enim sequūtur essentiam. Verū tamen neq; penitus permutabile illud unum esse concedendum. permanet enim in mutationibus ipsa uita

Caput duodecimum.

MARSILII.

Nima nostra quia est media inter omnino stabilia atq; mobilia, ideo habet essentiam stabilē, atq; mobilem. perq; uices agit uitas omnium in mundo gerentium. Iamblichus de compositione animæ uitarūq; uicissitudine. in anima ē mutatio quædam non solum secundum habitudines, sed quodāmodo etiam secundum essentiam. quatenus ignem intellectuali siue rationali species uariat, nunc uiuens ut homo terrenus, tunc ut aereus, alias ut æthereus. Mihi uero Marsilio nō uidetur Theophrastus mutationem ullam, quæ tēgat essentiaē in anima ponere. Iamblichus uero quā minimam.

PRISCIANI.

Articularis igitur anima ut est apud Iamblichum ambo pariter comprehendit, tum permanēs, tum mutabile, ut & hac ratione medietas ipsa seruetur. Superiora enim stabilia tantum in se consistunt. Caduca uero mutabilia prorsus. At particularis anima tanquam media rerum atq; una cum omnibus circum mundanorum generib<sup>9</sup> diuisa, pariter atq; multiplicata non permanet solū, sed etiam permutatur totidem ita particulares diuisasue uitas agens, neq;



solum secundum habitus, sed etiam secundum essentiam quodammodo permutatur. Quod quidem Theophrastus quoque (ut arbitror) significare uolens ait. Videtur quidem magis in anima fieri secundum habitum generatio. Mutatio enim secundum habitus atque perfectio est admodum manifesta. propterea magis inquit. Atque dicendo hoc ipsum magis clare significat perfectionem quodammodo ad essentiam pertinentem & ob hanc causam subdit ita, hanc autem naturam perficit, naturam scilicet operantis, quasi prius perfecta non fuerit. si enim essentia esset omnino perfecta, certe habitus atque actio imperfecta non foret ab essentia sola procedens.

Caput decimum tertium.

MARSILII.

Es immateriales nihil in se habent nisi necessario pertinentes ad essentiam. Res materiales praeter essentialia subeunt accidentalia multa. intellectus noster cognoscit utrasque per formas innatas, quae formae representant, immaterialia quidem tanquam eis cognatae, materialia uero tanquam causae. Aristoteles & Theophrastus de rebus a materia separatis & de coniunctis. Iamblichus & Plutarchus commentatores Aristotelis. intellectus possibilis in nobis est duplex. alter primus semper in actu, alter secundus transiens de potentia in actum. i. ratio. Ratio quando non uagatur per imaginationem & sensus conuersa ad se inuenit rationes rerum innatas. Rationes innatae sunt germanae substantiarum separatarum, & sunt uel causae materialium, uel conuulsae causis. Intellectus agens se uidens conspicit omnia secundum causam.

PRISCIANI.

Einceps uero Theophrastus quemadmodum Aristoteles duo ponit genera specierum, alias quidem immateriales, alias uero materiales, atque in speciebus a materia separatis ait idem esse ipsum unumquodque, & ipsum eius esse, quando uero dicit ipsum eius esse rationem formalem speciemque designat, at quando dicit ipsum unumquodque substantiam significat totam & in speciebus quidem sine materia existentibus secundum solam rationem, atque speciem totam putat esse substantiam. in speciebus autem materialibus aliud esse uult ipsum unumquodque, aliud ipsum eius esse, horum namque primum secundum utrumque conuulsae accipitur alterum uero secundum speciem intelligitur. Quonia igitur intellectus qui dicitur in potentia utrasque species contemplatur, inquit Theophrastus, una cum Aristotele quomodo speculatur utrasque, & quomodo species in materia existentes etiam quadam abstractione cognoscit. Materiales namque species, uel secundum solam speciem contemplatur.

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

tur. Hæc igitur planius discreuerunt legitimi interpretes Aristotelis, Iamblichus & Plutarch<sup>9</sup> nestorio gēitus, nos quoq; aliqd cōmentare debemus breuiter quæ sita diiudicātes. Afferro igitur ipsum potentia intellectum tum eum qui participatur ab anima, tum potentiam ipsam rationalem, quando sincere utitur ratione, neq; una cum sensu & phantasia ad exteriora protenditur, tunc species rationesq; immateriales sibi insitas contemplantem secundum has ipsas excogitare species, tum a materia segregatas, tum materiae distinctas. Illas quidem secundum quandam (ut ita loquar) identitatem, atq; communem inter immateriales species unionem. has autem uelut a causa ea, quæ sunt similia causæ. Sicut. n. ille actu intellectus dum intelligit semetipsum sequentia sub se cuncta cognoscit. utpote qui ipse res ipse sit per causæ modum atq; ab eiusmodi causis, effectus quoq; præstantiore modo quā ipsi in se sint apprehendat. Ita & qui est in potentia intellectus sequenti gradu ab eis, quæ in se ipso sunt proximis causis materialia percipit. Immaterialia quidem in se insita materialium principia contemplantus.

Caput decimūquartum.

MARSILII.

Ensus cognoscit accidentia tantum atq; particularia. Intellectus etiam uniuersaliter, atq; per rationes essentielles accidentia inde sequentia. item cognoscit omnia per insitas rationes. in materialia quidem tanquam his rationibus coniugata. materialia uero tanquam hinc effecta. Rationes in anima insitæ respiciunt materialia tanquam causæ immaterialia, uel tanquam germanæ, uel tanquam effectus. Species naturales quāuis non sint extra indiuidua. uere tamen cogitantur indiuidualibus accidentibus non cogitatis. Item si figuras mathematicas ratio excogitat absq; certa materia, quāuis cognoscateas sine materia existere nunquā posse.

PRISCIANI.

Ognoscit uero intellectus materialia non sicut sensus. Sensus enim tanquam particularia secundum qualitates attingit, uelut tanquam calida, uel frigida, uel alba, uel aliquid aliud generis eiusdem. Intellectus autem uitāq; rationalis cognoscit essentias secundum cōmunes materialium species. Num igitur intellectus ignē esse calidum non cognoscet? Sed profecto qualitates & accidentia omnia ab unaquaq; progrediuntur essentia. quo circa intellectus, q cognouit essentiam, accidentia quoq; per ipsas essentia rationes præstantius etiam quam sensus cognoscit. Sed ut ad propositū reuertamur. quo

modo anima utraq; percipit formarum genera. tum materialia in qua  
tum a materiis absoluta. Certe (quæ admodum dictum est) utraq; secun-  
dum in fitas animæ rationes, sed immaterialia quidem tanquam rationi-  
bus sibi in fitis coniugata, uel tanquam præstantiora, materialia uero ue-  
lut effecta, tum uero, quæ abstractione cognoscuntur auferendo. sūt quodam-  
modo speciebus materialibus eadem, secundum uero se ipsa a nobis ex-  
cogitantur, id autem est, non una cum materia cogitantur, quando qui-  
dem neq; modo separato subsistunt, neq; intelliguntur tanquam in mo-  
do quodam separato essentiam sibi suam uendicent, sed quando ea una  
cum materia cogitamus, tunc tanquam materialia dicimus. Quando  
uero tanquam solas species cognoscimus agnoscimus, tamen interea in  
materia eas existere, nec aliter subsistere posse, tunc abstractione percipimus.

Caput decimū quintum. MARSILII.

Adem uis in nobis intellectualis cognoscit immaterialia, atq;  
materialia, & hæc rursū uel uniuersaliter uel singulariter. idq;  
totum agit per rationes innatas, quibus utitur ad immateria-  
lia quidem tanquam germanis, uel tanquam effectibus eorum, ad mate-  
rialia uero tanquam causis. PRISCIANI.

Unquid igitur anima potentia quadam altera, uel per alterū  
modum se habere materialia & immaterialia iudicat, rursūq;  
& illa, quæ profus in materia deprehenduntur, & quæ percipi-  
untur abstractione. An potius eadem potentia & similiter se  
habente. Forſan uero est utrunq; uerum. Idem nanq; differētium iudex  
esse potest. Nempe ipsum intellectuale idem & eodem modo se habens  
id efficit. nam secundum proprias rationes & interea id efficit quodam-  
modo altera facultate, & quoquomodo aliter se habente. quoniam ra-  
tiones proprias, uel tanquam causas contemplatur, quando ab eis mate-  
rialia cogitat, uel tanquam immaterialibus coniugatas uel quasi ab intel-  
lectualibus speciebus effectas. Atq; hoc pacto suis ratioibus contem-  
platur adeo, ut quasi alteræ interea factæ sint, aliterue se habeāt.

Caput decimum sextum. quia materia est subiectum priuationis  
atq; diuisionis, ideo formæ exptes materiæ sunt plenæ uita, & intellectu,  
indiuisibilis que. MARSILII.

Unquid igitur intellectus formarū pleni, quia nulla ē ibi priuatio,  
sunt & idē cum formis quia nulla diuisionis, quoniam formæ sūt,  
fiūt ue intelligibiles propter separationem a materia, ideo in-  
tellectus sunt separati. necesse est super species materiales, quia  
imperfectæ

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

imperfectæ sunt immateriales esse. Quod a materia separatur statim eua-  
dit intelligibile pariter atque intellectus. Intellectus apparet indiuidu-  
us, quia conuertitur in seipsum item plenus formarum, quia in se  
conuersus inuenit omnia. Tres ordines substantiarum separata-  
rum, tres intellectuum. sunt intellectus supermundani tantum con-  
templatores. Sunt deinde intellectus supermundani quidem. sed recto-  
res cælestium animarum. sunt tertio intellectus mundani idest cælestes  
animæ. similiter est intellectus agens est & possibilis in anima rationali.  
Est tertio potentia ipsa rationalis, quæ etiam dicitur intellectus. Anima  
rationalis per rationis officium testatur se etiam separatam plenamque  
formarum, quatenus libere suum actum incohat, colligitque se ad se, &  
sic inuenit omnia.

### PRISCIANI.

Mnino uero quemadmodum res ipsæ sūt a materia separa-  
tæ, sic Aristoteles atque Theophrastus, quæ sunt circa intel-  
lectum habere se putant. Forsan igitur hæc eorum sententia  
sic exponenda uidetur. quemadmodum materiales spe-  
cies cogitatione sola a materia separantur. Atque ita altera facultate.  
& altero modo se habente diiudicantur, tanquam per solam cogitatio-  
nem apprehensa sint, atque discreta, sic & ipsius in potentia intellectus  
species insitæ ab eo per solam intelligentiam segregantur. Quando qui-  
dem secundum essentiam semper unâ cum speciebus existit. adeo ut &  
quomodo intellectus in potentia dicitur, actûque nihil animaduerta-  
mus, quia uidelicet per solam intelligentiam, aut igitur illa Aristotelis  
& Theophrasti uerba id significant. sic enim Plutarchus exponit, uel  
potius ita ut mox subiiciam. Quemadmodum quæ dicuntur a materia  
separata, alia quidem re uera separata sunt, ut in materia profus. alia ue-  
ro per intelligentiam, sicut quæ abstractione percipiuntur, sic & intelli-  
guntur utraque. Alia quidem, ut re uera seiuncta, alia uero & si cogitatio-  
ne aliqua seiunguntur, non tamen aliter quam (ut ita dicam) materiali-  
ter subsistentia. Forte uero sic melius exponemus, quemadmodum sepa-  
rata penitus a materia disponimus, sic & quæ sunt circa intellectum di-  
sponere decet. ne forsan hæc secundum cogitationem solam, sed proprie  
præcipueq; sepa ponam<sup>9</sup>. Nepe quemadmodum immateriales illæ spēs re  
uera seiunctæ sūt a materia, sic & intellectus est penitus a materia segregatus

sane ante & supra materiales species, necessum est immateriales existere atque intelligibiliter (ut ita dixerim) in se subsistere. Quippe quæ indiuisibiles sint, totæque per totas uita cognitioneque unita plenæ, uitæ nâque uacuitas, & inscitia secundum priuationem se habere dicuntur, priuatio uero in commistione ad materiam accidere consueuit. quoniam igitur expertes materiæ species, confestim intellectuales sunt. constat eas esse in intellectu, ipsumque intellectum esse materiæ prorsus expertem, atque una cum immaterialibus speciebus essentiam suam esse sortitum. siquidem uita cognitioque, quæ in se ipsam conuertitur est indiuidua. præsertim quoniam ipsa se ingrediens entia inuenit, atque uera. At quoniam in rebus re uera separatis expertibusque materiæ differentiæ quædam est sub descensu quodam. aliæ enim sunt penitus indiuiduæ. aliæ cum explicatione quadam, aliæ denique inter hæc mediæ sunt tanquam indiuiduæ quidem determinatiuæ tantum explicatorum, sic & intellectus ipse se habet, primo quidem gradu separatus est, illè qui secundum actum dicitur intellectus. Secundo uero intellectus secundum potentiam designatus & participatus ab anima, atque ipsa rationalis anima. Hæc enim quamuis cum explicatione se habeat, tamen ad indiuiduum ipsum & se & alia colligit. Hæc a se ipsa suum opus orditur. hæc in se ipsa res inuenit, atque uera, hæc igitur separata est, rationumque separatarum plena.

**Caput decimum septimum. omnis intellectus est omniformis, sed intellectus agens est omnino ipse suæ formæ.**

**MARSILII.**

**P**ossibilis est quodammodo distincta a formis suis, atque hæc inter se distincta, potentia rationalis magis etiam a formis suis distincta est, & in ea formæ discretæ magis. Sensus profert rationes suas consequenter quatenus ab externis passionibus incidunt in instrumento. Intellectus non sicut sensus externa prospicit. sed inspicit sua, & alia conditione quam externa requirant. Nota per hæc & sequentia intellectum agentem esse deum, si modo est omnia indistincta ex se & terminus omnium atque perfectio, intellectus possibilis dicitur in potentia, tum ad suas formas, quæ quodammodo distinctus est ab eis, tum ad agentem, quoniam illuminatus

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

illuminatus est inde, & inde suis formis unitus. intellectus possibilis simplici stabili que intuitu uidet. potentia rationalis actione mobili atque composita. ideo minus unita est rebus percipiendis, sed unitur ab intellectu, ad quem est in potentia. Ratio etiam colligit se ad unum, & in se inuenit omnia. intellectus possibilis semper, & ubique est unitus agenti, & formatus ab eo. sed quoniam per propriam & liberam actionem suam est inde formatus, iure formare se ipsum intellectus possibilis ita est omnia secundo gradu, sicut agens omnia primo gradu.

### PRISCIANI.

Heophrastus iterum philosophice admodum commemorat, quemadmodum hoc ipsum, quod dicitur in intellectu res ipsas existere tam in intellectu secundum potentiam, quam in intellectu secundum actum se habente proprie debemus accipere, ne forte uel quod dicitur in potentia secundum priuationem accipiamus, sicut in materia consueuimus, uel quod dicitur actu secundum perfectionem passiuam, & ab externis illatam fieri suspicemur. neque rursus sicut in sensu fieri consueuit, ubi per motionem instrumentorum accidit productio rationum. ipseque sensus extra posita percipit. immo in ipso intellectu intellectualiter capiendum esse ait, tum in potentia, tum in actu res esse. nam secundum impartibilem unitatem terminumque sincerum & perfectionem prorsus unitam hoc ipsum, quod actu dicitur iudicandum. Est enim ipse in actu intellectus re uera res ipsa, non secundum participationem, non diuisim, non ut alius, non ut ab eis determinatus, uel imperfectus. immo ut ipsa res existens, & ut terminus omnium atque perfectio. Secundum uero contactum unam cum alteritate factum. Ac per descensum quendam quodammodo ad determinatum, atque aliunde perfectum accipere hoc ipsum, quod in potentia nominatur, ipsa interim alteritate in anima rationali manifestius apparente. Quod quidem & eius speculatio patefacit una cum explicatione quadam, & euolutione rebus cognoscendis unita. Neque tamen ipsa omnino diuisa a rebus, atque distans, alioquin ad ipsum impartibile collecta non esset, nec ex se ipsa atque in se cognobilia unquam contemplata fuisset. Sed quasi remissam habens ad res unionem & idcirco ab eo, quod est prorsus unitum assidue pendens, ob hoc ipsum dicitur in potentia. Iam uero remissio haec apertius apparet in anima, atque inde iam in intelle-

ctu ab anima participato propter subiectionem quandam. qui sane intellectus ab intellectu unito prorsus & impartibili termino dependet, manetque ibi suspensus, & ab eo secundum essentiam est perfectus, atque ideo secundum se dicitur in potentia, sed quoniam hic quoque est impartibilis, neque secundum distantiam, neque per integram alteritatem intellectui primo succubuit, idcirco neque tanquam aliunde mobilis, neque tanquam ab alio, quandoque perficitur, sed seipsum perficit, quanuis illius termino se perficiat, & secundo quodam gradu est hoc ipsum, quod ille primo, atque secundum proxime sequentem, ad illumque respicientem unionem est unitus. sic igitur proprie ut intellectui competit, quod impotentia nominatur, est in intellectu censendum.

Caput decimum octauum.

MARSILII.

**I**n intellectus possibilis cum primum existit, est species ipse omnes secundum essentiam, ideo non accipit eas ab agente. Sed perfectam sui ad eas earumque inter se unionem. Quam illic habet ab euo. Ratio uero ab intellectu accipit temporaliter unionem. Intellectus possibilis dicitur quasi uacuis formarum, quia nisi ab agente uniaur formis suis, perinde se habet, ac si non haberet. non enim uidet eas nisi perfecte unitus eis. Nota hic & infra intellectum possibile per suum liberumque actum assumere perfectionem ab agente, & ita seipsum perficere, intellectus possibilis semper copulatus agenti, semperque formatus in actu. Ratio non semper intellectui copulata, ratio similiter per actum proprium et liberum intellectui copulatur. perficitque inde seipsam.

PRISCIANI.

**T**qui mihi uidetur Theophrastus hic quoque significare, id quod in potentia in intellectu dicitur oportere proprie, ut intellectui consentaneum est accipere. exemplum enim de tabella nondum scripta ad significandum quomodo intellectus in potentia sit introductum ab Aristotele, ita sub intelligit, atque notat, ut litterarum uacuitatem admittimus in intellectu, quatenus est intellectui consentaneum. habenti uidelicet species secundum essentiam perfectasque possideti. Sed ita prorsus ut a primo intellectu sit perfectus actuque conscriptus. Ipsum nanque individuum & unitum perfectionis hic

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

nis hic habet inde, & intellectus hic, qui dicitur in potentia esse, est intellectualia secundum potentiam, utpote qui secundum quandam gradus submissionem & cum quadam alteritate siue diuersitate hæc habeat. Sed interim excitatus a semetipso ad indiuiduam perfectionem ab intellectu primo suscipiendam. tale enim est intellectuale, quando dicitur in potentia esse. sed actu nihil a natura quam intelligat. idest non indiuidue nec unite intelligibilia est prius, quam perficiatur a primo. Dictionem uero hanc scilicet prius, quamuis in anima, non tamen in intellectu participato secundum conditionem temporis debemus exponere. Immo uero secundum submissionem & separationem quandam excogitatam, & simul secundum ipsius proprietatem. Intellectus enim hic in potentia nominatus quatenus est inferior, atque ipsemet in se duntaxat excogitatur, nondum est actus. sed quatenus copulatur primo, sic ab illo perfectus, immo secundum illum perficiens inde se ipsum.

Caput decimum nonum. omnis forma a materia segregata est procul a priuatione & motu atque diuisione.

### MARSILII.

Ropter primum inest omniformis uita, que & intelligentiæ compos. propter secundum intelligit in se permanens, ideoque se omniformem intelligendo intelligit omnia. propter tertium, sunt ibi simul in se inuicem omnes formæ atque quod intelligit, quodue intelligitur est penitus idem. Cum ait res corporeas plurimum nõ sentire se ipsas, quasdam uidetur excipere. Sunt enim qui uelint cælestia suo lumine sentire se ipsa. Forma a materia separata cum sit forma perfecta siue dicatur intelligibilis est intelligibile perfectum, tale uero est quod intellectui est unitum, siue dicatur intellectus similiter intellectus est perfectus. Talis autem est, qui intelligibili est unitus. intellectus noster simplicem stabilemque semper habet intuitum, ratio uero discursum, in ratione scientia est, quæ est acquisita cognitio per discursum. Ratio scitura aliquid discursum reuocat ad inuitas rationes, per quas dum res cognoscit habere res scitas dicitur in se ipsa. immo Plotinus ait rationem per rationes innatas secundum potentiam esse omnia. Quando uero aliquam in actum exierit rationem, tunc animam ipsam actu euadere rationem, atque hoc ipsum esse scire. Ratio per formas innatas



uelut per causas cognoscit materialia ut effectus. Immaterialia uero per easdem tanquam eisdem rationibus coniugata. uisus actu uidens una cum uisibili concurret in unum. Veruntamen sensibile uenit extrinsecus. Multo magis scientia cum scito uenit in unum. siquidem non prospicit extra. magis in super intellectus atque intelligibile sunt penitus unum, motu nanque non distrahuntur.

## PRISCIANI.

Ost hęc ubi Theophrastus exponit Aristotelem dicentem, **p** separata & immaterialia una cum intellectu eadem esse, in rebus autem materialibus unumquodque intelligibilem in quadam esse potentia. Atque his non inesse mentem distinguit articulatim eiusmodi dicta, dirigitque, & interea quaedam dubitat. Ut igitur hęc quoque planius apprehendamus, Aristotelis uerba in primis articulatim & breuissime pro uiribus disponemus. quoniam inquit alia quidem sunt in materia, alia uero sine materia, quales sunt incorporeæ separataeque substantiæ, in rebus quidem separatis idem est intelligens atque intellectum. Intellectus enim non ad externa porrectus, sed in se manens res ipsas intelligit. Quapropter cum rebus intelligendis est idem. quin etiam immaterialia omnia cum indiuisibilia sint, & uitæ cognitionisque plena, nimirum intellectualia esse censentur. nam sensibilia quidem propter materialem diuulsionem, sunt aliis sentiēda, sibi uero ipsis pleraque nullo modo. sed res materiæ prorsus expertes, cum intelligibiles sint hac quoque ratione a rebus differunt sentiendis, quod non sunt ab intelligente diuulsæ, neque ab externis perficiuntur. sed perfecta ratione sunt ex se ipsis intelligibiles. Quocirca & intelligentes, & cum sint impartibiles, impartibiliter uniuntur intelligenti. Cumque in super totæ sint per totas intelligibiles, merito totæ per totas intellectui sunt unitæ. Neque secundum accidens, sed secundum essentiam intelligibiles sūt. & secundum essentiam sunt perfectæ atque ob hanc causam perfectæ secundum propriam essentiam existentes, nimirum intelligibiles eadem sunt. atque simul intelligentes, ut secundum se ipsas & intelligibiles sint, & intelligibiles perfectissimæ. Proinde Aristoteles ab ipsa quoque scientia nos admonuit in rebus separatis idem esse, quod intelligit, & quod intelligitur. Scientia enim inquit speculatiua, atque quod est ita scibile inter se sunt idem. id est scientia haud prorsus ad exteriora porrecta. sed permanens in se ipsa

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

in seipsa, & intrinsecus agens, simul & rerum speculatrix existit. & quod est ita scibile, est illic idem. Cum enim scibilia dicamus, & materialia, & quæ abstractione quadam percipiuntur auferendo, non ita scibilia hæc appellamus, ut scientia hæc coniugato secum pariq; ordine speculetur, sed ut a rationibus in anima insitis, uelut a causis apprehendat. Ad hæc igitur ille respiciens, & ex aduerso distinguens quod sic est scibile iquit. .i. quod pari coniugataq; sorte scibile, tale uero est, quod æternum, atq; in ipsa anima constitutum. Id autem idem, atque scientia est. iam uero ē & desensu dictum, non aliter cognitionem ibi perfici, nisi in idem cognitio secundum actum, cum re secundum actum nota concurrat. qua propter & ipsa secundum actum scientia eadem est cum scibili secundum actum. sed hoc interest, qui neque uenit extrinsecus, neq; extra positum est, quod principaliter est cognoscibile, sicut in sensu contingit. Si igitur scientia simul & scibile idem est, magis autem intelligens intellectumq; unitur. certe & intellectus esse idem quod intellecta censetur.

### Caput uigesimum.

### MARSILII.

**Q**uod est materiale nõ ē ex se intelligibile, sed quatenus a materialibus conditionibus per intellectum absoluitur. neque igitur sibi, sed intellectui abstrahenti intelligibile fit. Contra uero res per se a materia separata, & ex se intelligibilis est, & intelligibili sibi ipsi. In rebus igitur separatis intellectus, atque intellectum in eadem forma concurrunt. intellectus cognoscit materialia, non per illa, sed per rationes eorum innatas intelligentiæ quasi per causas intellectus. secundum Theophrastum & Aristotelem est immaterialis, & tamen est potentia quædam materialium. id tribus modis exponitur, duobus actiue, uno quasi passiuæ. Primo intellectus est potentia productiua actuum suorum uel actionum circa materialia, secundo non æqualitate naturæ, sed supereminenti potestate per formas suas quasi per causas materialia noscit. Tertio materialia quoque cognoscit, quatenus lumine intellectus agentis est formatus. immaterialia sunt præsentia semper intellectui naturaliter. materialia uero præsentia fiunt, quatenus per intellectum a materia resoluuntur. scientia in actu fit idem cum re in actu scita in ipso etiam rationis discursu. Multo magis in ipso intelligentiæ statu intelligens, intellectumque est idem. Siquidem intellectus ipse secundum essentiam est illæ ipsæ formæ, quæ intelliguntur ab eo. intel-

lectus cognoscit immaterialia uelut si coniugata. Materialia uero tanquam inferiora prout innatas sibi formarum tanquam materialium causas animaduertit. Intellectus agēs nullo modo factus est. intellectus possibilis in nobis primus nunquā fit, sed semper est factus. i. formatus agente. intellectus possibilis in nobis secundus. i. ratio fit semper. i. quotidie per intellectū superiorem & discursionem suam ad illum actum formatur, uel saltem innatas formas in actum ex ocio profert. Sentētia hęc de intellectu triplici, & æterno quodam in nobis intelligētia actu a Plotino & Iamblichō sæpius approbatur. PRISCIANI.

Vum hęc igitur ita se habeāt, merito ille in opportuno disputationis medio idem his uerbis significauit. Cur nam igitur inquit non semper intelligimns. siquidem in nobis est & intelligens, & intellectum. eadem nanq; sunt ambo. hoc igitur quā primum pro uiribus considerare debemus, in illis igitur quæ sepata sūt a materia, idem est intelligens, atq; intellectum, quemadmodum supra diximus. in his autem, quæ cum materia sunt unūquodq; intelligibiliū est in potentia. Materialia enim neq; secundum seipsa, neq; secundum essentiam intelligibilia sunt, neq; eundem ordinem sortiuntur cum intellectu, neq; tanquam illi coniugata noscuntur. quomodo igitur dicuntur secundum potentiam intelligibilia: si enim in potentia sunt talia, etiam in actu quandoq; intelligibilia erunt. erunt profecto quandoq; talia, sed non coniugata sorte, immo secundum eorum causas intellectu positas cognoscetur, at qui & quoniam eadem cum causis proprietatē habent, ipsa quoq; intelligibilia nominantur, sed potentia quadam intelligibilia, quoniam, qui ea intelligit, eadem supereminet, atq; secundum supereminentem causam intelliguntur ab eo, non autem se uel sibi ipsis intelligibilia sunt. non enim se intelligunt. Quamobrem deinceps hęc adducit, illis igitur non inest intellectus, materialibus uidelicet rebus. Propterea non sunt intelligibilia sibi uel seipsis. quoniam hęc quidem materialia sunt, intellectus autem immaterialis existit. Absque enim materia est (ut ait) intellectus talium ipse potentia. Quorum sane quod absq; materia dicitur, naturam intellectus ostendit materiae prorsus expertem. intellectus autem materialium potentia est. uel tanquam actionum causa, sic enim Plutarchus exponit, uel tanquam non coniugata, sed eminentiore quadam conditione hęc intelligens. quoniam hęc a causa contemplatur, uel ipse in potentia intellectus, talium quoque potentia est, tanquam hęc etiam secundum perfectionem intelligens a superiori tribu-

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

tam. Materialibus igitur non inest intellectus, in intellectu autem intelligibile inest, hoc uero articulatum distribuēs. Theophrastus ita subdit. sed quando fiunt, intelligunturq; tunc uidelicet hæc habebit. ipsa uero intelligibilia semper, siquidem scientia speculatiua eadem est, atq; scita. hæc aut ipsa, quæ uidelicet secundum actum. talis enim præcipua est, in intellectu sane inquit intelligibilia. i. immaterialia semper ut eadem adsunt, quando quidē secundum essentiam ipse simul cum eis existit. atq; est id ipsum quod intelligibilia esse dicuntur, materialia uero tunc demum quando intelliguntur, intellectui præsentia sunt, non tãquam pari sorte ordinisue eiusdem ab eo intelligenda. nunquam enim materialia cum intellectu immateriali, ex quo coniugium sortiuntur. At quando intellectus, quæ sunt in ipso, non tanquam ipsa solum, sed et tanquã causas materialium animaduertit, tunc materialia quoq; intellectui secundum causam præsentia sunt. Hæc autē de intellectu quidem secundum actum accepto dicta fuisse non affirmarem. Ille enim non est potētia, nec unquam fieri potest.

FINIS.

prohemium Marsilii ficini florentini in alcinoi & speusippi, & Pythagoræ opuscula ab eo è græca lingua in latinam traducta. Ad Ioannē caualcatem florentinum ciuem amicum unicum.

Eram Platonici philosophi amiciciam optime mi Ioannes stabilem uitæ duorum unionem diffinierūt. Vitam uero nos unã in illis esse duntaxat hominibus arbitramur, qui opere uno ad unum finem tãquam eodem calle ad eundem itineris terminum gradiuntur. Stabilem quoq; eorum ita demum fore societatem existimamus cum non unum solum, uerum etiam stabile, firmumq; id fuerit, quod sibi communi quodam inter se officio sectandum proposuerunt. Verum cum omne hominum studium, atq; commercium ad id, quod bonum putatur semper contendere soleat, bona uero tria esse mortalibus uideantur. bona inquam animi, corporis, & externa, aut uirtus animi ab illis, aut uoluptas corporis, aut diuitiarum copia quæritur. Horum. profecto primum illud certum est, & perpetuum, duo reliqua caduca sunt, atq; mortalia. quamobrem inter illos solum stabilis uitæ unio, quæ uera est amicitia esse potest, qui neq; ad diuitias cumulandas, neq; ad explen-

das libidines corporis, quæ omnia fluxa & caduca sunt, sed ad unam stabilémq; uirtutem animi capescendam atq; colendam cõmuni quodã inter se studio, & toto mentis ardore proficiscuntur. Animi uirtutem philosophorum ille omnium magister & dux Plato noster sapientiam uoluit nuncupari. sapientiam uero esse rerum diuinarum cognitionem existimauit. res autem diuinas idem in libris de repu. non aliter menti nostræ innotescere posse, quã deo nos illustrante demonstrat, quemadmodum & corporum formas oculis, non aliter quam sole oculos illuminante uideri idem igitur deus est, quem uidere desideramus. qui aciem mentis ut intueri possimus illuminat, qui lucidæ menti se deniq; monstrat. monstrando delectat, idem uia nobis est deus, & ueritas é, & uita. Via quidem, quoniam suis nos radiis ad se conuertit, & ducit, & rapit. Veritas autem quia uerum se nobis ad ipsum conuersis ostendit. uita deniq; quoniam animum nostrum ipsius contemplatorem beata illa uisione pascit perpetuo, & oblectat. Hunc ergo sapientiæ omnis perennem fontem sitiant oportet omnes, quicumq; sapientiæ gustare liquores suauissimos cupiunt. Sapientiam uero sectentur necesse est omnes, qui uirtutem animi adipisci desiderant, quo efficitur, ut quicumq; animum suum colere instituunt, Deum colere compellantur. amicos autem inuicem eos in superioribus definiuimus, qui simili & pari studio ad uirtutem cõtenderët, mutuóq; fauore suos animos colerët. Cultus animi sola uirtute constat. uirtus sapientia est, sapientia cognitio diuinorum, cognitioem huiusmodi lux nobis diuina largitur. Cultus itaq; animi dei ipsius est cultus. Amicitia igitur cum duorum consensu ad animum uirtute colendum nitatur, nihil utiq; aliud esse uidetur, quam duorum animorum summa in deo colendo concordia. Amantur autem a deo quicumq; deum pia mente colunt. Ideo non duo quidem soli, sed tres necessario amici sunt semper. duo uidelicet homines, unusq; deus. Deus iquã Iupiter hospitalis. Iupiter amicabilis. Iupiter hũanæ uitæ seruator, quæ coluit Plato semper. Semper Socrates honorauit. Hic uitæ dux hominum. hic nos in unum conciliat. hic indissolubilis est amicitia nodus, custósq; perpetuus. hoc deo quondam conciliatore prisci illi theologi quorum memoriam ueneramus, sanctam inter se amicitia copulam iniuisse traduntur, apud persas Zoroaster in ipsis religiosæ philosophiæ mysteriis assiduam sibi comitem Arimaspe aspirante numine dicitur ascuisse. Mercurius trismegistus apud ægyptios similiter esculapium. Musæum in thracia Orpheus. illic etiã Aglaophemus pythagorã Atheniensis

## DE DOCTRINA PLATONIS

nienſis Plato dionem primo ſyracuſanum. Dione deide defuncto. Xenocratem. uſque adeo ſapiētes uiri ad cœleſte iter tuto & placide peragē dum, & ducem deum, & comitem hominem neceſſarium fore arbitra bantur. Horum ego ueſtigia ſuperne per cœli plagas impreſſa. & ſi mi nime ſequi poſſe confido. Hoc tamen unum mihi iam abunde uideor conſequutus, ut ad ſacræ philoſophiæ ſtudia exercendam uirtutem, ueri tatem inueſtigandam optimi uiri commoda & iocunda ſocietate non careā. Reor enī Ioānis caualcantis, & Marſilii ſicini familiaritatē in ea rum numero, quas Paulo ante commemorauimus ponendā, ac duce deo, qui nobis ſœliciter hanc copulam inſtituit & conflauit, utrique no ſtrum ad res agendas ad uitæ tranquillitatem, ad diuinorum indagatio nem plurimum conducturam. Huius ſingularis beniuolentiæ mo numenta poſteritati mādare alias quidē maiora conſtitui, & nunc opu ſcula quædam a me nuper é græca lingua in latinā traducta, quæ ad no ſtram illam platoniam ſectam, cuius ſacris initiatus es, collatura maxi me uideātur. Accipe igitur amice unice librum alcinoi platonici de hu ius ſectæ conſuſionibus. Præterea librum de platonis definitionibus ab eius nepote ſpeuſippo compoſitum. Poſtremo Pythagoræ, quæ præ cipue ſecutus eſt Plato, leges & ſymbola. His legendis ad arcana diuinæ philoſophiæ myſteria eruditus inania umbratilis huius uitæ ſomnia, quibus anxium uulguſ inhiat aſpernaberis, mentēque ad cœleſtia eri ges, quorum contemplatione in præſenti uita tranquillitatem, in futu ra beatitudinem nanciſceris.

### Alcinoi Platonici philoſophi liber, de doctrina Platonis.

#### Caput primum quid philoſophia, quale ingenium philoſophicū.

Ræcipuarum Platonis inſtitutionum doctrina hæc tra ditur. philoſophia eſt appetitio ſapientiæ. Vel ſolutio animæ a corpore, & conuerſio quædam ad ea, quæ ue ra ſunt, atque diuina. Sapientia eſt diuinarum humana rumque rerum ſciētia. philoſophus autem eſt, qui a phi loſophia cognomen accipit, quemadmodum a muſica muſicus. Et qui philoſophus futurus eſt, ab ipſa natura ſic inſtitutus eſſe debet, ut primo quidem ad omnia diſciplinarum genera facilis ac pro

ptus existat. Deinde ut non iis, quæ in fluxu uersantur, sed illis, quæ semper eodem modo consistunt mentem adhibeat. Tertio loco ut natura sit uerax ab omni mendacio penitus alienus. præterea temperatum hunc quodammodo nasci oportet, easque animæ partes, quæ affectibus efferri solent, domitas a natura suscipere. Quisquis enim ueritatis auidus ad diuinorum contemplationem mentem conuertit, uoluptates corporis paruipendit. Oportet præterea liberali animo philosophum esse. Etenim rerum uilium extimatio homini ueritatem rerum contemplaturo aduersa est. Huius in super uoluntas iusticiam diliget, quippe cum ueritatis temperantiæ liberalitatis studiosus existat. Adde quod ingenii acuminis atque memoria illi opus est. Hæc nanque philosophum uirum perficiunt. Atqui eæ quidem naturæ dotes cum disciplina atque educatio decens adhibita est, perfectum uirtute uirum efficiunt uerum si neglectæ sint, maximorum scelerum causæ sunt. Utque has Plato communiori quodam nomine temperantiæ fortitudinis & iusticiæ significare solet.

**Caput secundum.** philosophus contemplationem actioni præponit. **U**m uero duæ sint uitæ, contemplatiua uidelicet & actiua, & contemplatiuæ officium in ueritatis cognitione consistat, actiuæ autem in actione eorum, quæ ratio dicat, honoranda quidem est uita contemplatiua. pedisse qua uero necessariarumque rerum ministra uita illa, quæ in agendo uersatur. Quod autem ita sit, ex iis declarabitur. Contemplatio est operatio mentis diuina intelligentis, Actio uero operatio animæ rationalis per corpus expleta. Animus nanque diuinum intelligentiamque diuinam contemplanis quam optime affici dicitur. Atque hæc eius affectio sapiëntia nuncupata est, quam quidem nihil aliud quam dei similitudinem appellari oportet. Quamobrem huiusmodi operatio præcipua ac ueneranda est, & maxime omnium expetenda, nec non hominis quam maxime propria, cui nulla obsistunt impedimenta, quo minus in nostra potestate consistat atque etiam propositi finis nobis est causa. Actiua autem uita eiusque actio cum corporis ministerio plurimum utantur, impediuntur sæpe numero, & quæ contemplatiua uita speculatur ad officia morum transferre desiderant. Etenim studiosus disciplinæ uir tunc demum ad ciuiliam administrationem se confert, cum illa male a cæteris hominibus tractari senserit, ad minicula quædam quasi externa existimans militiam, legationes, executionesque iudiciorum, præcipua uero & maxima omnium agendorum officia, leges condere reipublicæ, præscribere ordinem, disciplinam educandorum

## DE DOCTRINA PLATONIS

dorum iuuenum instituere. Quapropter oportet philosophum nunquam ueritatis indagacionem obmittere, sed eam nutrire semper, & agere, humanas autem actiones tanquam inferiora quaedam non uquam attigere.

Caput tertium philosophus uersatur in tribus, scilicet in contemplatione rerum, & in actione morali, & artificio differendi.

Tudium profecto philosophi in tribus potissimum Plato uersari uoluit. in rerum speculatione, in actione uirtutum, in sermonis consideratione. Vocaturque rerum cognitio contemplatiua morum, studium actiuum, sermonis cura dialectica. dialectica uero in multas species distribuitur, in diuisionem, definitionem, inductionem, ratiocinationem. haec autem in demonstrationem, quae est ratiocinatio necessaria, & in ostensionem, quae ratiocinatio probabilis appellatur, & in rhetoricum enthymema id est sententiam cautam, quae ratiocinatio imperfecta uocatur. ac denique in sophismata, quibus legitimus philosophus operam dabit, non quod ea ut praecipua probet. uerum quod interdum necessaria fore censeat. Eius praeterea philosophiae, quae in agendo uersatur, prima pars mores ipsius hominis curat. Altera domum gubernat, postrema tuetur rempu. & prima quidem moralis, secunda domestica, tertia ciuilis dicitur. atque eius philosophiae, quae contemplationi studet, prima immobilia, & diuina, primasque rerum causas uestigat, quam theologiam uocamus. altera motus syderum suspicit, circuitusque & restitutiones caelestium, ac serie mundi, quae naturalis cognitio nuncupatur. Sequitur mathematica, quae geometriam & arithmetica continet. Cum uero philosophia in tres potissimum species distributa sit, contemplatiuam, actiuam, & dialecticam, de ipsa in primis dialectica tractandum est, quid Plato de illa sentiat, & primo quidem de iudiciario.

Caput quartum de iudiciario, & uiribus animae pertinentibus ad iudicium.

Voniam est quiddam quod iudicat, quiddam quod iudicatur,

quod necesse est aliquid etiam ex utrisque fieri, quod quidem

iudicium uocare possumus proprie, itaque ipsum iudicium

iudiciarium nominatur. communius autem ipsum quoque, quod

iudicat. iudicans praeterea duplex esse uidetur, unum a quo, alterum per

quod iudicatur, illud intellectus noster, hoc organum naturale, idque pri-

mo uera, secundo loco falsa diiudicat. neque hoc aliud quicquam est, quam

ratio naturalis. quod si liquidius etiam explicare uelimus iudex appellandus

erit philosophus, a quo res ipsae diiudicantur. iudex item ratio, per

quam uerum etiam iudicatur, quod quidem organum appellauimus



Duplex autem ratio est, una penitus incomprehensibilis ac uera, altera secundum rerum cognitionem infallibilis. prima deo conuenit. homini nequaquam, secunda homini cōgruit. Sed hæc quoq; duplex est. una ad intelligibilia. altera ad sensibilia spectat. prima quidem scientia est, secunda uero opinio. & illa stabilitatem habet, quippe cum circa stabilia uersetur, hæc uerisimilitudinem & imaginationem, utpote quæ ad mutabilia tendat. Scientiæ uero circa itelligibilia, & opinionis circa sensibilia intellectio ac sensus principia sunt. Sensus profecto est passio animæ per corpus primo nuncians potentiam patientem, postquam uero in anima per organa sensuum species rerum secundum sensum impressa est adeo ut firma indelebilisque permaneat. huius itaque cōseruatio memoria nuncupatur. Opinio autem est memoriæ sensusque complexio. Quando enim sensibile quodam primo nobis occurrit, ab eoq; sensus in nobis efficitur, & a sensu memoria. Ac deinde rursus idē nobis obicitur, memoriā præcedentem cum sequente sensu componimus, & in iis iam dicimus Socrates equus ignis cæteraque huiusmodi. Atque hæc opinio nuncupatur componentibus nobis præcedentem memoriā cum recente sensu. Et quotiens hæc quæ colligantur inuicem consonant, opinio uera existit, si dissonant, opinio falsa. Nam si quis dum Socratis speciem in memoria seruat, Platonem ipsum offendat, putetque se ob quandam similitudinem Socrati rursus occurrere, postmodum Platonis seusum uelut a Socrate hauriens memoriæ, Socratis ipsum adcomodet, opinio falsa resultat. Id autem in quo sensus atque memoria fiunt ceræ effigiei Plato comparat. At uero cum opinione concepta per sensum atque memoriā anima cogitatione refingens, ita in hæc respicit uelut in illa, a quibus ista manarunt. picturam quandam, ac etiam phantasiā Plato nominat. Cogitationem uero uocat discursum & ratiocinium animi ipsius ad seipsum, sermonem autem effluxum a cogitatione per os una cum litterata uoce. Intellectio uero est operatio intellectus prima intelligibilia specularis. Atque hæc quoq; duplex esse uidetur. Una antequam anima descendat in corpus. nam tunc ipsa intelligibilia contuetur. Altera postquam in corpus hocmersa est. Ex iis itaque prima ipsa intellectio proprie dicta est, secunda uero pro intellectione iam naturalis intelligentia nuncupatur intellectio quædam in anima subiecta consistens. Quotiens ergo intellectionem scientiæ principium dicimus, non eam quam modo proposuimus intelligi uolumus. sed eā potius quæ animo a corpore soluto conuenit, quæ quidem ut diximus,

tunc

## DE DOCTRINA PLATONIS

tunc intellectio, nunc naturalis intelligentia nuncupatur. Atque hanc ipsam Plato intelligentiam, cum scientiam simplicem, tum animæ alā, tum etiā reminiscentiam nominat. Ex iis denique simplicibus scientiis naturali scientiæ ratio natura inhærens animo conflata est. cum itaq; sit, & sciens, & opinans ratio, intellectioque, & sensus, necesse est & iis subiecta quædam existere, uelut intelligibilia atque sensibilia. & quoniam intelligibilium quædam prima sūt, ut ideæ, quædam secunda, ut inhærentes materiæ. species, quæ ab illa separari nequeunt, intellectio quoque duplex erit. primorum una, altera secundorum. Rursusque in ipsis etiam sensibilibus quædam prima sunt, ceu qualitates, ut color, albedo. alia secundum accidens, ut album, coloratum. post hæc quod ex his cōcretum, ut ignis. eodēque modo sensus primus primorum est, secundorum uero secundus. prima intelligibilia intellectio iudicat non sine scientifica ratione per comprehensionem quandam atque discursum. Secūda uero scientifica ratio non sine ratione opinatiua. Concretum autem opinatiua ratio non sine sensu cū que intelligibilis mundus primum intelligibile sit, sensibilis uero concretum quoddam illud intellectio cū ratione. i. non sine ratione iudicat, hunc opinatiua ratio non sine sensu. & cum contemplatio sit, nec non & actio recta ratio, haud eodem modo discernit, quæ cōtemplationi, & quæ actioni subiiciuntur. Cæterum in contemplatione quid uerum, quid falsum considerat, in actione quid proprium, quid alienum, quid agendum quid non. Ex eo enim, quod naturalem pulchri & boni habemus intelligentiam. ratione utentes referentēsq; ad naturales intelligentias ueluti ad præfinitas normas, bone, an mala sint singula diiudicamus.

### Caput quintum elementum, & officia dialecticæ.

Dialecticæ facultatis elementum primum Plato esse uult in primis rei cuiusq; essentiam considerare, postea quæ contingūt aduertere. Quid autem unūquodq; sit considerat, uel ex superioribus diuidēdo, atq; definiēdo, uel ordine conuerso composita resoluendo. At contingentia, & essentiis adiacentia uel ex iis, quæ continentur per inductionem, uel ex iis quæ continent per ratiocinationem, ut merito dialecticæ membra sint, diuisio, definitio, resolutio, iductio, ratiocinatio. Diuisionum præterea quædam est generis in species distributio, quædam totius in partes, utpote cum animam in partem rationalem, & ratione carentem diuidimus, atq; hanc in appetendi & irascendi uim distribuimus. Est in super uocis insignificata diuisio, quoti

ens nomen idem res plures significat. Accedit quoq; accidentium in subiecta diuisio. ueluti cum dicimus bonorum quædam circa animã, alia circa corpus, nonnulla circa res externas. Næc deest i accidentia subiectorum partitio. Ceu cum dicimus hominum quosdam bonos, nonnullos malos, medios alios. Diuisiõe igitur generis in species primo utendum est, quotiens quid ununquodq; sit dignoscere uolumus. Id autem absq; definitione fieri nequit. definitioq; ex diuisione hoc pacto cõficitur. Rei definiendæ genus capere in primis oportet, ueluti genus hominis, animal. id deinceps secundum proximas differentias partiri, usque ad species descendendo. ut in ipsum rationale, & irrationale, mortale, & immortale. Quapropter si proximæ differentia generi adiiciantur, hominis definitio constituetur. Resolutionis tres sunt species, Vna est a sensibilibus adscensus ad intelligibilia prima. Altera accessus per demonstrata & subdemonstrata ad indemonstrabiles, & sine medio propositiones. Postrema ex suppositione ad principia, quæ minime supponuntur. Et prima quidem huiusmodi est. ac si a pulchritudine corporum ad animi pulchritudinem transcendamus, ab hac ad officiorum pulchritudinem, ab ea deinde ad pulchritudinem, quæ in legibus inest, demũ ad ipsum pulchritudinis fontem. ut per hunc modum gradatim adscendentes ipsum per se pulchrum intueamur. Secunda resolutionis species ita fit. Supponendum est id, quod quæritur, & quæ supra sunt consideranda, eaq; demonstranda a posterioribus ad superiora progrediendo, donec ad primum & plane concessum perueniamus, a quo rursus incipientes ad quæsitum compositionis modo regrediamur. Ceu si qs quærens, an immortalis sit animus, id ipsum primo supponat inquirens, utrũ semper mobilis, atq; id inde demonstret, quærens ulterius utrum, quod semper mouetur. per se moueatur, idque rursus ostendat cõsiderans. nũ quod per se ipsum mouetur, motus principium sit, rursusq; demonstret inquirens deniq; utrum principium igenitum sit, quod quidem ut perspicuum, a cunctis admittitur. Ingenitum quippe incorruptibile est. a quo ueluti a manifesto demonstrationem eiuscemodi colligat principium, ingenitum & incorruptibile principium motus, quod per se mobile, per se mobile animus. Incorruptibilis ergo, & ingenitus animus.

Resolutio ex suppositione huiusmodi est. quisquis aliquid inuestigat, illud primo supponat, deinde quid ex supposito sequatur aduertat. post hac si oportuerit suppositionis rationem reddere, aliam suppositionem adsumens quærat, utrum quod prius suppositum fuerat, rursus  
ad secundam

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

ad secundam suppositionem sequatur. Idemque semper obseruet, donec ad principiū, quod non supponatur, adscendat. Inductio autem est omnis per rationes processus, qui uel a simili transit in simile, uel a singulis in cōmunia. Atque hæc argumentatio ad excitandas naturales intelligentias summopere confert.

### Caput. vi. Species præpositionis, & argumentationis.

Rationis eius, quã propositionem uocamus, species duæ sūt, affirmatio, & negatio. Affirmatio hæc est. Socrates uadit. Negatio hæc. Socrates non uadit. Ex affirmationibus aut & negationibus, quædam uniuersalis est, quædam particularis. Particularis affirmatiua hæc, Quædam uoluptas bonum. Negatiua, quædam uoluptas non bonum. Vniuersalis affirmatiua, omne turpe malū. Negatiua uniuersalis, nullum turpe bonum. Ex propositionibus quædam prædicatiuæ sūt, quædam suppositiuæ, prædicatiuæ, quæ simplices, ut omne iustū, bonum. Suppositiuæ, quæ cōsequentiam uel repugnantiam inferunt. Utitur autem ratiocinationibus plato tum redarguēdo, tum etiam demonstrando, redarguens per quæstionem, quæ falla sunt, demonstrans per doctrinam, quæ uera. Ratiocinatio est oratio quædam, in qua quibusdam positis, ex necessitate conclusio sequitur. Ratiocinationum quædam prædicatiuæ sunt, non nullæ suppositiuæ. Reliquæ ex iis utrisque cōmixtæ. prædicatiuæ, quarum tam assumptiones, quæ conclusiones simplices propositiones sunt. Suppositiuæ, quæ ex suppositiuis propositionibus fiūt mixtæ, quæ ex utrisque. Utitur autem plato demonstratiuis argumentationibus in dialogis, qui ad expositionem pertinet. probabilibus uero & apparentibus aduersus sophistas, atque iuuenes contentiosas aduersus illos, qui proprie litigiosi uocantur, ut ad Euthydemum & hippiam. Cum uero prædicatiuæ figuræ tres sint, prima est in qua cōmunis terminus ad hoc prædicatum, ad illud subiectum est. secunda in qua cōmunis terminus de utrisque prædicatur. tertia in qua communis terminus utrisque subiicitur. Terminos dico partes propositionum, ut homo est animal, hominem & animal terminos appellamus. Et secundum primam figuram ut plurimum Plato disputat, nec non secundum figuram secundam, ac tertiam. Atqui admodum primæ sic in alcibiade argumentatur. Iusta pulchra sunt, pulchra bona. Iusta ergo sunt bona ad modum secundæ. sic in parmenide. Quod partes nullas habet. nec rectū est, nec rotundū. At

quicquid figuræ est particeps, aut rectum, aut rotundum est. quod ergo partes non habet, figuræ nullius est particeps ad modum tertiæ sic eodem in libro. Quod figura participat, quale est, quod figura participat, finitum est, quod ergo est quale, finitum est. Argumentationes præterea, quæ per suppositiones contextæ sunt, crebras apud platonem reperire licet. præcipue uero in parmenide rationes huiusmodi. Si non habet partes ipsum unum, nec principium, nec finem, neq; mediû habet. Quod si principium, medium, finemque non habet, nec habebit terminum. si non habet terminum, figura nulla participat. ergo si non habet partes ipsum unum, nullius figuræ particeps est. secundum uero figuram secundam argumentationis suppositiuæ, quam plurimi tertiam nominant. in qua cõmunis terminus extrema utraq; sequitur, in hunc modum ratiocinatur. Si non habet partes ipsum unum, neq; rectum é, neq; rotundum. Si figura participat, aut rectum aut rotundum est. Idcirco si partes non habet, nec figuræ quidem particeps erit. Quinetiam secundum tertiam figuram, quam non nulli secundam esse uolunt, in qua cõmunis terminus utraq; antecedit, in phædone sic quoddãmodo argumétatur. Si scientiam ipsius æqualis adepti, nunq̃ obliuioni tradidimus profecto scimus. Sin autem oblitifumus, reminiscimur. Mixtis item argumentationibus, quæ per consequentiam procedunt. sic utitur. Si unum totum est, & finitum, hoc principium media finem habens, figura quoque participat. Verum antecedens, uerum igitur consequens. Eorum autem quæ per consequentiam fiunt, sic quoddãmodo differentia considerantur. Quando quis igitur diligenter animi uires, uariaeque naturas hominum, nec non diuersas argumétationum species animaduertit, deinde temporis occasione considerata certis affectibus hominû proprias, quibus moueri possint ratiocinationes ad cõmodarit. perfectus erit orator, eiusque rhetorica scientia benedicendi merito nuncupabitur. Sophismatum quoque captionumque laqueos modo perspicacius inspiciamus in euthydemo a Platone subinsinuos percipiemus. Illic enim, & quæ secundum uoces, & quæ secundum res ipsas sophismata fiunt, & eorum præterea solutiones reperiuntur. At quæ etiam decem prædicamenta tum in ipso parmenide, tum in aliis dialogis tradidit. Locos autem ab etymologia omnes in cratylo complexus est. & proculdubio uir præcæteris admirandus in diuidendo, definiendõq; quæ duo dialecticæ uim maxie testantur Plato noster extitit. Quæ uero in cratylo tradita sunt, hoc itendunt. Discutit utrû natura, an positiõe nomina uim suam

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

suam habeant, placetq; illi positione quadam constare nominum rectitudinem, neq; tamen id temere, & ut fors obtulit, uerum positione ipsam rerum naturam secutam fuisse censet, neq; aliud esse nominum rectitudinem, q̄ impositionem rei ipsius naturæ consonam. Neq; enim quamlibet impositionem nominis ad rectitudinem sufficientem esse, neque rursus naturam, ac primam uocis emissionem, sed quod ex utrisq; compositum. ut omnis nominis rectitudo sit secundum impositionem rerum naturæ conuenientem. Nō enim si quodlibet nomen temere cuiuslibet adhibeatur. rectum significat, ueluti si equus homini nomen impo- fuerimus. Et enim loqui una quædam operationum est. Quamobrem non quomodo cūq; quis loquatur, recte loquitur, uerū si ita loquatur ut rerum ipsarum natura requirit. Quoniā uero ipsius locutionis pars quædam nominatio est, ut orationis pars nomen, recte uel nō recte nominare, haud sane per quamlibet positionem fieret, sed per naturalē nominis ad rem ipsam cognationem. Isq; rectus erit nominum conditor, qui per nomen rei naturam significabit. Nam rei organum nomen est. non quodcūq; fors obtulit, sed quod naturæ congruum. Ac per istud uicissim nobis res indicamus, naturamq; discernimus. Quo fit, ut nomen sit instrumentum quoddam indicans, atque distribuens uniuscuiusq; substantiam, quemadmodum telam textoris pecten. Ad dialecticum igitur hoc etiam pertinebit nominibus recte uti, ut pectine textor utitur. proprium illius opus agnoscens, cum illum faber effecerit. haud secus dialecticus nomine, quod nominum conditor effinxit, ut decet utetur. Enim uero remonem cōstituere fabri, uti autem recte gubernatoris officium. Eodem pacto ipse quoq; nominum institutor recte nomina statuet. si tāquam præsentē dialectico instituerit, quippe cū dialecticus naturas eorum, quæ sub nominibus latent intelligat. Atque hæc de dialectica dicta sufficiant.

### Caput vii. Distinctio scientiæ speculatiuæ.

**E**inceps de speculatiua philosophia dicendū. Huius mēbra dicimus theologiam, physicen, mathematicam. Theologi finis supernarum causarum cognitio. physici quæ sit mūdi natura perdiscere, quale animal homo, quam sit prouinciam in mundo sortitus, utrum deus prouideat omnibus, & nū cæteri huic subiecti ministri, atq; etiam quomodo ad deos sese homines habeant. Mathematici finis planā, & in tres porrectā dimēsiōes naturā cognoscere, motūq; ac cælestiū progressus suspicere. Atq; ita ī sūma q̄dā mathematici speculatio

proponatur. hæc utiq; ad cogitatiois acumẽ a Platone suscepta ẽ attinẽgens animum, & ad rerum diuinarum intuitum aciem mentis exacueẽs. Pars autẽ mathematica facultatis, quã ad numeros spectat, nõ mediocrem ad diuina percipienda uim præstat, uerum ab errore atq; ignorantia, quã circa sensibilia ista uersatur, nos liberat, opem ferens ad essentiaẽ cognitionem, promptumq; ad certamen, propter consequentium rerũ ordinisq; p̄tiam hominem reddit. Geometria quoque plurimum ad ipsum bonum intelligendum conferre uidetur. cum quis non mechanicã dimensionis gratia ipsam sectatur, sed ita utitur, ut eius adminiculis ad superna conscendat, nec in rebus, quã oriuntur, & occidunt, dimetiendis insistat. Quin etiam stereometria idest solidorũ dimensio quã maxime utilis est. Nam post secũdam augmentationem sequitur eius consideratio tertium suscipiens augmẽtum. Vtilis præterea ceu quarta quãdam disciplina astronomia est, per quam celi syderũq; motus, auctoremq; diei ac noctis & mensium & annorum inspicimus. ex quibus quasi proxima quadam regione horum omnium auctorem inuestigamus, & ab iis disciplinis ueluti a quibusdam subselliis, & elemẽtis, & gradibus ad altiora progredimur. Musicã quoque discere nos oportet, ad eam adhibentes auditum. Nam quemadmodum ad astronomiam oculi conditi sunt, sic aures ad harmoniam. utiq; astronomiaẽ incumbentes ab iis, quã oculis percipiuntur, ad inuisibilem essentiam ducimur, sic & auribus harmoniam uocum haurientes, ab iis, que audiuntur, ad intelligibilia gradatim accedimus. Quamobrem nisi finis istius gratia mathematica prosequamur, horum profecto curiositas manca, & amens, nulliusq; æstimanda censetur. Decet enim cõfestim ex iis, quã oculis & auribus percipiuntur, ad illa, quã sola cernit ratio pertransire. Nam mathematicorum cõsideratio præludium quoddam est ad diuinorum contemplationem. Arithmetica quippe, & geometria, & qui eas colunt, essentiam ipsam uidere desiderant. Verũtamen circa illã quodãmodo somniant, nec eam re uera cernere possunt, ignorantq; principia, & quã ex principiis constituuntur. Verum nihilominus ad ea, quã diximus conferunt. Ideoq; nec scientias disciplinas huiusmodi Plato appellandas esse cẽsuit. Cæterum dialectica facultas a geometricis suppositionibus ad prima principia, quã minime supponuntur, adsurgit. Quapp̄ dialecticã iure scientiã appellauit. Disciplinã uero mathematicam nõ opinionẽ, quã clariora sint q̄ sensibilia, neq; rursus sciã, quã obscuriora sint q̄ intelligibilia prima. sed opinionem corporum, scientiã diuinorum

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

diuinorum, cogitationem mathematicorum . fidem præterea & coniecturam imaginationemq; imaginibus, idolisq; attribuit. Quoniam uero dialectica efficacior est, quam mathematica, ex eo quod circa diuina æternaque uersatur, iccirco mathematicis uniuersis præponitur uelut arx quædam, & custodia reliquorum.

### Caput. viii. De materia prima.

Ostendit hæc de principiis, & iis, quæ ad theologiam spectant, breuiter differamus, a prioribusq; ordiamur descendentes inde ad ipsius mundi generationem, ac demum usq; ad hominum generationem. In primis igitur de materia tractandum est. Hanc sane effigiem omnium receptaculum, nutricem, matrem, locum, subiectumq; nominat, eamq; asserit sine sensu tangi, & adulterina ratiocinatione comprehendere. Materiam proprium esse uult omnes generationes suscipere, ac nutricis instar eas fouere. omnes item formas capere, cum ipsa suapte natura omnis formæ qualitatis & speciei sit expers. Cõsperfam præterea illam, & figuratam formis uelut effigiem asserit, nullius per se figuræ qualitatisue participem. Neq; uero subiectum esset ad uarias formarum impressiones cõmode præparatum, nisi qualitate omni quam suscepturum est, penitus careat. Videmus enim eos, qui unguenta ex oleo odore suauius conficere student, oleum nullo prorsus odore infectum quærere, eosq; qui formas impressuri sunt uel ceræ, uel luto, primum materiam ipsam polire penitus, atque lenire, donec figuræ pristinae deleantur. Conuenit namq; uniuersali materiam, si modo formas omnes susceptura sit, nullam illarum habere naturam, sed abq; qualitate omni atq; specie subiici speciebus, Et cum huiusmodi sit, neq; corpus erit, neq; etiam incorporea, sed potentia corpus, quem admodum æs potentia statua, quoniam specie suscipiens, statua fiet.

### Caput. viiiii. De ideis, & de causa efficiente.

Uero materia principii cuiusdam rationem habeat, alia quoq; principia Plato præter materiam introducit, principium uidelicet exemplare, ad quod ideæ ipsæ reducuntur. & principium paternum, quod ad deum rerum omnium causam pertinet. Est autem idea ad deum quidem intellectio dei. Ad mundum uero sensibilem exemplar, ad se ipsam essentia. Quicquid enim intelligentia fit, ad aliquid referri necesse est, quod quidem operis exemplar erit. quemadmodum si aliquid ab aliquo fiat, ut a me mei ipsius imago, Et si



exemplar haud omnino sit ab agēte seorsum, ut quisq; artifex in se ipso artificiorum exempla concipiens, horum deinde formas in materiam explicat. Definiūt autem Ideam exemplar æternam eorum, quæ secundum naturam fiunt. nam pluribus ex iis, qui platonem secuti sunt, minime placuit artificiorum ideā existere. ut clypei atq; lyræ. neq; rursus eorum, quæ præter naturam, ut febris ac bilis intemperatæ. neq; particulare, ceu Socratis. & Platonis, neq; etiam alicuius eorum, quæ imperfecta sunt, ueluti sordium, atq; festucæ. neq; relationū, ut maioris & excedentis. esse nāq; ideas itellectiones dei æternas ac seipsis perfectas. Quod uero sint ideæ, sic probant. Siue itellectus deus ipse sit, siue intellectuale quiddā, notiones illi adsunt æternæ atq; immobiles. Quod si hoc ita se habet, ideæ sunt. & enim si mensura per se ipsam materia caret, ab aliquo superiori, & a materia penitus absoluto mensuras suscipiat necesse est. Verum quidem est antecedens. uerum igitur consequens, & si hoc, ideæ sūt mensuræ quædam sine materiæ mixtione existētes. Accedit q̄ si mundus non temerario quodam casu talis est, non solum ex aliquo. uerum etiam ab aliquo factus est, neq; id solum, sed ad aliquid etiā fabricatus. Id uero, ad quod effectus est, quid nam aliud præter ideam existit? Quo sequitur, ut ideæ ipsæ sint. Item si itellectus a uera opinione differt, intelligibile quoque ab opinabili discrepabit. Hoc si uerum est, extabunt intelligibilia ab opinabilibus differentia, ut sint prima quoq; intelligibilia, quæ admodum & sensibilia prima. ex quo ideas esse concluditur.

Caput. x. Quomodo describatur Deus, & quibus rationibus inuestigetur.

Einceptus de tertio principio dicendum est, quod pene ineffabile plato autumat. Ipsum tamen hoc modo conemur ostendere. Si intelligibilia sunt, eaq; nec sensibilia, neq; cū illis coherentia, sed intelligibilibus primis extant prima intelligibilia simplicia, quæ admodum sensibilia prima. Antecedens uerum. uerū ergo, quod sequitur. homines sane utpote perturbatione sensuum occupati, quotiens intelligibile quiddam contemplari statuunt, in phantasiam mox alicuius sensibilis recidunt, adeo ut sæpenumero ei, quod intelligendum est, uel magnitudinem, uel figuram applicent, uel colorem. quo fit ut illud sincere intelligere nequeant. Dii autem sine corporalium mixtiōe purrenimum atque sincere intelligunt. Quoniam uero itellectus anima melior est. itellectu autem eo, qui in potentia melior. itellectus ille, qui actu semper omnia que simul intelligit, hoc denique pulchrius quod

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

quod eius est causa, quodque omnibus superextat, is utique deus ipse primus existit, isque causa est, ut mundi mens semper agat, inquam immobilis ipse semper haud secus, quam in oculum obiectum sol agit, Atque ea ratione mouet, qua id, quod appetitur immobile ipsum appetentem agit. hoc inquam pacto mens ipsa suprema totius caeli mentem ducit. Et cum primus hic intellectus pulcherrimus sit, pulcherrimum quoque intelligibile illi subiici necesse est. Nihil autem ipso pulchrius, se ipsum igitur ac notiones suas semper intelligit. Atque haec eius operatio idea est. Quin etiam deus ipse supremus, aeternus, ineffabilis, se ipso perfectus. Nullius e genus semperque & undique absolute perfectus. Diuinitas essentiae ratio. Veritas harmonia. bonum existit. Neque uero haec ita di numero, ut ab inuicem ipsa secernam, imo ut uinum potius cuncta contempior. Bonum profecto ob eam causam dicitur, quod omnia pro capacitate cuiusque beneficiis replet, omniumque bonorum causa est. pulchrum uero ex eo quod ipsum natura plenitudo ipsa & harmonia omnis existit. Veritas item ob id uocatur, quoniam omnis ueritatis ita principium est, ut sol quoque luminis uniuersi est & pater, quia omnium causa, caeli quoque totius mentem, & mundi animam ad sui ipsius exemplar exornat. Nam suae uoluntatis munere omnia se ipso compleuit, mundi animam excitans & ad se conuertens. Quippe cum mentis eius causa sit. Atque mens ista beneficio patris ornata naturam omnem huius mundi perornat. Ineffabilis praeterea & sola mente percipiendus deus ideo dicitur, quia nec genus circa illum, neque species, neque differentia ulla, neque accidit illi quicquam. nam nec malum. nefas enim dictu id esset. Neque etiam bonum siquidem participatione cuiusque bonitatis praesertim talis existeret. Neque differentia illi accidit ulla. Non enim id secundum ipsius notionem fieri potest. Neque qualitas non enim qualis effectus est. neque tamen informis. non enim qualitate ulla ad se pertinente priuatus est, nec est pars cuiusquam. nec totum, ut partibus constitutum. neque idem est cuique, nec alterum. quippe nihil illi contingit, quo ab aliis secerni queat, neque mouet neque mouetur. Vnde, prima huius intelligentia est secundum horum omnium ablationem, quemadmodum punctum quoque cogitamus secundum ablationem. primo superficiem. deinde lineam. postremo punctum considerantes. Secunda eius intelligentia est secundum proportionis rationem hoc pacto. Quam rationem sol habet ad uisum & ad ea quae uidentur non existens ipse uisus praebes uero huic quod ut uideat, his autem ut uideantur eandem profecto rationem habet intellectus primus ad intelligentiam quam animae

in est, & illa quæ intelliguntur, neq; enim ipse idem quod intelligētia est porrigit tamen intelligendi uigorem animæ quidem ut itelligat, intelligibilibus autē ut intelligantur ueritatē que illis inest illuminans. Tertius intelligendi modus huiusmodi est. Aduertens quispiā pulchritudinem quæ corporibus adest, ad animi pulchritudinē sese confert, deinde ad eam, quæ in officiis ac legibus, postremo ad ipsū pulchritudinis fontem, supra quem ipsum bonū amandum & expetendum intelligit, uelut splendorem in animam, quæ illuc euolauit subito refulgentē. Huiusmodi uero lumen deum ipsum esse ob excellentiā recognoscit. Eum que in primis sine magnitudine quantitatis agnoscit. Nam pars atq; id, ex quo aliquid constituitur illud, semper cuius pars est antecedit, planū nāq; prius est, q̄ corpus, & linea priusq; planū. Cū uero partes nullas habeat, neque secundum locum, neque secundum alterationem mouebitur. Et n. si mutationē patitur, uel a se ipso, uel ab alio quodā pmutari necesse est, Si ab alio, illud utiq; ualidius erit. Sin a se ipso, aut in deterius, aut in melius transmigrabit. Verū utraq; in possibilia sunt. Quibus omnibus p̄spicuum est ipsum incorporalē esse. Verū tamen ex iis, q̄ adiciētur, idem quoq; patebit. Si corpus deus esset, ex materia, specieq; constaret, ex eo q̄ omne corpus compositū quoddā est ex materia simul, & specie quod quidē idea & simile redditur, dum illis ineffabili quadam ratione participat. Absurdū autē est deū ex materia specieq; constitui. Neque enim simplex, neq; principium esset. Quāobrem incorporeus deus est, præterea si corpus est, ex materia constat. Ideoq; uel ignis est, uel aer, uel terra, uel aqua, aut aliquid ex iis conflātū. At quomodocūque se habeat principium minime erit, eritque materia ipsa posterior, si quidē ex materia conficiatur. Quæ quoniā nepharia sunt, incorporeū esse deum necesse est. Etenim si corpus est, corrumpi potest, genitūsq; est, & trāsmutationi subiectus. Atqui hoc nihil in deum cadit.

Caput xi. qualitates sunt incorporeæ.

Qualitates in super in hunc modū incorporeas esse monstrabimus. Omne corpus subiectū est, qualitas uero minime subiectum, sed accidens, non ergo corpus est qualitas. Nullum corpus in subiecto, omnis qualitas in subiecto, non ergo corpus est qualitas. Item qualitas contraria qualitati, nullum uero corpus, qua corpus contrarium corpori, non ergo corpora sunt qualitates. Quinetiam rationi maxime consentaneum est, ut quē admodū materia qualitatis ē expers, ita & qualitas materiæ expers sit. Et si materia careat, corpus esse non poterit

## DE PHANTASIA ET INTELLECTV

terit. Enimvero si corpora qualitates sunt, duo ac tria corpora eundē in locū concurrent, quod a ratione procul aberrat. Quod si qualitates incorporeæ sūt, opifex quoq; illarū incorporeus est. præterea agentia nulla esse præter incorporalia possunt. siquidē corpora passibilia sunt atq; fluentia, neque semper eodē se modo habentia, neq; i eodē statu perseverantia, & in quibus aliquid efficere alicui forsitan uidebuntur, multo magis illic pati reperientur. Vnde quēadmodū est aliquid quod omnino patitur, ita necesse est aliquid, quod omnino agat existere. Id uero nihil esse aliud q̄ incorporeum inueniemus. Sermo itaq; de rerum principiis qui theologicus appellatur, hic iam finem suum accipiat. Nam deinceps in eam disputationem quæ physica nūcupatur, descendendū eē uidetur.

Caput. xii. De causis & generatione & elementis, & ordine mundi.

Orporalium omniū quæ secundū naturam distincta inuicē efficiuntur præfinita quædam exemplaria ideas esse oportet, ad easq; sciētias & definitiōes referri. Nā præter singulos hoīes, hominem ipsum intelligere decet, & præter equos singulos, ipsum equū ac generatim præter animalia cuncta immortale animal & ingenitum. quēadmodū ab uno sigillo plurimæ exprimuntur imagines, & unius hominis imagines multæ, quibus omnibus idea ipsa causa est, ut huiusmodi sint cuiusmodi & ipsa est. Quapropter mundū hunc uniuersum pulcherrimū opificium dei necesse est ab ipso deo ita fabricatū fuisse, ut, ad ideam quādam mundi huius exemplar in ipsa fabricatione respexerit, dum mira quadam prouidentia atq; optima norma, hoc est propria bonitate ad huius machinæ constructionē sese deus accingeret. Ex tota ergo ipsum materia genuit, quam quidem sine ordine ullo ante cæli generationē tumultuantem deus ex confusione deformi in pulchrum ordinem reuocauit, numerisq; decentibus & figuris eius partes undiq; decorauit, ut ea mundus sit proportione contextus, quam etiā nunc ignis atque terra ad aerem & aquam seruant. hōrū tunc uestigia solum absque ratione atq; mensura in ipso elementorum receptaculo cōfuso iacebāt, quatiēbantque materiam, & a materia uicissim quatiēbantur. Ex integris enim quatuor elementis eum compegit, ex toto scilicet igni aerēq; & aqua, simul ac terra, nullam alicuius partem potentiā ue reliquens. præcidebat enim quod corporeus futurus esset, tactuq; ac uisu percipiendus. Absque uero ignis & terræ præsentia nihil tangendi uidendique sensum mouere potest. Quamobrem secundum congruam rationem ex igne ipsum terrāq; cōstruxit, quoniam uero uinculo quodā utrorūq;

medio ad extrema uincienda opus erat. diuinum autem uinculum est, quod secundum proportionem fit, quod & seipsum & ea quæ uinciuntur unum efficit, planusq; mundus nequaquam futurus erat, alioquin unicū mediū suffecisset, sphaericus autē esse debebat, ideoq; geminis illi mediis opus erat, ob hanc causam inquā inter ignem, ac terram, aer & aqua secundum proportionis consonantiam interiecta sunt. ut quæadmodum se habet ignis ad aerem, sic aer ad aquam, utq; aer ad aquam, sic & aqua ad terram. Ac rursus ut terra ad aquam, sic aqua ad aerem, utq; aqua ad aerē, sic aer ad ignem. Ex eo insuper quod nihil extra mundū reliquit, unicum, illum fecit, & ideæ suæ, quæ unica est. numero quoque parem. In quæ præterea nec morbus unquam neq; senectus incurreret, quippe cum nihil extra super sit, quod uim inferat. Verū se ipso sufficiens nulliusq; indigus atq; incolumis perseueraret. Figurāq; illi dedit sphaericam, utpote omnium pulcherrimā figurarum, capacissimamq; & ad motum facillimam. Et quoniā nec auditu nec uisu neq; cæteris sensibus indigebat, ideo sensuū instrumenta ad obsequium sentiendi nulla prorsus adiecit. Cæteras itē motus species procul esse iussit, solumq; circuitū concessit illi tanquam mentis & sapientiæ proprium.

Caput xiii. De cōueniētia figurarum cum elementis mūdi atq; mūdo.

**T** cum duo sint, ex quibus constructus est mundus, corpus scilicet atque anima, quorum illud uisibile corruptioniq; obnoxium, hæc inuisibilis atq; intangibilis utriusq; uis constitutioq; differens extitit. Corpus siquidem mundi, ex igni terra aqua & aere compactum est. Quatuor enim hæc artifex ipse mundi comprehendens, nullum prius elementorum ordinem obseruantia figurauit ea pyramide atq; cubo, & octaedro. id est figura octo facierum, atq; icosaedro. id est figura facierum uiginti. Cunctis autem impressit duodecaedrum. id est figuram facierum. xii. Quatenus ergo materia pyramidē figuram induit, ignis emicuit. Ea quippe figura tenuis & ad incisionem præ cæteris apta, ex paucioribusq; triangulis constituta, ideoq; omnium figurarum leuissima. Quatenus autem octaedrum, aeris subinduit qualitatem. At uero cum primum icosaedram figuram cepit, aquæ naturā sortita est. figurā deniq; cubicam terræ largitus est, solidissimæ quidem atq; elementorum omnium stabilissimæ. figura deniq; duodecaedra ad uniuersi fabricam usus est. his omnibus antiquior natura planoꝝ. Plana enim solida præcedunt. planæ uero naturæ duæ quædam origines rectis angulis figuræ sunt scalinus & isocelus. Et scalinus quidem est triangulus unum  
rectum

## DE PHANTASIA ET INTELLECTV

rectum angulum habens, alterum duarum tertiarum, alium unius tertiae. Scalini ergo triangulus pyramidis, & octaedri, atq; Icosaedri elementum fit. Cum pyramis ex triangulis quatuor æquilateris constituatur, quorum quilibet in sex triangulos scalinos distribuitur. Octaedra uero figura ex octo similibus, quorum quisq; in sex triagulos scalinos diuiditur. Icosaedra figura ex uiginti similiter. Isoceles autem triangulus figuræ cubicæ elementum est. Nam quatuor isoschieles trianguli cõcurrentes quadrangulũ complent. Ex huiusmodi aut quadrangulis sex cubus conficitur. Duodecaedram uero figuram ad uniuersi constructionẽ ipse deus assumpsit. unde & animalium formæ duodecim i zodiaco circulo cõspiciuntur. quorũ quodlibet i partes triginta secatur. Similiter quoq; i ipsa duodecaedra figura itueri licet pẽtagonos duodecim i trinagulos quicq; ita, ut unusq; p sex triagulos diuisos existat. & i oĩ duodecaedro trecẽti sexagita triaguli reperiãtur, quot etiã i zodiaco portiones existũt. his ab ipso deo formata materia agitari cõcepit. primo qdẽ uestigiis absq; ordine, deĩde à deo i ordinẽ redacta est, singulis secundum proportionẽ iuicem temperatis. neq; tamen loco discreta hæc permanent, in desinetemq; concussionem & ipsa habent, & in materiam i ferũt. A circumferentia enim mundi constricta seruantur, atq; inuicem alternis pulsibus coagitata feruntur, tenuia quidem in prouiciam solidorũ. Quade causa nihil omnino uacuũ restat et in æqualitas iugiter perseuerans pulsatiõis causã præbet. Ab iis enĩ materia, & ista uicissim à materia q̃tiũtur.

Caput .xiiii. De aĩa mundi, & sphaeris, atq; stellis.

X corporibus itaq; animæ uires inuestigare cõcessit. Nam cũ res singulas anima discernamus, rerum omnium prícipia merito huic indidit. ut quicquid unq̃ occurreret, ex cognatione quadam recognoscentes rebus cõsonam illius essentiam adhiberemus. Ergo cum diceret esse intelligibilem quãdam, indiuisibilem q; substantiam alteram quoq; circa corpora dispersam tradidit, inuens animam p intelligentiam utrãq; substantiam percipere posse. Et quia in rebus iis, quæ ad intelligẽtiam attinent, & in iis etiã, quæ ad sensum ipsum idem, atq; ipsum alterum esse cognouit, ex iis omnibus animam iure constituit. Aut enĩ simili simile (ut pythagoreis placet) agnoscitur, aut quem admodum heraclito physico dissimile semper dissimili. Cum uero mũdum Plato genitum inquit, haud quã sic eum sensisse credendum est, ut aliquod olim tempus ante mundum præcesserit. ueq; quia semper i generatione perdurat, indicatq; substantiæ suæ causam præstatiorem.

Animam præterea mūdi, quæ semp extitit, haud efficit deus, sed ornat: eaq; ratione illam facere nōnunq̄ asseritur, q̄ excitat eam, & ad se ipsum eius mentem uelut ex profundo quodam sōno conuertit, ut ad ea, quæ intelliguntur a deo respiciens, diuinasq; notiones affectans, species inde formāsq; recipiat. perspicuum est præterea, q̄ mundus anima, simul & mente ab ipso deo donatus est. Nam cum optimū opus fore id uellet, merito & animatum mūdum, & intellectualem effecit. Et enim opificium uiuens non uiuente omnino præstantius est, & mētis compos eo, quod mentis est expers. Nec forte sine anima accedere mundo mens poterat. Cūmq; anima a mundi medio ad extrema usq; se funderet, mundi corpus totum circulo complexa est, uniuersum quippe circūtegens singulis eius cōmunicata particulis, eóq; pacto insolubili cōnectit uinculo, incoluménq; conseruat. Atq; ea uis animæ, quæ extra restitit, partes eius intimas antecedit. Illa siquidem in diuisa permanfit. interior autem portio in septem diuisa circulo est, ab ipso principio duplis ac triplis interuallis undiq; distributa. Et illa quidem, quæ ab idiuidua sphaera cōprehenditur, ei quod ipsum idem est, cognata permanet, quæ autem dispersa est ei contra quod ipsum alterū appellatur. Motus enim cæli singula comprehendētis cum minime peruagetur, unus est, ordinémq; præcipuum seruat. At uero subiectorum progressus uariis ortibusq; & occasibus permutatur. Vnde peruagatio quædam, atq; oberratio nūcupatur. Extimus quidem circulus ad dexterā a ortu in occasum usq; transcurrit. Interior autem contra, in sinistram ab occidente in oriētem superiori resistens. Stellas præterea, & astra deus ipse molitus est, & quæ ex iis nequaquā uagantur, ad cæli noctisq; ornatum. Atq; huiusmodi stellarū multitudo innumera est. Quæ uero uagantur, numero septem, ad numeri temporisq; originem, & ad rerum omniū illustrationem. Tempus plane mundani motus interuallum fecit, ueluti quādam æternitatis imaginem. æternitas quippe æterni mundi status mensura est. Vagantiū quoque syderū haud sane omnium uis eadem est. Sol enim dux est, omniū reliquorū, & illuminans, & oculis patefaciens uniuersa. Luna deīde potestatis gratia secundū obtinet ordinem. Cæteri uero planetæ secundū proportionem pro sorte propria singuli. Luna siquidem mensis terminum indicat, in eo spatio circulum suū excurrans solémq; comprehendens. Sol autē anni mensura, transcurrens nāq; zodiacū circulū anni temporis complet. Cæterorū quoq; syderū quodlibet proprio circuitu fertur. Atq; ii quidem circuitus non quibuscūq; hominibus, sed eruditis noti sunt

## DE PHANTASIA ET INTELLECTV

noti sunt. Ex omnibus demū reuolutionibus absolutus numerus temporisq; complebitur, cum ad idem pūctum omnes planetæ peruenientes eiusmodi accipient ordinem, ut linea quadam recta a supremo circulo usq; ad terram secundum perpendicularum considerata omnium centra in ipsa conspiciantur. Cum igitur septem sphaeræ in orbe circūuago constructæ fuissent, in iis corpora septem conspicua mundi conditor maxima ex parte ignea fabricauit, eaq; sphaeris ex altero uagóq; circulo constitutis adnexuit. Lunam profecto circulo supra terram primo dicauit. Solem uero secundo. Luciferum deinde, & sacrum mercurii sydu in circulo pari ac sol uelocitate currente disposuit. Supra uero reliqua secundum propriam sphaeram gradatim disposita. Tardiores sane omnibus saturni stellam in proxima sub non errante circulo sede locauit. Qui uero huic aliquid in tarditate cædit Iupiter, continuo sequebatur huic mars deinde successit. Octaua demum potestas hæc omnia circumplexa est. horum singula uiuentia sunt, & intelligétia, nec nō dii cognominantur. eorumq; figuræ rotundæ sunt.

### Caput xv. De dæmonibus, atq; elementis.

Vnt & alii, qui uocantur dæmones in singulis elementis, quos intelligibiles deos nūcupare possumus. partim quidem uisibiles, partim autem uisus aciem fugientes in æthere, atq; igni, aeréq; & aqua, ne pars ulla mundi expers animæ, animantisue natura præstantis relinqueretur. his autem terrena, & quæ sub luna sunt cuncta subiiciuntur. Et enim deus mūdi toti<sup>9</sup>, deorumq;, & dæmonum auctor est, atq; id uniuersum uoluntatis diuinæ munere nunq̄ in posterū dissoluetur, Cæteris autem operibus eius filii præsumunt, secundum patris præceptum imitationemq; singula transigentes. A quibus furentiū concitatio, atq; raptus, & somnia, & oracula, & quæcūq; per uaticiniū mortalibus accidunt. Terra uero omnium media sita est, circa discordiam agitationemue, quæ per totū porrigitur coarctata, diei noctisq; custos, deorū omniū, qui intra cælū sūt antiquissima. Ac post ipsā mūdi toti<sup>9</sup> animam dulcia nobis alimenta ministrat. circa quam cælum uoluitur, nec non astrum ipsa quoddam est. ob eamq; rationem imota permanet, q̄ æquilibrata est in medio similis continentium. æther autem exterioriorem prouinciam sortitus est, in sphaeras uagantium & non uagantium distributus. quibus aer successit. In medio uero terra una cum eius humore refedit.



**Caput. xvi.** Dii iuniores sunt opifices hominis. De trāsmigratiōe aīæ.  
 Vm hæc omnia fabricata essent, restabant mortaliū animan-  
 tium genera tria, uolatilium, natantium, atq; gradientiū, quo-  
 rum generationem filiis suis Faber mundi mandauit. Nam si  
 ipse hæc etiam genuisset, immortalia nata fuisset. Illi igitur a prima mate-  
 ria particulas, quas ex actis certis temporum curriculis redderent mutu-  
 antes, mortalia finxerūt animantium genera. Quoniam uero de homi-  
 num genere utpote diis cognatori tum patri deo, tum etiam natis cura  
 erat, demisit huius generis animas in terram ipse omnium artifex stella-  
 rum numero pares. Verum cum quamlibet, antea cognato astro tāquā  
 uehiculo imposuisset, instar legum conditoris fatales illis leges explica-  
 uit, ut ipse extra culpam delictorum existeret. Docuit igitur perturba-  
 tiones a corpore mortales exorituras primo quidem sensum, postea uo-  
 luptatem, atq; dolorem, metūmq; & iram, quas quæ superarēt, neq; se tra-  
 hi permitterent, iuste uicturas, & in cognatum astrum deniq; redituras.  
 quæ uero ab iniustitia superarētur, secunda generatione in uitam scēmi-  
 næ migraturas. Et quæ nō dum ab improbitate cessarent, in brutorum  
 deniq; naturam degeneraturas. finem uero laborum tunc demum futu-  
 rum, cum innatos corporis affectus expulerint, & in proprium habi-  
 tum iam redierint.

**Caput. xvii.** De corpore, membrisq; hominis, & uiribus animæ.

Ii autem ī primis hominem ex terra, & igni, aereq; & aqua, fin-  
 derunt, portiones quasdam, quas quandoq; redderent a mate-  
 ria mutuātes, ligantesq; inuicem latentibus nexibus corpus  
 unum ex omnibus confecerunt. Ac partem deinde animæ præstantio-  
 rem in capite locauerūt, cum cerebrum prius ceu cultum agrum præ-  
 parauissent. Circa uultum organa administra sensuum disposuerūt.  
 Composuerunt quoq; medullam ex lenibus ac sine flexura triangulis,  
 quibus elementa genita fuerant, genitalis seminis futuram originē. Os  
 autem ex medulla atq; terra coegerunt, postq; hæc duo igni & aqua cre-  
 brius irrigarant. Neros item ex osse atq; carne. Caro uero ex salsa & acu-  
 ta quadam quasi fermentatione compacta est. Circūdederunt autē ossa  
 medullis, & ossibus iuncturarum gratia neruos. Vnde neruorum obse-  
 quio flexiones articularūmq; nodi prouenerunt. per carnem postremo  
 tegmentum illis adiectum ē, quæ tum alba tum plurima & ad decorem  
 & ad usum uiuentis est tradita. Ex iis præterea interna sunt implicita ui-  
 scera, uenterq; & circa ipsum intestina undiq; reuoluta. Superne uero ab

## DE PHANTASIA ET INTELLECTV

ore arteria & fistula faucium, una quidem in stomachum, altera autem in pulmones protensa. Cibi profecto in uentre digeruntur spiritu simul & calore attriti, atque molliti, atque inde in totum corpus manant per mutationibus propriis. Duæ autem uenæ circa spinam erectæ caput e contrario modo implicant inuicem obuiantes, hinc in multa se scindunt. Postquam dii hominem fabricarunt, animamque illius dominam corpori coniunxerunt, animæ ipsius principem rationem caput habitare iussere. A quo medullæ neruorumque origo deducitur, cuiusue uariis passionibus mentis alienatio sequitur. Quæ propter circumpositis capiti sensibus ipsam corporis arcem quasi quibusdam satellitibus munierunt. In ea siquidem ea uis habitat quæ ratiocinatur, iudicat, & contemplatur. At uero partes animæ, quæ mouentur affectibus, humilioribus sedibus addixerunt. Irascendi uim cordi, concupiscendi utero atque iis, quæ circa umbilicum sunt partibus, de quibus in posterioribus differemus.

### Caput. xviii. De uisu, lumine, specularibus imaginibus.

Erunt posteaque in uultu luciferos oculos in sculpsere, lumine illis igneum accendere. Quod quum lene & quodammodo crassum esset, existere diuini luminis germanum existimauerunt. Id utique passim per oculos emanat, uerum per pupillas purius, uberiusque transcurrit. Quod quidem externo fulgore simile commixtum simili ac corroboratum uidentis sensum præstat. Ideoque noctu abeunte uel obumbrato lumine haud amplius radius hic noster aeri se propinquo permiscet, quo fit ut se se ad interiora recipiens demulceat, atque resoluat internos motus, somnoque membra deliniant. unde & palpebras quum iam retractum est claudit. Et si plurimum quietis induxerit, somno ferme sine insonis surrepit. Quod si quædam adhuc agitationes restiterint frequentia confestim phantasmata nobis occurrunt. Atque hoc pacto phantasia seu ueræ, siue falsæ tramite quodam directo nascuntur. Post istas autem secuntur imagines, quæ in speculis uel aliis corporibus translucentibus lenibusque uidentur, quæ quidem haud aliter quam secundum reuerberationem resultant. Quatenus enim uel concauum, uel conuexum, uel oblongum speculum erit, eatenus uisa diuersa inuentibus apparebunt. Nam lumina ad partes alteras reflectentur à conuexo quidem repulsa atque dispersa in concauum uero conuenientia. Quam ob causam in quibusdam dextra atque sinistra contrauersa uidentur, in aliis pari modo, in nonnullis autem supera ad infera, ac uice uersa ad superna infera conuertuntur.

**Caput. xviii. De cæteris sensibus, & objectis eorum.**  
 Vditus uero ad uocis perceptionem procreatus est exoriens  
 à motu, qui circa caput efficitur adiecur usq; deueniens. Vox  
 autem per aures cerebrumq; & sanguinem ad animam pene-  
 trat. acuta quæ mouetur uelocius, grauis quæ tardius, magna quæ pluri-  
 ma, parua quæ pauca. Post hæc narium uis sequitur ad odorum perce-  
 ptionem progenita. odor autem est passio quædam à narium uenis usq;  
 ad ubilici regiones trafluës, huius species præter duas cõmuniores no-  
 mina nequaquæ habent. Atq; hæc quidem non aliter quæ bonus odor, & ma-  
 lus odor, quæ suauitatis & nausæ nomina sunt, cognominantur. Odor  
 certe omnis aere crassior est, aqua subtilior. proprie autem in iis odoris  
 genus accidit, quæ non dum transmutationem integram susceperunt.  
 sed cõmunionem quadam aeris & aquæ constant, cuiusmodi sunt, quæ ex  
 fumo & caligine conficiuntur. his enim inuicè alternatis odorandi sen-  
 sus efficitur. Gustum deinde uariorum admodum succorũ iudicem dii  
 formarunt, uenas porrigentes ab illo ad cordis sedem, quibus diuersi li-  
 quores examinarentur. hæc siquidem dum dilatantur uarie, atq; contra-  
 huntur, secundum succorum icidentias eorum uarietatem discernunt.  
 sũt autem saporum differentia septem dulcis, acer, ponticus, austerus, sal-  
 sus, acutus, amarus. Et dulcis quidem natura reliquorum omniũ contra-  
 ria, etenim humorem linguæ ibibitum perfundit atq; delinit. acer tur-  
 bat atq; dispergit acutus inflamat, & ad supera euolat. qui uehementer ab-  
 stergit, & liquefacit, amarus dicitur sed qui lenius purgat, atq; permollit,  
 falsus. Ex iis autem saporibus, qui obstruunt linguæ meatus, & cõtrahũt,  
 quidam asperius agunt pontici. qui uero lenius austeri dicuntur. Tangen-  
 di postremo sensus à diis genitus est, ut calida dinoscat, & frigida, mollia,  
 & dura, læuia atq; grauia, leniaq; & aspera. Cedentia quidem corpora di-  
 cimus, quæ tactũ recipiunt. Resistentia, quæ minime cedunt. hoc autem  
 propter corporum ipsorum fundameta contingit. Quæ enim ampla,  
 habent stabilia ac solida, quæ contra exiguo fundamento utuntur, cedẽ-  
 tia, mollia, lubrica sunt. Asperum sane est, quod inæquale ac durum. lene,  
 quod planum sinul & pigre. cum uero calida & frigida passio admo-  
 dum opposita sint, diuersis causis inferuntur. Nam quod acumie ac ue-  
 locitate partium scindit calidam passionem gignit, frigidã uero, quod  
 ingressu pigrius, dum tenuia quidem expelluntur, & in illorum sedes  
 crassiora penetrare coguntur. Tunc sane concussio tremorq; prouenit,  
 & quæ hinc passio in corporibus nascitur. Rigore existit.

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

### Caput. xx. De graui, & leui.

**R**auē, & leue per superiorem & inferiorem locum definire nō decet. nihil enim aut sursum est, aut deorsum. Nam cum cælum omnino rotundum sit, & in conuexa superficie æqualiter leuigatum, haud decet aliquid superius, aliquid inferius prædicare. Cæterum graue quidem dicendum id est, quod difficile in locum extra naturam suam trahitur, leue uero, quod facile. Itē graue, quod ex plurimis, leue quod ex paucissimis partibus est compositum.

### Caput. xxi. De respiratione.

**E**spiramus autem hoc pacto. Aer amplius circumstans undiq; per os, ac nares, cæterosque latentes meatus corporis influit. Calefactus inde ad externum cognatumque aerem refluere nititur, Qua uero ex parte effluxit, extimum aerem ad interna repercutit. & huiusmodi circulo nunquam cessante inspiratio, & expiratio sequitur.

### Caput. xxii. De causis morborum.

**O**rborum causas Plato multas esse docuit. Primam quidem elementorum excessum, atque defectum, mutationesque locorum in prouincias naturæ minime congruas. Secundam uero mutuum cognatorum regenerationem. Veluti si ex carne sanguis, aut bilis, aut pituita fiat, hæc enim omnia nihil aliud, quam colliquationem, & putrefactionem esse. pituitam enim esse recentis carnis liquefactionem. Sudores autem & lachrymas effluxum quendam, reliquiasque pituitæ. Extra quoque missa pituita albas infectiones inducit. At intus atræ bili commixta morbum comitialē, quæ facer appellatus est, procreat. Acuta uero & falsa pituita passionum, quæ per fluxum accidunt causa est. Omnes enim, qui pituita simul & bili grauantur. id pati necesse est. Nam innumeros uariosque morbos bilis cum pituita gignit, febrem continuam ignis excessu contingere putat, diurnam, aeris tertianam, aquæ quartanam denique, terræ. deinceps de aia hinc sumentes exordium dicendum est. et si in idem redire uidemur.

### Caput. xxiii. De tribus principalibus animæ uiribus

**N**imam hominis immortalē à primo deo suscipientes dii mortalium generum conditores partes illi duas mortales (ut diximus) adiunxerunt. Verum ne uis animæ immortalis, atque diuina deliramentis mortalibus inficeretur, in ipsa corporis arce sedem eius utpote principis omnium statuerunt. Etenim habitaculum eius caput esse uoluerunt, ea figura, qua mundus elaboratus. Reliquum uero corpus huic administrum quasi uehiculum subiecerunt, Ipsis uero

mortalibus portionibus proprias singulis prouicias assignarunt. Iracundia quippe praecordia. cupidini uero locum medium inter umbilicum atque diafragma ibique uim eam ueluti furiosum & agreste animal ligauerunt. Pulmones machinati sunt gratia cordis molles atque uentosos, & instar fistulae cauos, & spongiae similes, ut cor irae ardore non unquam exarsuans aliqua saltem refrigeratione mitigaretur. Iecur autem ad excitandam concupiscentiam animae, rursusque sedandam dulcedinem simul, & amaritudinem nactum est. Quinetiam ita est institutum, ut diuinationes, quae per somnia fiunt in ipso reluceant. In eo siquidem propter lenitatem, soliditatem, atque nitorem uim a mente manantem refulgere putauit. Splenem uero iecoris ipsius gratia, ut & purget ipsum, & splendidum reddat, utque putredines corrodescentes, quae quibusdam morbis circa iecur affluunt in splenem continuo delabantur.

Caput. xxiiii. de distinctione partium animae.

q Vod autem illae tres animae partes locis propriis seiunctae sunt, hinc discere licet. In primis enim, quae natura segregata sunt, altera existunt. natura uero segregatur, quod rationem habet, & quod rationi subiicitur. Si quidem illud circa intelligibilia uersatur, hoc autem circa molesta uel laeta. Quinetiam ratio hominibus duntaxat, pars autem perturbationibus obsequens, ceteris quoque uiuentibus competit. Ratio itaque & irrationalis animae portio, cum natura distinctae sint, locis quoque seiunctae esse debent. Inueniuntur enim haec duo saepe inuicem repugnare. Nihil autem secum pugnare potest. neque etiam quae inter se contraria sunt. circa idem secundum idem eodem in tempore adesse ullo modo possunt. Videtur autem in medea ira cum ratione pugnare. intelligo inquit quae factura sum esse mala, ira tamen consilium superat. in ipso etiam Laio dum chrysiptum raperet, concupiscentia rationi nimium repugnabat, sic enim inquit. Heu heu diuinum hoc hominibus malum, quando quis bonum nouit, sed minime utitur. item aliud quiddam esse uim rationalem, ex hoc plane patebit, quod diuersa utrorumque curatio est. Illa quippe disciplina, haec autem consuetudine, & exercitatione curatur.

Caput. xxv. De immortalitate animae.

a Nimam his rationibus immortalem esse Plato demonstrat. Anima cuiusque adest, uitam affert, utpote illi naturaliter insitam. quod uero uitam praestat, mortem minime suscipit. quod

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

Quod autem huiusmodi est, immortale existit. quod si immortalis est, est anima, incorruptibilis quoque erit. essentia enim incorporealis secundum substantiam immutabilis, intelligibilis, inuisibilis, & uniformis est. nonne igitur, & simplex, & indissolubilis erit: Corpus uero contra habet sensibile, uisibile, dissipabile, compositum, multiforme. Præterea anima cum per corporis sensus ad illa, quæ sensibilia sunt descendit, angitur, atque turbatur. neque similis esse potest illius, cuius præsentia perturbatur. Quare intelligibilis potius, quam sensibilis similis est. Intelligibile uero ipsa sui natura semper incorruptibile. Accedit ad hæc, quod anima ipsa natura corpori dominatur. quod autem natura sua regit, & imperat, diuinitati cognatum. quapropter anima deo proxima immortalis erit. Item quæcumque sine medio contraria sunt, neque secundum se ipsa, uerum secundum accidens quoddam, sic à natura sunt instituta, ut ex se inuicem mutuo fieri ualeant. ipsum uero quod homines uiuere uocant, ipsius quod mori dicitur contrarium est. Quemadmodum igitur mors est animæ a corpore separatio, sic uita animæ cum corpore congressio est, animæ inquam, quæ ante corpus extiterat. quod si & fuit ante, & post mortem erit, cõsentaneum uidetur, ut sempiterna sit, neque enim ultra quicquam, quod illam perdat excogitare potest. adde quod si disciplina reminiscencia quædam est, immortalem esse animam necesse est. esse uero reminiscencia sic adstruimus. neque enim aliter discere quicquam possumus, quam per recordationem eorum, quæ quondam nouimus. nam si à singulis uniuersalia intelleximus, quonam pacto singula ipsa uniuersa cum infinita sint percurrimus? at quomodo ex paucis in diuiduis cõmunia ipsa percepimus: decipemur enim atque mentiremur perinde ac si iudicaretur omne, quod respiratione utitur solum animal esse, uel quomodo ipsæ intelligentiæ in nobis principales essent. reminiscendo igitur intelleximus ex paruis acceptionibus à quibusdam secundum partem incidentibus reminiscentes eorum, quæ iandudum cognoueramus. quorum uero obliuionem tunc primum perpeffi sumus, cum primum animæ in corpora descenderunt. præterea si anima a proprio malo nequaquam corrumpitur, nunquam alterius malo. neque simpliciter a quocumque malo destruetur. cumque huiusmodi sit, incorrupta perseuerabit. Itaque quod se ipso mouetur utpote motus principium, semper mouetur, & quod huiusmodi immortale est anima uero se ipsa mouetur, & quod se ipso mouetur motus omnis generationisque principium. Principium autem ingenitum, & incorruptibile permanet. Quæ & hominum & re-

liquorum animantium animæ forte tales existunt atq; eiusdem mistio-  
 nis particeps per se mobilem sane animam uocat. Quoniam innatam  
 habet uitam semper secundum se ipsam operantem. Quod igitur ani-  
 mæ rationales immortales sint, ex Platonis sententia quisque asseuerare  
 potest. utrum uero & irracionales, ambiguum esse uidetur, probabile  
 tamen est irrationalium animas cum sola phantasia ducantur ratioci-  
 nationis, iudiciiq; expertes, nec intelligentiis, earumue collectione, aut  
 boni, maliue discretionem utantur, aut sane eiusdem, cuius et aîæ nostræ  
 naturæ participes esse, sed mortales potius, corruptioniq; obnoxias. ex  
 eo autem quod rationales sint, sequitur ut extrinsecus ingrediantur in  
 corpora formati iam fœtibus adhærentes & in corpora plura tum hu-  
 mana, tum etiam alia eundem semper seruantes numerum transfigu-  
 rare ualeant. atq; id uoluntate deorum, siue i cōtinentia uitæ, corporisq;  
 amore. quippe corp<sup>9</sup> & anima cognationem inter se quandam habent,  
 qualem ignis atque bitumen. quinetiã deorum animæ uim discernē-  
 di, quæ etiam dignoscendi facultas dici potest, nactæ sunt. Præterea &  
 aggrediendi naturam, quem assistendi uigorem possumus nuncupa-  
 re. Post hæc uim quandam, qua conciliant, & gubernant. quæ quidem  
 naturæ cum in hominum animis insint, postquam in corpora uene-  
 rint permutantur. Conciliandi nanq; & gubernandi facultas inconcu-  
 piscentiam, aggrediendi autem uigor in iracundiam trasmutatur.

Caput. xxvi. De uirtutibus, & uitiis, atque horum distinctionibus.

Quoniam uero secundum uires rationales & irracionales ani-  
 ma trifariam diuisa est, id homini cōtingere plato existimat.  
 ut nunquam prudens esse queat, dum aut timidus, aut intem-  
 peratus existit. Ideoque absolutæ uirtutes inuicem inseparabiles sunt.  
 dicuntur & alio quodã modo uirtutes naturæ dotes, & ielinationes bo-  
 næ, ob quandam similitudinẽ, idem quod & perfectæ uirtutes nomen  
 adeptæ. Quamobrem milites fortes quandoque dicimus, nec non im-  
 prudentes ac temerarios, quosdam fortes aliquando prædicamus. haud  
 sane de perfectis uirtutibus, sed de dotibus naturæ loquentes. Absolutæ  
 profecto uirtutes nec crescunt unquam nec decrescunt. Vitia uero  
 intenduntur, atq; etiam remittuntur. unus siquidẽ altero imprudẽtior,  
 & iniustior. Neq; tamen se inuicẽ uitia cuncta secuntur sunt enim con-

traria

## DE PHANTASIA ET INTELECTV

traria quædam, quæ in idem congregari nequeunt. Sic se habet ferocitas aduersus timiditatem, & aduersus auaritiam prodigalitas. Neq; inueniri quisq; potest omnium uitiorum maculis inquinatus, quemadmodum nec corpus cunctis morborum corruptionibus simul afflictum. Accipienda est in super media quædam affectio, quæ nec ad uitium, neq; ad uirtutem pertineat. Neq; enim homines uniuersos probos uel improbos esse necesse est. nam huiusmodi sunt, qui iam ad integrum prouenerunt. haud quippe facile est euestigio à uitio ad uirtutem progredi. Lógo ení interuallo extrema inter se distant. Virtutú præterea quædam principes, quædam uero pedissequæ. Principes, quæ in parte animæ rationali, quibus & cæteræ uirtutes perficiuntur. Pedissequæ uero, quæ circa partem rationis expertem uersantur. Hæ siquidem honesta operantur haud sane secundum rationem, quæ ipsis in sit (Neq; ení habent) Verum secundum normam à prudentia ex consuetudine, & exercitatione illis impositam. & cum neque sciëntia, neq; ars in alia parte animæ q̄ irrationali consistat, uirtutes, quæ circa partes irracionales uersantur doceri nequeunt, quia nec artes, nec sciëntiæ sunt. Neq; enim propriam intelligentiã possident. Prudentia tamen, quæ & sciëntia est propria unicuiq; tribuit, quæ admodum gubernator nautis quædam ab illis minime inspecta interdum indicat. Illi uero secuntur. eadem quoq; ratio in milite, & exercitus duce. cum uero mala & itendantur, & remittantur, delicta paria nequaquã erunt, sed quædam maiora, minora nõnulla. Quam ob causam conditores legum quædam lenius, quædam asperius puniunt. Et quauis ipsæ uirtutes summitates quædam sint, ex eo q̄ perfectæ sunt, ac recto cõparatur alio tamẽ mō mediocritates dicuntur, eo qđ circa singulas, uel saltẽ plurimas, duo uitia utrinq; conspiciuntur, quorum unum excessu, alterum defectu prouenit. Velut circa liberalitatem, hinc auaricia, inde prodigalitas cernitur. nam in affectibus intemperãtia sequitur, aut ex eo, quod ultra decen transitur, aut ex eo, quod nequaquã attingitur. Neq; uero, qui parentibus suis furentibus nihil mouetur, neq; etiam qui ex quibuscunq; minimis effertur moderatus est. Item qui parentibus uita functis nihil dolet, insensatus est. qui uero mœrore se ipsum perdit, effrenis. At qui mediocriter tristatur, moderatus dicitur. Et qui in omnibus trepidat, formidolosus, qui nihil omnino metuit ferox, fortis autem qui ad timendum, atq; audendum mediocritatẽ seruat. Eadẽq; de cæteris omnibus ratio ẽ. Quoniam uero mediocritas in affectibus optima est, nec aliud est mediocritas q̄ mediũ inter excessum atq; defectũ, ob id. uirtutes huiusmo-



di mediocritates dictæ sunt, quod nos mediocriter affectos circa perturbationes humanas reddunt.

Caput. xxvii. Quomodo uirtus quod uoluntaria, prauitas autem inuoluntaria. Ostquam uero siquid aliud in nostra potestate consistit, nec est p coactum, eiuscemodi præcipue uirtus est, neque enim laude digna existimaretur, si uel natura, uel diuina sorte contingeret, sequitur ut uoluntaria uirtus existat, atque id per affectionem quandam flagrantem, generosam, atque perpetuam. Ex hoc tandem quod uirtus uoluntaria est, prauitatem inuoluntariam esse concluditur. Quis enim in parte eius præstantiori, extremum esse malum sponte unquam eligat: Quod si quis in uitium labitur, primum quidem non ut in malum, sed uelut in bonum potius inclinatur. Et si in malum irruit, omnino deceptus est, ut per minus malum maius quoddam malum deuitet, atque ex hoc inuoluntarius agitur. Neque enim fieri potest, ut quis eo animo ad mala declinet, quasi mala exoptet, neque spe aliqua boni, aut metu maioris mali feratur. Quamobrem omnia quæ improbus agit, inuoluntaria sunt. Nam cum iniusticia inuoluntaria sit, multo magis iniuste agere inuoluntarium erit, quo deterior est operatio ipsa uitii, quam eius habitus ociosus. Et quæ inuoluntaria sint scelera, scelerati tamen homines puniendi. Ac etiam diuersa poenarum genera esse debent, quæ admodum illata per iniuriam dâna differentia sunt. Inuoluntarium præterea in ignorantia quadam uel perturbatione consistit. Quæ profecto excutere licet ratione, consuetudineque ciuili, atque diligentia.

Caput. xxviii. De iniustitia, & de affectuum distinctione. Antum uero malum iniustitia est, ut iniuriam pati præstet admodum, quam inferre. Et enim iniuria quenquam afficere improbi hominis opus est. Affici uero iniuria, imbecillis est passio. Turpe quidem utrumque. At tamen inferre iniuriam eo deterius est, quo turpius. At qui operæ pretium est iniusto se iudici ultro subiicere, quemadmodum agrotanti medico se committere. Omnis enim castigatio medicina quædam est delinquentis animæ. Quoniam uero uirtutes quæ plurimæ circa affectus perturbationesque uersantur, affectus ipsi iam distinguendi uidentur. Est autem affectus motus animæ sine ratione, gratia boni cuiusdam, aut mali. Irrationalis motus ideo dictus est, quia nec iudicia, nec opiniones affectus sunt, sed irrationalium partium animæ motus. In parte enim animæ rationis expertæ motiones sunt, quæ & si nostra sunt opera, nihilo tamen magis in nostra potestate consistunt. Sæpe igitur

## DE PHANTASIA ET INTELLECTU

tur inuoluntarii motus huiusmodi nobis exoriuntur, uoluntati que repugnant. Quandoque enim accidit, ut dignoscetes nec aspera esse, quæ incidunt, neque dulcia, nec expetenda, nec etiam metuenda, nihilominus ab eis trahamur. Quod sane nunquam pateremur, si perturbationes idem essent, atque iudicia. hæc enim tunc reiicimus, cum ipsa per consilium confutamus, siue ut decet, seu non, id agamus. Adiectum præterea in definitione est boni cuiusdam, aut mali gratia. Nam ex indifferenti occursum affectus minime concitatur. ex eo enim, quod aliquid aut bonum, aut malum apparet, perturbationes omnes nascuntur. Et si bonum adesse uideatur, uoluptate perfundimur, si fore cupimus. malum contra cum præsens apparet dolemus, futurum metuimus. Simples præcipuique affectus duo sunt, uoluptas scilicet, atque dolor. Cæteri autem ex iis uelut elementis quibusdam conficiuntur. Neque enim cum iis timorem & concupiscentiam quasi simplices principalesque sint, annumerare debemus. Nam qui metuit, non omnino uoluptate priuatus est, quippe si malorum repulsionem uel leuationem penitus desperarit, haud ultra metueret, imo acriori inde passione afflictus, doleret iam potius quam timeret. Qui uero cupit quandoquidem consecutionem eius quod appetit, sperat, quodammodo delectatur. Et cum haud certam spem habeat, angitur. Quod si cupido ac metus minime simplices sunt, sine controuersia concedetur, nullum quoque reliquorum affectuum simplicem esse. uelut iram inquam desiderium, emulationem, cæteraque huiusmodi. In iis enim uoluptas & dolor tanquam ex iis compositis inspiciuntur. perturbationum præterea quædam agrestes, nonnullæ domesticæ sunt. Domesticæ quidem quæcumque secundum naturam hominibus insunt. Atque hæc sane dum modum tenent, necessariae ac propriae sunt. At cum supra modum efferuntur, profecto delinquunt. Eiusmodi sunt uoluptas, dolor, ira, misericordia, uerecundia. Cõueniens quippe hominibus est iis, quæ secundum naturam accidunt delectari, contrariis uero dolere, & ira quæ ad repellendam ulciscendamque iniuriam necessaria est. Misericordia humanitatis atque caritatis est propria. Uerecundia uero ut ab aduersis declinemus, nos prouocat. Agrestes autem & ferinæ perturbationes præter naturam hominum ex peruersione uitæ, ac deterrima consuetudine procreantur. huiusmodi sunt risu effusior, & in malis contingentibus exultatio, & humani generis odium. quæ siue uehementes atque intensæ seu remissæ sint aut quomodo docunque se habeant, semper aberrant mediocritatem quæ laudabilem nullam prorsus amittunt. De uoluptate autem & dolore sic inquit Plato. has uidelicet perturbationes in nobis ab ipsa origine naturaliter excitari. dolore

quidem iis, qui præter naturam mouetur accidere, uoluptatē uero illis, qui in naturam suam restituntur. Existimat enim naturalem hominis statum esse medium inter uoluptatem atq; dolorem, dum neutro mouetur, quo in statu plurimum tempus uiuimus. Tradit item plures species uoluptatum, quasdam per corpus, nō nullas uero per animam, nec non ex uoluptatibus alias dolori cōmixtas, alias puras esse, aliquas item per memoriam fieri secundum spem, alias excitari, non nullas quoque turpes, honestas alias, & illas quidem ex incōtinentia, & ex iniustitia suscipi. has autem ex temperantia, aut alio quodam bono contingere, ueluti gaudium illud, quod ex uirtutum operatione percipitur. Cum igitur uoluptatum plurimarum natura obscæna sit. nequaquā disputandum esse censet. utrum uoluptas simpliciter & absolute bonū esse possit, exilis enim & inanis esse uidetur, cuius natura pedissequa est, alteriq; succedens, neq; substantiæ propriæ principalis particeps. Cōtrario quoq; suo concreditur dolori semper imixta, quæ sane nunq̄ contingerent. si uoluptas absolutum bonum, dolor autem absolutum malum esse posset.

Caput xxviii. De fato, & libero arbitrio.

De fato autem huiusmodi quædam Platoni uisa sunt. Omnia dicitur inquit in fato sūt. nō tamē omnia fato decreta. fatū enī legis istar nequaquā dicit. hic talia faciet, hic talia patietur. In infinitū nanq; progressio foret. cum infiniti sint, qui nascuntur, & innumera, q̄ illis deinde contingunt, libertas quoque nulla restaret, & laudes uitu perationesq; penitus tollerentur. Verum sic fatum pronunciat. Quæcūq; anima talem uitam elegerit, & huiusmodi quædam cōmiserit, cōsequēter talia patietur. Libera ergo est anima, & in eius arbitrio, uel agere, uel nō agere ponitur, neq; hoc ab aliquo cogitur. Quod autem sequitur actionem, ab ipso fato perficietur. Veluti ex eo. q̄ paris helenam rapiet, quod quidem in eius erit arbitrio, sequetur, ut græci de helenâ decertent. Sic quoque Apollo ipsi laio prædixit, Si genueris filiū, nat⁹ ipse te perimet. In lege quidem, & laius, & generatio filii simul comprehenditur. Fato uero institutum est, quod ex generatione filii sequitur. ipsius autē, quod possibile est. natura inter falsum & uerum media cadit. eiq; sua pte natura in definito. libera animæ rationalis potestas undiq; supfertur. Quod uero eligentibus nobis efficitur, confestim aut uerum est, aut falsum. Ab eo autem quod in potentia, idest quod habitu quandoq; actūq; erit, admodū discrepat. Quod enim potentia facultatem quādam & aptitudinem ad aliqua, quæ nondum ordinem suum sortita sunt, significat quæadmodū

## DE PHANTASIA ET INTELLECTV

quemadmodum puer potentia quadam grāmaticus, tibicen, ac faber dicitur, eritq; tunc in unius aut duorum habitu constitutus, cum didicerit, habitumq; istorum aliquem nactus fuerit. In actu uero tunc demum esse dicitur, cum secundum acquisitum habitum operabitur. At quod possibile uocabamus, horum neutrum est. Indeterminatum enim atq; indifferens natura sua, libertate nostra in utram placuerit statera lancem quodāmodo declinante, mox aut uerum, aut falsum ex possibili fit.

Caput. xxx. De bonis, & summo bono, atq; uirtutibus.

Einceps quæ Platoni de moribus placuerunt, breuiter perstrigamus. Venerandissimum profecto & supremum bonum nec facile iueniri, nec postquā inueneris tuto cui libet reuelari posse putauit. Ideoq; cum paucis admodum, atq; his quidem familiarissimis, ac probe electis cōtemplationem ipsius summi boni cōmunicauit. Nostrum tamen bonum si quis diligenter eius libros examinauerit, in ipsa primi boni cōtemplatione posuisse reperiet. Quod quidē bonum, & deū, & primam mentem nuncupare licet. Omnia enim, quæ ab hominibus bona dicuntur, ea ratione bona nominari uoluit, quod aliquo modo ipso primo bono participant. Quemadmodum & dulcia omnia, atque calida participatione quadā primi dulcis & calidi appellationem huiusmodi sortiuntur. Ex iis uero, quæ nobis insunt, mentem, atq; rationem duntaxat ipsius boni similitudinem consequi. Quā obrem bonum, nostrum pulchrum quiddam, uenerādum, diuinum, amandum, cōmensuratum, ac beatitudo apud illum uocatur. Eorum autem, quæ uulgo dicuntur bona, cuiusmodi sanitas est, formāq; & robur, nec non diuitiæ, atq; dignitates, nullum profus esse bonum, nisi in usum uirtutis inciderit. Seperata enim hæc ab ipsa uirtute, materiæ sortē solūmodo tenent, atq; iis qui male utuntur, mala proculdubio sunt. Nō nunq̄ tamen ipsa mortalia bona plato nominat. Beatitudinem uero haudquā in bonis hominibus, sed in diuinis, ac sanctis iesse. Ideoq; in gentibus quibusdam admirandisq; bonis, legitimorum philosophorū animos refertos esse prædicat. Ac post corporis mortalis interitum, diuinis epulis uesci, ueritatēq; campum cum diis una circūlustrare. Idq; ex eo potissimum promereri, q̄ in omni uita desyderio scientiæ diuinæ flagrauerint, atq; eam præcæteris omnibus ueluti præciosissimū quiddam coluerit. Cuius munere mentis illorum expergefactus oculus, atq; reuiuiscens antea obcæcatus, in numeris tamen corporeis oculis prætiosior, eos uniuersæ naturæ rationalis compotes efficit. Etenim igno-

rantes homines iis comparat, qui uitam omnem in subterranea quadam spelunca transegerint, ubi fulgidum solis lumen nunquam inspexerint, sed exiguas & inanes umbras corporum eorum, quae nos supra terram inspicimus. Quas dum intuerentur, uera se corpora uidere putauerint. Ut n. hos, si quando e tenebris ad lumen emerferint, consentaneum est omnia, quae antea uisa fuerant, ac se ipsos multo magis tanquam omnino deceptos uituperare, sic & eos, qui ex huius uitae tenebris ad diuina se conferunt, rationabile est, quae quondam maximi fecerant aspernari, diuinorumque beatam speculationem duntaxat amare, Ex quibus consequens est dicere, ipsum solum bonum in scientia primi, quod & pulchrum est consistere. quod per omnes platonis libros ostensum est, semper tamen secundum ipsam participationem id assertum. In primo igitur libro de legibus hoc modo. Duo quidem bona sunt, humana uidelicet, atque diuina, & quae secuntur, Si quid autem absque uirtute possidetur, & essentiae primi est expers, id praeterea ab ignorantibus bonum est appellatum. quod tamen in euthydemo Plato ingens habenti malum esse testatur. Quod uero uirtutes per se ipsas eligendas existimat, ex eo patet, quod solum pulchrum honestumque bonum esse censet. quod cum in multis eius dialogis demonstratur, tum maxime in iis, quos de re. p. edidit. Quapropter hominem dei scientiam consecutum, felicissimum, beatissimumque existimat, neque tamen honorum causa, qui huiusmodi uirum secuntur, neque alicuius alterius praemii gratia beatum uocat, sed licet homines uniuersos lateat, eaque etiam, quae uulgo mala putantur, infamiae, exilia, atque mors illi contingant, nihilominus beatum fore. At qui hominem absque dei scientia, cuncta, quae uulgo bona praedicat possidentem. diuitias, regna, sanitatem, robur, & formam, nihilo magis beatum putat. Quibus omnibus consequentem atque consonum finem induxit. hoc est dei simile fieri, quoad humanum genus assequi potest. Variis autem modis id astruere tentat. Interdum quippe similitudinem dei dicit, prudentem, iustum, sanctumque esse, quemadmodum in theaeteto declarat. Vnde adnitendum monet ocyus hinc ad diuina confugere. fuga uero similitudo dei, similitudine dei, prudentem, iustum, sanctumque fieri. Nonnunquam etiam per solum iusticiam, quemadmodum in ultimo de re. p. libro, dei similes fieri nos posse demonstrat. Neque enim a deo inquit. unquam despicitur, quis quis conatur, ut iustus euadat, & ipsius uirtutis officio se se quantum licet dei similem reddat. In phaedone uero dei similitudinem per temperantiam, iusticiamque acquiri sic asserit, Non ne beati, sanctique sunt, & in optimum locum

## DE PHANTASIA ET INTELLECTV

locum migrant, qui popularem ciuilemque uirtutem, quam temperantiam & iustitiam uocant exercuerunt. Interdum igitur uitae finem esse dicit dei similem fieri, alias autem sequi deum ceu cum inquit, Deus profecto ut antiquus sermo testatur, principium, medium, finemque, rerum omnium continens, rectitudine perficit singula secundum naturam undique circumcurrens. hunc semper iudicium sequitur iudex eorum, qui a diuina lege discesserint. Cui qui beatus futurus est se sponte subiiciens, mitis & modestus obtemperat. Non unquam utraque, ut cum inquit. Animam uero deum sequentem atque illi consimilem, & caetera quae sequuntur. Et enim utilitatis principium bonum ipsum existit. hoc autem ex deo dictum est. Cuius uero principio finis erit, dei similem effici, dei scilicet caelestis uel proculdubio super caelestis. qui uirtutem quidem non habet, est tamen uirtute praestantior. Quia obrecte quispiam dixerit *καλοδαμονίαν* .i. miseriam, daemoneis deprauationem esse. *εὐδαμονίαν* uero id est beatitudinem bonum daemoneis habitum. Tandem uero ad ipsam dei similitudinem accedemus, si conuenienti, natura utamur, moribusque, & uictu, ac sensu secundum legem, rationemque praesertim atque doctrina. ut ab humanis negociis longe admodum alieni diuinisque contemplationibus dediti semper uiuamus. praepurgationes autem, & quasi purificationes quaedam interioris daemoneis, si maioribus expiationibus opus fuerit, ipsae mathematicae disciplinae erunt, per musicam, arithmetica, astronomiam, atque geometriam. Corporis quoque cura per gymnasticam habenda est, qua promptius ad opera tum pacis, tum belli reddatur.

### Caput. xxxi. Definitio uirtutis, atque distinctio.

Uirtus uero diuina quidam thesaurus sit, ipsa quidem est affectio quaedam animae perfecta & optima, ornatum, concordem, & stabilem efficiens hominem, tum ad agendum, tum etiam ad loquendum, & ad se ipsum pariter, & ad alios. Ex uirtutibus autem quaedam circa partem rationalem sunt, quaedam circa rationis expertem. Nam cum alia sit natura rationalis partis, alia irascendi potentiae, alia etiam concupiscendi, diuersae quoque harum perfectiones esse debebunt. Unde ad primam prudentia, ad alteram fortitudo, ad postremam temperantia pertinebit. Et prudentia quidem bonorum & malorum indifferentium uel scientia est. Temperantia ordo circa uoluptates atque libidines, eas obedienter rationi efficiens. Cum autem ordinem & obedientiam tribuimus temperantiae, id sane intelligi uolumus, quod uis quaedam est, qua cupidines pedessequae naturalis domini fiunt. fortitudo est legitimae institutionis, seu

ardua, siue facilis seruatio. idest conseruatric & executrix facultas legitimi rationis propositi. Iusticia est consensus quaedam omnium animarum partium. quippe uis quaedam est, per quam tres animarum uires sibi inuicem consonant, & unaquaque; secundum dignitatem proprio munere fungitur. ut iusticia communis quaedam & integra harum trium uirtutum. prudentiae, fortitudinis, temperantiae perfectio sit, dum ratio ducit & imperat, reliquae uero partes quaeque; pro naturae suae officio superiori subiectae, obediētesque; permanent. Quapropter uirtutes coniugatione quadam se inuicem consequi putandum est. Fortitudo enim cum sit institutionis legitimae conseruatio, rationis rectae conseruatric erit. Recta autem ratio a prudentia proficiscitur. Quin etiam prudentia cum fortitudine constat, bonorum nempe scientia est. nemo autem bonum discernere potest, dum timiditate perturbationibusque; illam sequentibus obcaecatur. Atque eodem modo neque; cum imtemperantia prudens uir ullum habet commercium. Ac generatim quisquis perturbatione concitus quicquam praeter rationem efficit, propter inscitiam semper aberrat. prudentia uero rem propriam & rem familiarem, & rem publicam administrat. Et ut rem publicam gubernat ciuilis scientia nuncupatur. cuius sunt officia duo, leges condere, & conditas exequi. prima *νομοθετικη*. idest legum positiua, secunda *δικαστικη*. idest iudiciaria nominatur. Considerat denique ciuilis peritia ea, quae ad pacem, & quae ad bellum pertinent, & in eo cum alia plurima, tum hoc praecipue, bellum ne ineundum sit, an potius renuendum

Caput. xxxii. de amicitia.

Amicitia proprie nihil aliud est, quam beniuolentia mutua. haec uero tunc existit, quando uterque; bonum alteri aequae ac sibi esse desiderat, quae quidem aequalitas haud aliter quam per similitudinem morum seruatur. Simile enim simili ac moderato amicum est. In temperata uero neque; inuicem neque; moderatis congruere possunt. Dicuntur & aliae quaedam, nec tamen sunt amicitiae a uirtute quodammodo coloratae. Cuius modi est naturalis parentum ad filios, cognatorumque; ad inuicem beniuolentia. nec non ea, quae ciuilis ac rhetorica nuncupatur. haec si quidem non semper beniuolentiae uicissitudinem habent. Species praeterea quaedam amicitiae, amatorius affectus est. Amor honestus est animi generosi. turpis abiecti, medius denique; medii. Enim uero quemadmodum tres dispositiones sunt rationalis animi. bona uidelicet, malaque; & media. Ita tres amatorii sunt effectus inuicem specie differentes. Quod autem tres sint amores, fines illorum diuersi declarant. Turpis quidem sola corporis uoluptatem

## DE PHANTASIA ET INTELLECTV

pta tem sequitur. Ideoq; brutorum passio est. Generosus uero nudum respicit animum ad uirtutis officia promptū. Medius utranq; diligit tū corporis, tum animi pulchritudinem. Atq; ille etiam, qui sumatur, neq; probus est, nec improbus. Quapropter amorem ad corpus ex parte aliqua declinantem dæmonē potius, q̄ deum appellare decet, nunq̄ in terrena corporamersum, diuina ad homines, humana rursus ad deos traici entē. Cum uero amatorius motus in tres ideas sit, quas diximus distribu tus, boni quidem uiri amor passionis expers artificiosus quodammodo est. unde & irrationali animæ parte sedet, eiúsq; cogitationes huiusmodi sunt discernere, qui ab animi dotes sit beniuolentia dignus, atq; eū sibi conciliare. deinde eius, quem amat cogitationes, appetitionesq; si generosæ sint, & ad bonum feruore quodam animi perferantur, laudat, & approbat. sin contra se habeant, nec assentabitur illi, neq; suauibus uerbis, obsequiisq; deliniet, sed absterrebit potius, atq; docebit nequaquam illi, donec talis sit, esse uiuendum. promittet autem semper, ac porriget ea, quibus exercitatus is, quem amat, ad optimam frugem euadat. finis tandem is etiam, ut ex amore amicitia fiat.

### Caput. xxxiii. De speciebus rei publicæ

Erum publicarum quasdam præsupponendas esse dicit, quas in libris de rep. tradidit. In his enim priorem quidem concordem. secundam uero dissidentem descripsit inquirens, quænam istarū præstatiores essent, & quo pacto constituerentur. est & apud eum instar diuisionis animæ respu. quoq; in tria membra diuisa, in custodes, adiutores, artifices. primis autem consultatio nem principatumq; tradit. secundis propugnationem, si quando opus fuerit, quos iracundiæ comparat. quasi opem rationi ferentes, Postremis uero artes, ac cætera ministeria. principes existimat philosophos. & contemplationi ipsius boni deditos esse debere. hoc enim modo duntaxat ipsos omnia recte gubernaturos. quippe nunq̄ humanum genus a malis cessaturum, nisi aut philosophi regnent, aut dominātes diuina quadam sorte philosophentur. Optime enim & cum iustitia tūc administrari remp. cum unaquæq; ciuitatis portio suo munere fungitur. principes populi consultant, atq; decernunt. militares his obsecuntur, atq; tutantur. reliqui uero superioribus libenter obediunt, qui neq; reip. species induxit. primam optimatum gubernationem, quando uiri optimi præsumt. Secundam ambitionem, in qua fastu inflati homines dominātur. tertia popularem.



DE PHANTAZIA ET INTELECTU  
quartam paucorum potentiam. Postremam tyrannicam cunctarum de  
terrimam. describit quoque; alias ex suppositione resp. cuiusmodi est, quæ  
libris de legibus instituitur, & quæ ex emendatione in epistolis extat. qua  
utitur aduersus eas ciuitates, quæ ægrotantes in libro de legibus relatæ  
sunt. quæ iam distinctam regionem nactæ sunt. & homines ex omni  
ætate electos, ita ut secundum diuersitates naturarum & regionum disci-  
plina propria importatione, & exportatione, & armatura indigere mon-  
strentur. qui enim mari finitimi sunt, nauigationi studebunt, & naualia  
prælia tractabunt. qui autem continentem habitant ad pedestrem pu-  
gnam aptiores erunt, & armaturam leuiorem qui montes colunt, grauior-  
rem, qui littora. non nulli uero ex iis equestrem pugnam exercebunt.  
In hac utique; ciuitate mulieres cōes nequaquam instituit. igitur ciuilis facultas  
uirtus cōtemplatiua simul atque; actiua, quæ eligit, atque; proponit bonam ciuitatem  
beatamque; efficere & secum maxime cōsentientem. eiusque; proprium etiã imperare.  
unde & militares artes omnes subiectas hæt. Caput. xxxiiii. De sophista.

Actenus cuiusmodi sit philosophus, dictum fuit. Sophista ue-  
ro a philosopho tam modo quam materia discrepat. modo quidem  
quod sequitur mercedes Iuuenum, bonusque; & clarus uideri quam esse  
mauult. Materia autem quod philosophus circa illa, quæ semper eadem sunt,  
& eodem modo se habent, uersatur. Sophista circa id quod minime est,  
contendit, atque; laborat, in prouinciam profecto, quæ ob tenebras diffici-  
le cerni potest refugiens. Ipsi namque; quod est id quod non est, haud quaquam  
ut contrarium opponitur. hoc enim nec existit, nec substantiæ ullius est  
particeps, nec etiam intelligi potest. Quod quidem si quis proferre uel  
cogitare cogatur, oberrabit, atque; tergiuersabitur, ex eo quod secum ipse pu-  
gnet atque; dissideat. Ipsum uero quod non est quatenus pronuntiatum  
auditur, haud sane nuda est ipsius esse negatio, sed cum suspitione qua-  
dam & sub insinuatione alterius, quod quidem modo aliquo ipsum, quod  
est comitatur. Quod nisi ipsa quoque; eo, quod non est participassent, nequaquam  
ab aliis distingueretur. Nunc autem quot sunt, quæ sunt totidem modis, quod non  
est profertur. Quod. n. non est, unum aliquid eorum, quæ sunt profecto non est.

Caput ultimum. de Epilogiis,  
Accedat introductionem quandam in platonice disciplinam dicta suf-  
ficiant. quorum quædam ordine suo tractata sunt. non nulla. sine  
ordine certo, sparsim inducta. Verumtamen sic tradita sunt, ut horum  
uestigiis reliqua etiam Platonis sensa uenari liceat.

FINIS ALCINOI.

Speusipi

¶ Speusippi Platonis discipuli Liber, de Platonis definitionibus.

Empiternū, qđ per omne tempus, & prius extitit, & nūc est, nulli corruptioni obnoxiiū. ¶ Deus, uiuēs imortale per se ipsum ad beatitudinem sufficiens, essentia sempiterna, ipsius boni causa. ¶ Generatio, motus ad essentiam, acceptio essentiæ, processus in esse, ¶ Sol, cælestis ignis, qui solū ab ortu ad occasum ab eisdem aspici potest, animal sempiternum, astrum animatum, diurnum, ac maximum. ¶ Tempus, solis motus, progressionis mensura. ¶ Dies, solis iter, ab ortu ad occasū, lumē nocti contrariū. ¶ Aurora, diei principiū primū à sole lumen. ¶ Meridies, tempus, in quo umbræ corporum q̄ bræuissimæ sunt. ¶ Occasus, diei finis. ¶ Nox, umbra diei contraria solis priuatio. ¶ Fortuna, motus ab occulto in occultum casu quo dam foelicis actionis causa. ¶ Senectus, decrementum uitæ tempore factum. ¶ Ventus, agitatio aeris circa terram. ¶ Aer, elementum cuius omnes loci mutationes secundum naturam sunt. ¶ Cælum, corpus omnia complectens corpora præter ipsum supremū aerē. ¶ Anima, quod se ipsum mouet, uitalis mot⁹, animantibus causa. ¶ Potētia, quod est per se ipsum efficax. ¶ Visus, habitus, quo corpora discernūtur. ¶ Os, medulla calore consolidata. ¶ Elementum, ex quo componuntur, & in quod composita dissoluuntur. ¶ Virtus, dispositio uel habitus optimus mortalis animantis per se laudabilis, habitus secundū quē, quod habet bonū uocatur. ¶ Cōmunio, legum iusta institutio, qua quod præditum est probum dicitur, habitus concordiam præstans. ¶ Prudentia, uis, quæ per se ipsam ad beatitudinem humanam ducit, scientia bonorum & malorū, dispositionem foelicem præstans, qua quid agendum sit, & quid non, diiudicamus. ¶ Iustitia, consensio animæ ad se ipsam, eiusq; partium ordo adinuicem mutuus, habitus unicuiq; pro dignitate distribuens, habitus, quo qui præditus est semper, quæ iusta uidentur eligit, habitus uitæ legibus obedientis, æqualitas cōmunicatiua, habitus, qui legibus rectis semp obtemperat. ¶ Temperantia, moderatio animæ circa naturales cōcupiscentias, atq; uoluptates, compositio, ordoq; animæ ad naturales uoluptates, atq; dolores, consonantia animæ ad imperandum & obediendum, uoluntaria eorum, quæ secundum naturam sunt, actio, rationalis animæ conuersatio quo ad honesta, & turpia habitus, quo decētia eli-

## Speusippus

gimus & seruamus. ¶ Fortitudo, habitus animæ intrepidus. militaris audacia, peritia illorum, quæ ad bellum spectant. constantia animi aduersus illa, quæ terrere solent. Audacia prudentiæ pedissequa. Intrepiditas in mortis expectatione. Affectio seruans in periculis rationale propositum, Robur contra periculum obsistens, Vigor tolerans omnia uirtutis gratia. perseueratio animi in iis, quæ rectæ rationi audenda uel metuenda uidentur. Observatio eorū, quæ ratio dicit in rebus paue-  
dis. Rei militaris peritia, habitus in lege immobiliter perseuerans. ¶ Cōstantia. potestas perferendæ molestiæ sequentis ex iis, quæ recta ratio iussit, potestas, quæ nunquā deiicitur è rationis proposito. ¶ Sufficientia, perfecta bonorum possessio, habitus quo unusquisque sui ipsius dominus fit. ¶ Aequitas, Iustorum conducentiumque remissio. Moderatio in cōmerciis, Ordo rationalis animæ, quo ad honesta & turpia. ¶ Tolerantia, perseuatio molestiæ, honesti gratia, perseuatio laborum, honesti gratia. ¶ Audacia, Securitas, qua quis malum neque futurum expectat, neque præsens horrescit. ¶ Indolentia, habitus, quo in dolores nunquā incidimus. ¶ Perseuerantia, Affectio, quæ perficit quodcūque elegerit. i. tollerantia uoluntaria. Aduersus labores inconcussus habitus. ¶ Pudor, Audaciæ remissio, eius quod optimum apparet, spontanea & libens acceptio, formido uituperationis ueræ, Libertas, uitæ dominium, Dominatio in omnibus absoluta, licetia propria uitæ, Affectio in possessione & usu rerum minime parca. ¶ Liberalitas, habitus, qui in quærendis erogandisque pecuniis decorum seruat, decens acquisitio accumulatioque pecuniæ. ¶ Mansuetudo, Constitutio animæ aduersus iræ impetū immobilis, Moderata temperies animæ. ¶ Modestia, uoluntaria ad id, quod optimum iudicatur concessio, In gestu corporis compositio. ¶ Beatitudo, bonum ex bonis omnibus accumulatum, potestas ad bene uiuendum seipsa sufficiens, perfectio secundum uirtutem, sufficiens uitæ comoditas. ¶ Magnificentia, æstimatio secundum rationem rectam & honorandam, ¶ Industria, Ingenium animæ, quo quisquis munitus est, in singulis quod decet, facile conicit, mentis acumen. ¶ Frugalitas, Rationalis uitæ simplicitas, morumque bonorum studium. ¶ Bonitas, Affectio, qua eligimus optima. ¶ Magnanimitas, Moderatus contingentium usus, Urbana cum hominibus conuersatio. Magnificentia animi cū ratione. ¶ Φιλανθρωπία idest humanitas, Affectio amicitiae hominum conciliatrix, habitus hominibus beneficus, gratiarum redditio. Gratitude benefica,

Pietas

## De Platonis definitionibus

¶ **Pietas**, iustitia erga deum, affectio colens deū, uoluntaria ueneratio dei. recta honoris diuini scientia. ¶ **Bonum**, quod sui ipsius gratia expetendum, ¶ **Intrepiditas**, habitus, per quem timoribus nullis mouemur. ¶ **Sanitas animæ**, habitus affectibus non succumbens. ¶ **Pax**, quies, qua ab inimicitis belli cessamus. ¶ **Humilitas**, facilitas animæ omnis expers iracundiæ. ¶ **Astutia**, affectio, qua finem proprium coniectamus. ¶ **Amicitia**, consensus in rebus honestis & iustis eiusdem uitæ electio, consensus in deliberando atq; agendo, concordia in cōmunionē uitæ cum beniuolentia, communio in dandis accipiendisque beneficiis. ¶ **Generositas**, uirtus ingenui moris, facilitas animi ad dicenda pariter atq; agenda. ¶ **Electio**, approbatio recta. ¶ **Beniuolentia**, electio, hominis ad hominem grata, atq; accepta. ¶ **Propinquitas**, communio in eodem genere. ¶ **Consensio**, cōmunicatio rerum omnium. cogitationū. suspicionūmq; concordia. ¶ **Charitas**, integra animi declaratio, ciuilis scientia honestorum atq; utiliū, Scientia iustitiam inducens in rem p. ¶ **Societas**, amicitia ex diuturna æqualium consuetudine conflata. ¶ **Sagacitas**, innata ratiocinandi uirtus. ¶ **Fides**, recta præsumptio q̄ sic se res habeat, ut sibi uideatur, morum stabilitas. ¶ **Veracitas**, habitus in affirmando atq; negando rectus, scientia ueri. ¶ **Voluntas**, appetitus secundum rationem rectam affectus rationalis, affectus cum ratione secundum naturam tendens, ¶ **Consilium**, admonitio alterius de agendarum rerum ratione, ¶ **Opportunitas**, imminetia temporis, in quo uel agere uel pati quicq̄ oporteat, ¶ **Cautio**, declinatio mali, diligentia custodendi, ¶ **Ordo**, concentus operationum ad inuicem, cōmunionis proportio, uicissitudinis in omnibus causa, contemperatio ad percipiendum idonea. ¶ **Attentio**, intentio animi ad discendum. ¶ **Ingenium**, discendi uelocitas, genitura bona naturæ, uirtus insita in natura. ¶ **Docilitas**, ingenium animæ ad uelociter percipiendum. ¶ **Iudicium**, rata pronuntiatio de eo, quod in disceptationem uenit. ¶ **Lex**, norma ad quam quæritur, an quis iniuriam intulerit, nec ne. ¶ **Legitima ciuilitas**, bonis legibus obedientia. ¶ **Gaudium**, lætitia in operibus temperantiæ. ¶ **Honor**, bonorum largitio propter uirtutis officium, estimatio ac dignitas uirtute acquisita, figura uenerationis, cōseruatio dignitatis. ¶ **Promptitudo**, patens expeditio propositi ad res agendas, ¶ **Gratia**, uoluntaria beneficentia, redditio boni obsequii in tēpore opportuno. ¶ **Concordia**, consensus īperantiū & subditorū

in imperandi obediendū ratione, ¶ Res p. cætus multorum hominum ad fœlicitatem per se sufficiens, legitima multitudinis cōspiratio. ¶ Providētia, pparatio ad futura. ¶ Consultatio, cōsideratio futuroꝝ quonā pacto conferāt. ¶ Victoria, uis ī certamie supans. ¶ Facūdia, pspiciatā & facultas obtinendi qđ ppositū ē. ¶ Donū, mutua gratiaꝝ relatio. ¶ Occasio, flos ipse tēporis rebus agēdis cōferēs. Tēpus bonā quandā ferens opē. ¶ Memoria, dispositio aīæ, īhæretē illi ueritatē custodiēs. ¶ Intelligētia, cogitatiois ītensio. ¶ Intellectio, sciētia pncipiū. ¶ Sanctimonia, cautio declinās a pctis, q̄ aduersus deū cōmittūt, diligēs obseruatio diuini cultus scđm naturā. ¶ Diuinatio, sciētia reꝝ absq; demonstratiōe p saga. ¶ Vaticiniū, sciētia, q̄ dinoscit qđ ad sit, qđ ue futuroꝝ sit mortali uiuēti. ¶ Sapiētia, sciētia, q̄ nihil penitus p̄suppōit, sciētia eoz̄ q̄ semp sūt, scientia, q̄ rerum oīum causā cōtēplat. ¶ Philosophia, appetit° sapiētia, cōtēplatio ueritatis, ut ueritas ē, cura aīæ scđm rectā rationē. ¶ Sciētia, cōprehētio aīæ īmutabilis ratiōe, uis cōprehēsiua alicuius ul' quorūdā ratiōe īmutabilis. ratio uera ī cogitatiōe īmutabilis. ¶ Opinio, pceptio cū fide p ratiocinationē ratiōis discursus, cogitatio icidēs ī uerū & falsū p ratiocinationē. ¶ Sēsus, aīæ pgressus, mētis motus, nuntiatio aīæ p corpus īformas hominū à qua fit irrationalis aīæ uis p corpus noscēs. ¶ Habitus, affectio aīæ, scđm quā q̄les dicimur. ¶ Vox, platio ex ore scđm cogitationē. ¶ Oratio, uox q̄ scribi pōt p nunciatiua cuiusq; rei, cōpositio ex uerbo ac noīe, sine harmonia cātus. ¶ Nomē, dictio simplex significatiua eius, qđ scđm essentiā p̄dicat, & oīs qđ scđm seipm minime dicitur. ¶ Dictio, uox hoīs q̄ scribi pōt, & signū quoddā cōmune absq; cantus harmōia significās. ¶ Syllaba, articulus hūanæ uocis, q̄ scribi pōt. ¶ Definitio, oratio ex gñe differētiaq; cōposita. ¶ Coniectura, rei latētis īditiū. ¶ Demōstratio, ratiocinatio uera, oratio ostēdēs aliqd p p̄cognita. ¶ Elementū uocis, uox simplex, causāq; q̄ cætere uoces uoces sint. ¶ Utile, cā q̄ unū quodq; bene afficiat, causa cuiusdā boni. ¶ Cōferēs, quod ī bonū fert. ¶ Pulchrū, quod bonū. ¶ Bonū, quod ī oībus q̄ sunt salutis ē cā. causa oīs, qđ ad ipm tēdit id, à quo ueniunt quæcūq; sunt eligēda. ¶ Tēperamentū, ornamentū animi. ¶ Ius, legis īstitutū, à quo iustitia puenit. ¶ Volūtarium, quod seipsum ducit, quod p se ipsum eligendum, quod cogitationem perficit. ¶ Liberum, quod sibi ipsi dominatur. ¶ Moderatum, medium inter excessum atq; defectum, secundum artem sufficiens. ¶ Mensura, mediū excessus, atq; defectus. ¶ Palma, uirtutis præmiū sui ipsius grā exoptādū. ¶ Immortalitas, essētia uiuēs, & sēp eterna pseueratio

¶ Sanctum

## De Platonis definitionibus

¶ Sanctū, dei cultus, qđ deo gratū. ¶ Celebritas, tēpus scđm leges sacrū.  
 ¶ Homo, aīal sine pēnis, bipes, latis unguib<sup>9</sup>, qđ solū ex aīmatib<sup>9</sup> sciētiae  
 reꝛ p ratiōes fit p ticeps. ¶ Sacrificiū, hostiæ donū deo exhibitū. ¶ Vo-  
 tū, precatio hōinū ad deū, qua uel bona, uel quæ bona uidētur efflagitāt  
 ¶ Rex, īperās scđm leges, nulli subiect<sup>9</sup>, īreprehēnsibilis ciuilis ordinis īsti-  
 tutor. ¶ Prīcipat<sup>9</sup>, puidētia uniuersi. ¶ Licētia, legis cōcessio. ¶ Legilla-  
 tor, auctor legū, q bus gubernari ciuitas debet. ¶ Lex, ciuilis īstitutio mul-  
 titudinis, absq; certi tēporis termino. ¶ Suppositio, prīcipū īdemostrabi-  
 le, sermōis sūmula. ¶ Decretū, īstitutū ciuile ad certū tēp<sup>9</sup> respiciēs. ¶ Ci-  
 uilis homo, pītus eoꝛ, q ad admīstrationē rei p. ptinēt. ¶ Ciuitas, habita-  
 tio multoꝛ hōinū cōib<sup>9</sup> utētiū legib<sup>9</sup>, cæt<sup>9</sup> hōinū iisdē legib<sup>9</sup> subiectoꝛ.  
 ¶ Ciuitatis uirtus, recta rei p. cōstitutio. ¶ Militaris uirtus, experiētia in  
 bello. ¶ Salus, mūitio ab oī dāno segura, ¶ Tyrānus, īperās ciuitati scđm  
 sentētiā propriā. ¶ Sophista, iuuenū nobiliū atq; diuitū mercēnarius ue-  
 nator. ¶ Opulētia, possessio reꝛ sic moderata, ut ad foelicitatē oferat, abū-  
 dātia reꝛ ad beatitudinē cōferētiū. ¶ Depositiū, tributio cū fide. ¶ Pur-  
 gatio, deterioꝛ à melioribus segregatio. ¶ Vincere, aduersariū superare.  
 ¶ Homo bonus, q huiusmōi ē. ut homini bona reddat. ¶ Tēperās, q me-  
 diocres cōcupiscētias hēt. ¶ Cōtinēs, q ptes aīæ ratiōi repugnātes cohibet  
 ¶ Probus, qui pfecte bonus, q propriā sui uirtutē hēt. ¶ Cōsciētia, cogi-  
 tatio tristis absq; ratiocinatione. ¶ Indocilitas, tarditas ad discendum.  
 ¶ Domīatio, prīcipatus iustus, nulli subditus, ¶ A philosophia, habitus  
 quo q s rationes odit. ¶ Metus, cōcussio aīæ ī expectatiōe mali. ¶ Animo-  
 sitas, īpetus uiolētus irrationalis aīæ absq; ratiōe & ordīe mētis. ¶ Pauor  
 trepiditas ī expectatiōe mali. ¶ Adulatio, cōuersatio ad uoluptatē absq;  
 ratiōe boni, habitus ad oblectationē cōsuetudinis tēdēs, mediocritatēq;  
 trāsgrediēs. ¶ Ira prouocatio irascibilis aīæ ptis aduiscēdū. ¶ Cōtume-  
 lia, iniuria q p cōrēptū īfertur. ¶ Incōtinētia, affectio trahēs ad ea, q iocū-  
 da uidētur prāter rectæ ratiōis iudiciū. ¶ Pigritia, fuga laboꝛ, q ex guber-  
 nando proueniūt. ¶ Timiditas, priā cā subcurrētis impetus, ¶ Calūnia  
 dissensio amicoꝛ uerbis facta. ¶ Opportunitas, tēpus ī quo unū quodq;  
 aptū ē uel pati, uel agere. ¶ Iniqtas, habitus, q leges despicit. ¶ Indigētia,  
 bonoꝛ diminutio. ¶ Verecūdia, formido ī expectatiōe īfamīæ. ¶ Ostē-  
 tatio, affectio, q sibi uēdicat ea bona, que minime adsūt. ¶ Peccatū, actio  
 prāter rectā ratiōē. ¶ Inuidia, tristitia ex amicoꝛ bonis seu præsētibus  
 siue prāteritis. ¶ Inpudētia, habitus aīæ īfamīā lucrī cā subieēs. ¶ Feroci-  
 tas, excessus audaciæ, haud metuēs, q metuēda sūt. ¶ Ambitio, habi<sup>9</sup> aīæ  
 oēs honoris gratia sūptus admittēs prāter ratiōis normā. ¶ Degeneratio

prauitas in natura. declinatio ab eo quod secundum naturam. Morbus eius, quod secundum naturam. Spes, Expectatio boni. Furor, Corruptio aestimationis uerae. Locutitas, Resoluta loquendi, sine ratione interuentia. Contrarietas, distantia maxima illorum, quae sub eodem genere per quosdam differentias continentur. Inuoluntarium, quod praeter sententiam factum. Disciplina, facultas animam curare. Eruditio disciplinae traditio, Legum institutio, scientia ciuitatem tumultu uacua reddens. Monitio, sermo ex sententia castigans, sermo ab erroribus absterrens. Auxilium, expulsio mali, uel adulti, uel et imminetis, Castigatio, curatio animae ob commissa scelera. Potestas, excellentia in agendis, seu dicendis habitus, quo potentes efficimur, Robur, uis unumquodque in natura sua seruare eo, quod detrimenta deuitat. Finis Definitionum.

Pythagorae philosophi aurea uerba.  
 Immortales primum deos, ut leges iubet, honora, Iusuradum cole, deinde beatos heroes. Terrestres postea daemones. Quae lege instituta sunt, serua. Honora parietes, atque propinquos. Ex aliis hominibus illum tibi amicum facias, qui sit uirtute praestantior. Cede mitibus uerbis, operibusque utilibus. Ne amicum tuum erroris exigui causa aduersum tibi reddas, feras quoad possis. Potestas autem iuxta necessitatem habitat. Haec ita considera, ab iis autem abstine, a uentre primum, sono deinde, luxuriaque, & ira. Nihil turpe committas, neque coram aliis, neque tecum. Maxime omnium uerere te ipsum. Iustitiam exerce, uerbo simul, & opere. Consuesce nihil sine ratione facere. Scito mortem fato esse omnibus institutam. Pecuniam in tempe cumulare, & rursus cum res postulat, erogare discito. Eorum, quae fortuitis casibus aduersa contingunt hominibus, quacumque sorte habueris, sine perturbatioe feras. Mederi oportet quoad possis. Scito non multa ex iis fortunam hominibus bonis afferre. Multi uariique sermones, partim boni, partim mali uulgo circumferuntur, quibus ne mouearis, neque te coherceri permittas. Si quid uero falsum dicatur, moderate feras. Quod tibi nunc dico omnino perficito. Nemo te, aut agendo, aut dicendo ad id inducat, quod tibi non sit melius. Consule ante opus, ne quid temere agas. Miseri quippe hominis est, aliquid dicere, uel agere temere. Ne facias ea, quae quandoque te possint afficere poenitentia. Quae ignoraueris ne facias, sed quantum necesse est discite. Atque ita uitam iocundissimam transiges. Sanitatem corporis ne neglexeris, sed mensuram cibo, potuique, & exercitationibus adhibe, mensuram uero illam dico, quae nullis te molestiis afficiet. Puro & sine delitiis uictui consuesce. Illa deuita, quae inuidiam concitant, Ne fortunam bona praeter opportunitatem effundas, neque sis illiberalis. mediocritas, non in omnibus optima. Ne feceris, quae te laedere possint. Ante opus considera. Ne te prius molli sono tradideris, quam diurna opera ter mente reuolueris,

Qua

## Pythagoræ Philisophi Aurea uerba

Qua transiit: qd egi: qd quod agendū fuerit, prætermisi: à primo incipi ens, discurras ad reliqua. Cū turpe qd feceris, te ipsum crucia. Cnm uero bona p̄feceris, tibi cōgratulare. Hæc exercere, hæc meditari, hæc te amare oportet. hæc te i diuinæ uirtutis uestigiis collocabūt p̄ eū. q̄ animo nrō quadruplicē fontē p̄petuo fluētis naturæ tradidit. Exi ad opus, cū diis ueris. Nā ista si tenebis, cognosces imortaliū deoꝝ, mortaliū ue hominū cōditionē, qua procedunt, & cōtinentur oīa. Cognosces quātū fas ē, naturā circa oīa similē. ne te sperare cōtingat, quæ sperāda non sūt. neq; te qcq̄ lateat. Cognosces hoīes, cū suoꝝ sint maloꝝ cā miseros esse. Qui bona, q̄ prope sunt, nec uidēt, nec audiūt. Solutionē uero maloꝝ pauci admodū itelligunt. Tale fatū lædit mētē hōiū, q̄ reuolutiōibus q̄busdam ex aliis ad alia ferūtur, i finitis malis obnoxii lætifera discordia i ista latēter obest, eam tu cedēdo deuita, & postq̄ uenerit, ne exaugeas. O Iupiter pater, uel a malis hoīes libera, uel ostēde illis, quo dæmone utantur. At tu cōfide, quoniā diuinū genus hōibus iest. his. n. sacra natura proferēs uniuersa demōstrat. Quoꝝ si qd tibi fuerit reuelatū, abstinebis, ab iis, a q̄bus abstinēdū iubeo. Quod si medicinā adhibueris, aīam ab his laboribꝝ liberabis. Verꝝ abstine à mortalibus, q̄ supra diximus i purgatiōe solutionēq; animæ. Recto iudicio cōsidera singula. Optimā deinde sententiā tibi uelut aurigam præpone.

☉ Corpore deposito cum liber ad æthera perges,

☉ Euades hominem, factus deus ætheris almi.

☉ Symbola, pythagore phylosophi.

☉ Cum ueneris in templum adora, neq; aliquid interim, quod ad uictū pertineat, aut dicas, aut agas, Exitinere præter propositū nō ē ingrediendū i templū, neq; orādū, neq; etiā si prope uestibulū ipsum trāsueris.

☉ Nudis pedibus sacrfica, & adora. ☉ Populares uias fuge, p̄ diuerticula uade.

☉ A beo, quod nigram caudam habet abstie, terrestrium enim deorum est. ☉ Linguā in primis coherce deum imitans.

☉ Flantibus uentis echon adora. ☉ Ignem gladio ne scalpas

☉ Omne acutum abste dimoue. ☉ Viro, qui pōdus eleuat auxilia- re. nō tamē cū eo deponas, q̄ deponit.

☉ In calceos dextrū præmitte pedē, i lauacrū uero sinistrū. ☉ Derebꝝ diuinis absq; lumine ne loquaris.

☉ Iugum ne transilias. ☉ Stateram ne transilias.

☉ Cum domo discesseris, ne reuertaris, furia enim congregientur.

☉ Ad solem uersus ne mingas. ☉ Ad solem uersus ne loquaris.

☉ Oleo sedem ne abstergas. ☉ Gallum nutrias quidem, ne tamē sa-



## Pythagoræ Philosophi Symbola

erifices, soli enim, & lunæ dicatus est.    ¶ Super modium ne sedcas.  
 ¶ Animalia recuruis unguibus ne nutrias.    ¶ In uia ne scindas.  
 ¶ Anulū ne feras.    ¶ Dei figuram ne in sculpa sanulo.    ¶ Ad lu-  
 cernæ lumen ne te speculo contempleris.    ¶ De diis, rebúsq; diuinis  
 nihil tam mirabile dicitur, quod non debeas credere.    ¶ Risu effuso  
 abstine.    ¶ Iuxta sacrificium ne incidas ungues.    ¶ Dextram ne  
 ad omnia facile iniicias.    ¶ Stramentis surgens collige ipsa, figuráq;  
 confunde.    ¶ Corne uores.    ¶ Cerebrum ne edas.    ¶ Capil-  
 lorum & unguium superfluitates, postq̄ abscideris pessunda.    ¶ Ru-  
 brum aliquid ne suscipias.    ¶ Collæ uestigium in cinere confunde.  
 ¶ Aurum habenti ne hæreas ī filiorum generatione.    ¶ Honora in  
 primis figuram, & aram, figuram ac pretium denariorum trium.  
 ¶ Fabis abstine.    ¶ Herbam molochinam sere, ne tamen edas.  
 ¶ Hirundinem domi ne recipias.    ¶ Ab animalibus abstine.  
 ¶ Fugare decet omni studio uniuersisq; machinamentis, ferróq; ac igne  
 abscidere à corpore, morbum. à uictu, luxum ab animo, ignorantia. do-  
 mo, discordiam, ciuitate, seditionem ab omnibus deniq; intemperantiã

Finis.

¶ Præfatio Marsilii Ficini Florentini ī translationem libri Xenocratis  
 platonici, de morte ad clarissimum uirum petrum medicem.

Osmus Italiæ decus Petre Medices, cū rebus gestis, tū ét te tā  
 c to filio foelix, nō mō reꝝ hūanaꝝ prudētia, ueꝝ ét sapia di-  
 uinaꝝ mirā sibi gloriã cōparauit. Qui cū nullū uitæ tēpus,  
 uel in sūmis negociis absq; cōsortio musæꝝ transegerit, ī se  
 neētute præcipue, phiæ studiis, sacrisq; litteris totū se tradidit. Vtq; in pri-  
 mis philosophiæ sacris initiaretur, nō nullos Aristotelis libros conuerti  
 ab Ioāne Argyropylo uiro doctissimo uoluit, eosq; diligentissime legit.  
 Deinde ne itima sapiētiæ ipsius archana sibi deessent. Diui Platōis libros  
 decē, & unū mercurii è græca lígua in latinã à nobis trãfferri iussit, q̄bus  
 oĩa uitæ præcepta, oĩa naturæ prícipia, oĩa diuinaꝝ reꝝ mysteria sancta  
 pandūtur. Hæc omnia Cosmus & accurate legit, & absolute cōprehēdit.  
 Cūq; Platonis librū de uno reꝝ oĩum prícipio, & de sūmo bono iã p-  
 egisset, duodecima deinde die, quasi ad id prícipiū, bonūq; fruēdū reditu-  
 rus, ex hac uitæ umbra ad supnam lucē reuocatus accessit. Cuius decessu  
 grauiter & patria, & accademia gemeret, nisi petrus parēti q̄ simillimus su-  
 pisset, ī cuius prudētia atq; pietate patria spē suã firmet, & accademia cō-  
 quiescat. Die aut. xx. ante q̄ corporis uiculis purusei spūs solueret, sole iã.  
occidente

occidente cœpit huius uitæ miseriam deplorare. Atq; ita in errores mortalium inuehi, ut lucrum quoddam diceret esse mortem. Vbi permulta & acute, & copiose de huius uitæ contemptu disseruit, utpote qui iam ad supernam beatitudinem adspiraret. Cum ille finem dicēdi fecisset, hæc eadem. Cosme inq̃ Xenocrates uir Sanctus atq; dilectus platonis nostri discipulus in libro de morte tractauit. Tum ille referasiquit latine, Marsilii, quæ græce Xenocrates disputat. Retuli. probauit. Trāsserri iussit. Transtuli. tuo nomini dedicaui. Vt cum breue quidem hoc, sed prætiofissimum opusculum legeris, quantum in hac uita sperandum sit cogites, quantum sua cuiq; mors, uel parentum, uel filiorum lugenda. Hæc igitur lege foeliciter. Acadamiæ columen. Ac diu uiue, ne Cosmo carere nos aliquādo sentiamus.

Xenocratis philosophi platonici liber de morte, translatus è græca lingua in latinam a Marsilio Ficino Florétino ad clarissimū uirū, Petrū medicē.

Socrates. clinias, Axiochus.

**C**um in cynosargem proficiscerer, & ilisso iam applicarem, uocem cuiusdam nomine me uocantis audiui. Conuersus autē cliniam uidi Axiochi filium, uersus fontem calliroem curretē, unāq; cum eo Damonem musicum, charmidēmq; filium Glauconis. Quorum ille quidem musicæ præceptor. hic autem mutua quadā beniuolentia coniunctus erat. Visum igitur mihi est, ut retrocederē, illisq; obuius fierē. ut ocyus & facilius congregeremur. Lachrymās uero clinias Socrates inquit, præsenstempus exigit, ut illam, quam semper prædicas sapientiam nobis ostendas. Pater enim meus repétino quodā, & intolerabili morbo pressus est, & morti proximus esse, eamq; moleste ferre uidetur, quamuis olim eos, qui mortem expauescerent, quasi laruarum uultus horrerent. irriserit. Veni obsecro, eumq; ut soles, corripe, ut facile ferat necessitatem. Congredere ergo nobiscum, unāq; cum aliis, pium opus exequere, So, Honesti. o, clinia uoti quantum in me est, composefficeris. præsertim cum sanctū opus sit, quod iubet. properemus itaq;. Si enim sic se habet, properandum est. ¶ Clinias. Cum primum te o, Socrates uiderit, conualescet. Et enim sæpe contigit, ut quodāmodo resipisceret. Ergo secus muros peritonios agros ad eum perreximus. Prope enim portas, uersus columnam amazonidem habitabat. Inuenimusque illū iuncturis ualidum & robustum corpore, sed animo in becillum, & consolatione admodum indigentem, respirantem sæpe, trahentēque suspiria, multis cum lachrymis & percussione palmarum

## Xenocrates Platonicus

Quæ cum uidissem, quid hoc o Axioche iquam: Vbi nam pristina illa tua & iactabunda constantia: ubi perpetuæ uirtutum laudes: Vbi mirati animi magnitudo, atq; audacia: Vt enī luctator ignau<sup>9</sup> i Gymnasiis generosus apparens, in certaminibus subcubuisisti, cur naturæ ipsius ordinē non consideras: cum sis uir tantus, & tot insuper disciplinis imbutus, & si nihil aliud, atheniensis tamen. An non tenes uulgatam illam triamq; sententiam, qua dicitur peregrinationem quandam uitam hanc esse, & oportere nos recte, & æquo animo peregrinantes, haud ægra sane, sed læta mēte ad id, quod debitum, & necessarium est accedere. Mollities autem hæc non ætati maturæ, sed infanti conueniens. Axiochus, Hæc o Socrates recte dici uidentur. Verum nescio quomodo imminente discrimine sermones ipsi de tolerantia copiosi clanculum euanescent, & negliguntur. Suboritur autem repugnans quidam pauor animū undiq; circuncutiens. Heu hac luce iisq; bonis priuabor. Iacebo obscurus, gustu uisūq; captus putrescam. In uermes ferāsq; conuertar. So. Cōiūgis o Axioche absq; rationis examine, cum sensus priuatione sēsūm, ac tibi ipsi, & loquendo, & angēdo repugnas. nec aduertis q̄ simul de sensus priuatione cōquereris, & mœres ob putredinem, amissionēmq; bonorum, tanq̄ in aliam uitam transiturus, potiusq̄ in sensus omnis priuationem aliquando migraturus, priuationem inq̄ talem, qualis ortum præcessit. Vt enim in re p. Draconis uel Clistenis nihil tibi contigit mali, tu enim non eras, circa quem esset malum, sic post mortem nullum tibi aduersū. tu nāq; non eris, circa quem futurum sit malum. Omnes igitur huiusce modi nugæ abste pelle. Idq; considera q̄ dissoluto eo, quod compositum fuit, & anima i locum proprium abeunte, hoc quod restat, terrenū, & irrationale. corpus homo nullo modo est. Nos enī sumus anima immortale animal, in habitaculo mortali clausum. Idq; umbraculum nobis ad malum natura construxit. Cui quæ dulcia sunt, adulterina fluxa, & plurimis permixta molestis, quæ uero molesta integra, diuturna, suauiumq; expertia. Accedunt tumores bilis, atq; pituitæ, ac sēsuum morbi, nec non corruptiones uiscerum. Quibus anima necessario condolet, p̄ singulos diffusa. meatus, ut singula uinciat. Quo fit ut cælestem cognatumq; ætherem iā desyderet, sitiātq; uitam chorūmq; supernum. Nam uitæ huius amissio a malo in bonum est transitus. Axiochus, cū malam iudices hanc uitam o socrates quid in ea permanes: præsertim cum ista potissimum mediteris, aliorūmq; curator existas, & mente cæteros antecellas: So Axioche. haud satis mihi uerus est testis. Existimas enī quem  
admodum

## De morte

admodum atheniensis populus, postquam rerum perscrutator sum, me aliquid scire. Ego autem optarem quidem cōmunia ista cognoscere, nedum superuacua calleam. Quæ uero diximus, Prodicī sapientis declamationes sunt, partim quidem duabus tertiis, partim duabus dragmis, partim quatuor empta. gratis sane is nullum erudit. Ac semper habet in ore Epicharmi illud. Manus manū lauat. Dās aliqđ aliqđ accipe. Superioribus autem diebus tot contra uitam intulit, ut parum abfuerit, quin ego uitam finirem. & ex illo tempore, cōtinue animus meus. o. Axioche moritur. Axioch<sup>9</sup>. quæ sunt igitur ea, quæ dixit. So. Referā omnia, quorum apud me memoria restat. Inquit enim, quæ pars uitæ nō plena malis? Annon uix nat<sup>9</sup> infans euestigio luget? uitamq; inchoat à mœrore? Nec ullus abest dolor. Sed uel propter indigentiam uel frigus uel calorē uel percussione[m] plorat, non dum potest uerbis, quæ patitur explicare flet autem, atq; uociferat, unāmq; hanc habet uocem molestiæ signū. cū uero septimum ætatis annum impleuerit, plurimis laboribus oneratur. Surgunt nimirum pedagogi, grāmatici, gymnastici pedotriuæ. illiq; nō secus dominantur, ac tyranni. Cum paulisper adoleuerit cenfores arithmetræ, geometræ distributores, & inumeri præter istos domini præsunt. ephæbum uero metus circumuenit, atq; mancipat, lycium & academia gymnasii principatus, sceptrā, malorumq; imoderatio prorsus occurrūt omni<sup>9</sup>sq; adolescentis angustia sub morum censoribus, consilióq; ariopagitarum electis consistit. cum istorum dictione solutus fuerit, curæ cōsultatione<sup>9</sup>sq; surrepunt, dum quem uitæ callē ingredi deceat, disceptatur, adeo ut sequentium comparatione laborum præcedentia illa leuia uideātur, & solis infantibus metuēda. Expeditiones belli ac uulnera, frequentiaq; certamina surgunt. Demum senectus ipsa clam serpit, in quā omne naturæ sordidum, & insanabile malum confluit, & nisi quis statim ut debitum reddat uitam, natura tanquam quæstuaria instat, atq; pignora exigit. ab hoc uisum ab isto auditum, ab illo utrunq;. quod si resistat quis, dissoluit, inficit, mutilat, atq; obtruncat, non nulli ad extremū usq; seniū uiuunt, sed mente bis pueri decrepiti fiunt. Quapropter deus rebus hominū prouidens, quos amat, breui ad se ex hac reuocat uita. Itaq; Agamedes atq; Trophonius, cū moliti essent deo pythio templū quod ue optimum foret. præcarentur, confestim sōno pressi nunquam postea surrexerunt. Idem quoq; argiuæ Iunonis sacerdotibus contigit, cum mater illorum ab Iunone pietatis filiorum munus aliquod postularet. Nam tardante iugo, subeuntes ipsi matrem in templum transporta-

## Xenocrates platonius

uere. Cumq; deo uouissent noctu è uita migrarunt. prolixum esset poetarum referre sententias, qui diuinis poematibus calamitates humanæ uitæ deplorant. Vnum referam poetam clarissimum ita dicentem. Statuerunt dii, ut mortales miseri in mœrore perpetuo uiuerent. Nec est in terra quicquam homine miserabilius. Itaq; aiunt Amphiaräum ab Ioue atq; Apolline summo quodam affectu fuisse dilectum, neq; tamen senium attigisse. Quid autem tibi de illo uidetur: qui nascetem iubet miseriam suæ uitæ lugere. Verum iam desinam, ne præter id, quod propositum est, peruagari longius uidear. Quis est autem, qui non de studio, atq; arte quam elegit, sumopere conqueratur. mercenarios mechanicosq; artifices discurremus, ex nocte in noctem laborantes, & uix ea, quæ ad uitæ necessaria sunt acquirentes, Queruli porro uiuunt, nocturnasq; uigilias fletu ac lachrymis complent. Quid dicam de nautis: Quot periculis subiiciuntur: Recte siquidem Bias, nautam nec in defunctorum, nec in uiuentium numero computat. homo namq; terrenus tãquam utriusq; ac dubiæ uitæ particeps, sese mergit in aquam, totus fortunæ subiectus. At suavis est agricultura. Esto sed non ne ut aiunt tanq̃ ulcus occasione tristitiæ semper inuenit. Nunc sane ariditatem accusat, & gemit. nunc imbres. nunc æstum exustionemq; nunc uermiculos, nunc caloré, nunc frigus item pestiuum. Honorandum uero rei p. studium, ut multa pertranseam, quot malis erumnisq; torquetur. Lætitiã quidem habet pituitæ, uel bilis æstuatís instar mobilem, tumidam, fallacem & turbulentam. Iacturã uero tristem, & mortibus mille deteriorem. Quis auté, potest esse foelix, dum ad turbæ nutû uiuit, irridetur, atq; exploditur, quasi ludus quidam, & fabula uulgi, concussus, exhibilatus, mulctatus, miserabilis, atq; perditus. Vbi nam o ciuili Axioche milciades obiit: Vbi Themistocles: Vbi ephialtes: Vbi duces reliqui. His equidè rebus inhiaui nuq̃. Neq; enim honorandum mihi uidetur, dementi in populo magistratibus fungi. Qui autem circa theramenem, & calixenum postridie præsides insidiatores subigentes in discreta homines morte damnarunt. Quibus tu una cum eriptolemo tribus milibus contionantibus repugnasti. Axiochus, Vera narratio Socrates. At qui ex eo tempore in hunc usq; diem uitam tribunal, neq; difficilius ac durius quicquã rei p. gubernatione uisum est. Perspicuum hoc est iis, qui ipsi ciuilia tractant. Tu uero de his ita loqueris, tanq̃ eminus è specula quadam hæc intuitus. Nos profecto perspicacius ista callemus, qui in opere ipso uersamur. populus nepe o amice Socrates, ingratus, irritator, infensus, crudelis, inuidus, Rudis, ex confluente

fluente turba, atq; nugis coaceruatus & quisquishuic familiariter se accommodat, lóge est illo miserior. So. postq̄ o Axioche disciplinã præ cæteris liberalẽ maxime omniũ iudicas deuitãdã, q̄d de reliquis exstimãdũ: nõne sũm opere fugiendas: Audiui præterea Prodicũ quãdoq; dicentẽ mortẽ nec ad uiuos, nec ad mortuos pertinere. Axioch<sup>9</sup> qua ratioẽ o Socrates: So. quoniam circa uiuentes mors non est, defuncti uero non sunt. Quamobrem, neq; circa te nunc est, non dum enim es mortuus. Neq; et si decesseris, circa te erit. Tu nãq; nõ eris. Inanis igitur dolor esset, si Axiochus id lugeret, quod nec est circa Axiochum, neq; erit i posterum. Nam perinde faceres, ac si scyllam centaurũmq; horrores. Quandoquidẽ hæc monstra, neq; circa te sunt, neq; erunt aliquando. Quod enim metuendum, atq; horribile, iis qui sunt, accidit, at iis qui nõ sunt, nichil expauescendum. Axiochus. Tu quidem ista ex leui illa, quæ iam passim uulgata est loquacitate colligis. inde enim est hæc inanum uerborum copia, gratia adolescentulorum composita. Ego autem, q̄ huius uitæ bonis priuor, lugeo, etiã si ualidiores superioribus ratioẽs adduxeris. Mens quippe fluctuans ornatum uerborum non intelligit, neq; colores orationis attingit. Pompam splendoremq; sermonis, & si audit, negligit, & à ueritate procul abest, Sophismatum quoq; captiunculas minime substinet. So. Absq; ratione Axioche malorum sensum cum bonorum priuatione coniungis, latetq; te mortuum esse. Eum plane, qui bonis orbatus est, contraria passio malorum affligit. Qui uero nõ est, nec ipsam quidem orbitatem aduertit. Quo pacto igitur, ubi affligentium abest notitia, ibi esse potest afflictio: principio enim nisi sensum quendam per inscitiam poneres, mortem non expauesceres. Nunc autem peruertis te ipsum, metuens ne amittas animam. Amissioni uero animam addicis. Formidas ne sensu priueris, putãsq; non existentem sensum sensu cõprehẽdi, ex eo q̄ multi atq; præclari sunt de animi imortalitate sermones. Neq; enim natura mortalis in tantam excellentiam surrexisset, ut uiolentiam immanium brutorum contemneret. mare transiret. conderet urbes, rei p. præscriberet ordinem, in cælum suspiceret, astrorumq; circuitus metiretur, solisq; & lunæ progressus animaduerneret, ortus, atq; occasus, defectus in super, celerẽsq; restitutiones meridianas, duplicẽsq; conuersiões pliadæ, & hyemem pariter & æstatem. Ventorum flamina, & impetus Imbrium. iactũ præsteris fulgurisq; coruscum, & mundi deniq; passiones in æternitate mirifice sustineret, nisi diuinus spiritus aliquis inesset in animo, per quem

## Xenocrates platonicus

tantarum rerum esset intelligentiam consecutus. Quamobrem non in mortem o mi Axioche, sed in ipsam immortalitatem migras. Neq; bonis priuaberis, sed integra bonorum possessioe fruere. Nec uoluptates mortali corpori mixtas percipies amplius, sed omni prorsus tristitia uacuas. Illuc inquam proficisceris ab hoc carcere liber, ubi quæta omnia, & a tristitia senectuteq; semota. Vbi exultatio sancta, uitaq; malorum nescia, & tranquilla pace nutrita, naturam rerum speculans, & archana philosophiæ cetera templans, haud sane ad turbæ theatriue gratiam, sed ad perspicuæ ueritatis obiectum, Axiochus. In contrarium ne affectum oratio tua deduxit. Neq; enim mortem formido iam, sed opto. Vt autem rhetorū more, ego quoq; exuberans aliquid exprima m, iam iam o socrates euehor in sublime, diuinumq; circuitum thronumq; percurro. Ex hac i becillitate me eximens renatus sum. So. Referam præterea tibi si placet, quæ Gobrias magus mihi tradidit. Inquit enim eo tempore quo Xerxes transit, Auum suum Gobriam nomine missum fuisse i delum ad custodiendam insulam, in qua dii extabant duo. Vbi ait ex quibusdam tabulis æneis, quas opis & hecaergos ex hyperboreis attulerunt, se didicisse, in corporis solutione, animam in occultum sub terram migrare locum, in quo Iunonis est regia, haud Iouis Angustior aula. Quippe cum terra mundi medium teneat. Cælum uero sphericum sit, cuius hemisphæriū unum dii cælites sortiti sunt. Alterum inferiores, partim cælicolarum fratres, partim filii fratrum, Vestibula uero plutonis prouiciæ claustris æneisq; cathenis undiq; uinciuntur. Illum qui ista referat, fluuius acheron primo, deinde cocytus excipit. Quibus transcursis oportet ad minoem & rhadamantum duci, in eam uidelicet regionem, qui ueritatis campus cognominatur. Vbi sedent iudices examinantes uenientis cuiusq; uitam. Hic mendaciis tutari se nemo potest. Quibuscūq; igitur in uita bonus adspirauit dæmon, in locum isti piorum pertranseunt. Vbi uer æternū omnigenis exuberat fructibus, fontesq; nitentium aquarum scaturiunt. præta i super amœna uariis depicta coloribus. Nec desunt philosophantiū cœtus, poetarumq; theatra. Circulares ibi chori, & musicæ cantilenæ, suauésq; concentus. Locunda conuiuia, sanctiq; & uberes conuentus bibetium. inuiolabile gaudium, dulcissq; conuictus. Non frigoris illic, aut caloris excessus, sed aeris natura salubris, lenibus solis radiis temperata. hic purgatorum sunt animorū sedes. ubi diuina mysteria celebrant. Quid igitur obstat quin tibi primo honor præmiūmq; illic detur, cum originem à deo ducas. Eos quoq; qui circa herculem & dionysium, cum illuc descendunt

## De morte

descēdunt, purgatos ire ratio dīctat, spēm q; fœlicis itineris ex cereris cul-  
tu suscipere. Contra, qui uitam sceleribus inquinarunt, repente per tar-  
tarum à furiis ī erebum chaósq; raptantur. Vbi patet impiorum prouī-  
cia, danaidūmq; puellarum labor irritus aquis cribra implere frustra ni-  
tentium. Vbi tantali sitis, Titii uiscera. Sisyphi saxum perpetuo reuolu-  
bile. Vbi feræ mordaces ī separabiliter corporibus se circumplicant. Vbi  
faces inextinguibiles carnes exurunt. Vbi homines impii, omniformi-  
bus suppliciis cruciati perpetua punitione uexátur, Hæc equidē à Go-  
bria percepi. Tu uero de his iudices o Axioche. Ego enī ratione coactus  
hoc solum plane firmitérq; cognosco, animam omnem immortalem  
existere, & eā, quæ pura ex iis locis abierit, sine tristitia uiuere. Quāobrē  
siue sursum, seu deorsum tendas Axioche, beatum fore te oportet, si mo-  
do pie sanctéq; uixeris. Axiochus, Erubesco mi socrates, & ulterius loqui  
uereor. Tantum à me formido mortis abest, ut iam mori ueheméter ex-  
optem, A deo mihi sermo superior, quasi cœleste oraculū persuasit. Nūc  
igitur hanc uitam sperno, utpote in potiorem locum fœliciter transi-  
turus. Quapropter in præsentia, quæ dicta sunt, mecum ipse tacitus  
animaduertam. Tu uero post meridiem o Socrates ad me redibis. So, fa-  
ciam, ut dicis, Sed interim in Cynosargé reuertar deambulationis gra-  
tia, unde huc ad te deductus sum.

**Finis Xenocratis de Morte.**



Democritus  
¶ Marfilii Ficini Florentini adhuc adolescentis, Liber de uoluptate, ad Antonium, canifianum. ciuem Florentinum. Prohemium.

### TRIA DISSERENDI GENERA.

¶ Emini cum ad essem una tecum incampolitano uestro, & cum regionis illius præcipua amœnitate. tum uariorū pomorū quibus ea uilla imprimis abundat suauitate duceremur, nos in uoluptatis disputationem incidisse, quam ipse a me requisisti, & cū primū daretur ociū litteris traderē. Hoc ergo ad te de uoluptate opusculum ut primum Figinū redii, sūma ipse cū uoluptate cōscripsi. ¶ Tria uero sunt ut hinc potissimum exordiamur apud philosophos disserendi genera, unum quo certam aliquam quæstionis partem disputādo defendimus, atq; approbamus, ut peripatetici. ac stoici effecere, Alterum quo quæstione proposita diuersas ad id, quod quæritur sententias, rationesq; referimus, ut propositis pluribus, inuicemq; collatis, quid ex iis probabilius, uerisimiliusq; appareat eligamus, quo academici, ac socratici pene omnes utebantur. Tertium uero genus scepticorum maxime propriū est, qui cum omnia indifferentia esse putent, nec certum, aut probabile habeant quicquid sequantur, ea enim, quæ naturæ ordine seiuncta distinctaq; sunt confundunt atq; permiscet ab excellentioribus, quibusq; philosophis reiiciuntur. ¶ Ego igitur ex iis omnibus academicorum, socraticorumq; indifferendo rationem hoc tempore proponendam mihi decreui. Et enim Plato, quem tāq̄ philosophorum deum sequimur, atq; ueneramur, uetate eos, qui adhuc in tenera ætate constituti sunt, suam aliqua de re sententiam afferre, ne ut in iunioribus sæpe accidit, quod primis annis maxime probauerimus, Id maturiori deinde ætate, & grauiori iudicio reuocandum & in contrariam sententiam conuertendum sit. Satius igitur esse censui cæterorum philosophorum de uoluptate sententias breui sermone percurrere, q̄ meam exprimere ne contra id, quod a Platone nostro docemur aliquid impudenter asseuerarem, & ut tuæ, quam noui in philosophiæ studiis ardentissimam satisfacerem uoluntati. Sed hæc hæctenus. ad philosophorum iam opiniones deueniamus.

Caput

¶ Caput primū. De partibus animæ.

¶ Item de lætitia, gaudio, & uoluptate, secundum Platonem.

**P** **LATO** igitur (ut ab eorum principe initium faciam) cū  
animum in duas partes distribuisset, mentē scilicet, ac sensum,  
menti lætitiā, & gaudium attribuit, sensibus uoluptatem. Verum  
prima duo hæc iter se differre putat, quod omne gaudium laude sit dignū,  
lætitiā uero partim laudanda, partim uituperanda sit. Esse enim lætitiā  
ī bonis alicuius possessione quandam mentis elationem, quæ tamen  
modestiam excedere pariter, atq; seruare queat. gaudium uero illam  
ipsam, quæ ex contemplatione, aut alio quo piā uirtutum usu suscipitur,  
iocunditatem. Itaq; & ipse idem in phædro, cum de prima illa, ac uera uita,  
qua in cælorum sedibus animus fruitur loqueretur ait, ueritatis  
contēplatione nutritur, & gaudet. unde sæpenumero gaudium  
mentis alimoniam uocitat. nā ipsam agro similem uult esse  
ueritatem, frugibus uero ueritatis ipsius contemplationem. Alimoniam  
deinde, quæ ex iis duobus capitur gaudium, quo mens ueritatis  
contemplatione perfruitur. Quapropter & idem in eodem phædro  
cum de iis tenebris, in quas animus ē summa, ac uera luce  
depressus, ac demersus est disputaret. ubi inquit multus inest  
conatus ueritatis campus, quonam sit intueri, nam conueniens  
animæ cibus ex illo extitit, & alarum natura, qua anima eleuatur  
hac alitur. Alas plato uocat, quibus animus ad supera. unde ob  
terrenarum rerum cogitationē descenderat reuolat. id autem cum  
duabus uirtutibus, contemplatiua uidelicet, atq; morali consequi  
possit. easdem plato, ut ego interpretor uirtutes animæ ipsius  
alas intelligit, quas ueritatis diuinarūq; rerum contemplatione  
recuperet. quemadmodum horum appetitione terrenorū amiserat.  
Cum uero per utriusq; philosophiæ naturalis pariter & morales  
exercitationem recuperatis ad superos reuolauerit. tum redeunti  
animo duo putat præmia reddi, & unum quidem esse diuinitatis  
contēplationem. Alterum perfectum quoddam, atq; absolutum gaudiū,  
quo in ea ipsa dei cognitione animus perfruatur. Illud quidem  
ambrosiam hoc nectar Plato in phædro appellat his uerbis, quæ uere  
ē speculata anima, atq; iis enutrita subiens rursus intra cælum  
domum reuertitur, Cum autem redierit auriga ad præsepe  
sistens equos obiicit ambrosiam, & super ipsam nectar potandum.  
Aurigam more pythagoræ rationem uocat. equos uero cæteras  
animi partes, atq; naturas, quæ illa ducat. reliqua

## LIBER

uero ducantur omnino atq; regantur, atq; idē arbitror à non nullis præstantioribus uatibus, cum aut ambrosiam, aut nectar, aut aurigam circa animum nominant plerunq; significari. Hæc igitur est diuina platonis nostri de ipsius gaudii natura sententia, quod idē uidetur intellexisse Mercurius trismegistus, cum de summo deo hæc diceret. Condonas nos ratione, sensu, intelligentia. Ratione, ut te suspicionibus indagemus. sensu, ut te cognouerimus cognitione, ut te cognoscentes gaudeamus. q̄ te ostenderis nobis totum. Sed de gaudio hæc hæctenus.

⊕ Caput. ii. Quid sit uoluptas, & q̄ non sit per se bonum, multis rationibus, secundum Platonem.

u Oluptatem uero esse Plato uult suauem quandam motionē in sensibus, quæ ex indigentia repletionem proficiat. Esse enim indigentiam eiusq; repletionem inuicem quodam modo pugnantia, & ex illa cupiditatem, ac dolorem, ex hac uoluptatem sensibus nostris accidere. Neq; hanc ipsam de qua nunc loquimur uoluptatem in bonis cōnumerandam putat, quod cum plurimis uerissimisq; rationibus demonstrauerit, hæc tamen ex omnibus prima est, atq; potissima. ⊕ Quod quæ admodū caloris præsentia ea, ad quæ calor aduenit callida efficiuntur. ita & eo, quod bonū est absistente bona fiunt omnia, quibus ipsa bonitas adsit. Neminem autem uoluptatis possessione meliorem fieri. cum & bestiis insit uoluptas maior etiam, q̄ hominibus, quæ tamen ne dum his meliores, sed nec omnino bonæ quidem sunt. Mulieres præterea & pueri stulti deniq; atq; ignaui omnes uoluptatem sectentur, totisq; complectantur uiribus multo etiam magis q̄ uiri boni atq; præstantes ingenio. At qui absurdum foret, si quod bonum sit magis improbis, atq; ignauis, q̄ probis & præstantibus hominibus competat. ⊕ Neq; possunt ut ille putat contraria inuicem cōmisceri. uoluptatem uero etiam, ubi mala sunt proculdubio reperiri, cum improbis atq; iniustis non desit. Nullo igitur pacto bonum esse, Etenim cum eo, quod malum est cōgredi. Bonum uero cū malo. quia repugnantia sunt, coire nullo mō posse. ⊕ Adde illud, quod i Gorgia a Socrate dicitur. bonū ac malum nunquam simul in eodem homine reperiri. Eundem tamen eodēmq; tēpore sæpenumero affici dolore pariter atq; uoluptate. Omnem quippe indigentiam dolorosam esse, omnēmq; eius repletionem sensibus uoluptariam. Sitire autem indigentiam uocat naturæ, potare uero repletionem. Illud ergo molestum, hoc contra iocundum bibere porro

## DE VOLVPTATE

porro ac sitire simul contingit, ex quo effici uult, ut dolorem simul, atque uoluptatem habere quis possit. Immo cupiditatem, sollicitudinem, suspicionem, inuidiam, & misericordiam. quæ omnia dolorem in se contineant, uoluptatis comites esse. Vnde timæns cupidinem inquit dolori simul, & uoluptati permistam à sensibus proficisci, quo fit, ut uoluptas cum dolore copulata confusaque sit. Cùmque bonum malo non sit commistum. negat ille dolorem, malum, uoluptatēque bonum esse posse. ¶ Præterea cum omne bonum stabile, ac permanens esse debeat, quis dixerit uoluptatem, quæ nullam stabilitatem habet, bonum esse? Atqui negari non potest. Siquis eius definitionem consideret, instabilem, atque incertam esse uoluptatem, motio nanque in definiendo (ut supra retulimus) appellata est. Nihil autem contrarium stabilitati magis est, quam motus, neque quisquam est, qui modo uoluptatem corporis ullam gustauerit, qui nesciat quam fragilis sit, quam breuis, quanta celeritate labatur, ac defluat, quàmque cito in contrarium conuertatur. Insuper quod bonum est, bono contrarium esse nunquam poterit. Voluptatem uero cum plurima, ac maxima bona impediatur, bono contrariam esse quis dubitet? Impediunt enim prudentiam uoluptates, menti infundunt tenebras, deprauant iudicium, suisque blantitiis, ac lenociniis, quasi meretriculæ quædam mentes ad se alliciunt hominum, atque illaqueant, omnemque naturam hominis in uitiorum atque scelerum luto cœnoque prosternunt. Diuine enim Plato in epistola ad Dionisium, uoluptas inquit hominibus detrimentum affert. Inscitiam, inquietudinem, stultitiam, & petulantiam pariens. ¶ Præterea nullum bonum est, quod non aut laude, aut ueneratione dignum sit. Voluptatem uero nemo sane mentis laudat, neque quisquam eo, quod maximis fruatur uoluptatibus honore iudicatur esse dignus, & gloria. Sed potius, qui talis est, ut eas alto, atque inuictō animo aspernetur & negligat. ¶ Accedit ad hæc, quod nullum bonum merito nostrum dici posse uidetur, nisi quod aut in ipsa cuiusque natura insit, aut à nobis ipsis profectum fuerit. Neque nos aliud quicquam sumus præter mentem & rationem. Corpus autem carcer, & sepulchrum est nobis. Sensus uero uelut satellites quidam, atque insidiatores, qui id potissimum curare, atque contendere uidentur, ut nos in huius carceris tenebris altius mergant, atque astringant, ut nec ad locum suum patriamque cælestem animi reuolent

nec auras respiciant clausi tenebris, & carcere cæco, quo efficitur, ut ea duntaxat nostra, atque in nobis existere uideantur quæ ab animo, & ratione profecta sint. cætera uero a fortuna, uel ab inimico nobis carcere oriuntur, neque tam nostra sunt, quam corporis, & fortunæ. Recteque inquit Varro. nemo suum dicat, quod extra ipsum est. Voluptas igitur cum in corpore, ac sensibus ingenita, & insita sit, qui eam in bonis nostris cõnumerauerit, absque dubio uidebitur insanire. His adde si placet, quod ait apud Platonem Socrates in Gorgia. omnia animi bona ab arte, rectitudine, ordineque, & electione proficisci. atque in hoc omnis etiam moralium philosophorum disciplina consentit, omnem uirtutis, bonorumque animi uim in electione consistere. uoluptatem uero quis dixerit ab electione proficisci: non ne quæ in electionem cadunt, in iis prius oportet consilium, deliberationemque locum habuisse: nihil enim eligitur, nisi quod anteconsultum, iudicatumque fuerit. uoluptatem uero ut habeat in se nemo deliberat. ea nanque nobis ingenita est. quapropter Socrates duas in uno quoque nostrum ideas esse putat, quas sequamur, quocunque ducant. unam opinionem optimi affectatricem. alteram uoluptatum cupiditatem, & illam quidem ideam acquisitam. hanc autem innatam uocitat. Nec igitur artem, neque rationem, neque ordinem prorsus ullum uoluptas sequitur. sed potius naturæ, ac sensuum repentino, & temerario quodam impetu, quam aut certo aliquo iudicio, aut consilio excitatur in nobis, blanditur sensibus, corpus suauitate quadã pernitiõsa delinit, atque titillat. effœminat animum, atque è suo statu mentem, rationemque dimouet. ¶ Insuper ea est bonorum natura omnium, ut futura dum sint spem hominis erigant. cum uero adsint, tranquillum efficiant animum possidentis, ac quietum, & eo, quod adest, contentum reddant, suãque expleant possessione, ut nullo ulterius egeat, nihil requirat, nil appetat, quasi id unum possideat, quod sua sit natura sufficiens, atque perfectum. quod si quid ultra desideret, qui boni alicuius possessione fruitur, sollicitudine tamen, ac molestia penitus uacare uidetur. futuræ autem uoluptates intollerabili quodam cupiditatis ardore sensus afficiunt, cura accendunt, animum onerant sollicitudine, & (ut breui complectar) in furorem quendam rabiẽmque compellunt. cum uero quis eas, quarum cupiditate exarserat, uoluptates præsentem amplectitur, cõtinuo metum una secum, suspicionemque ducunt occæcantque nos, dum fruimur, & ad ferarum redigunt immanitatem. nec dum haustæ, imo (ut uerius loquar) nec adhuc

## DE VOLVPTATE

adhuc primis labris degustatæ incredibili quadam animū pœnitentia, uerecundia, tedio, stomacho, langore prorsus afficiunt ut uerissimum sit illud Socratis in phædone dolorem, ac uoluptatē ex eodem capite ambo esse connexa, naturamque in unum eorum apices coniūxisse. Eaq; de causa fieri, ut cuicumque eorum alterum adsit, eundem postea sequatur & alterum, inde rursus cupidinis ignes exoriuntur, & quo auidius uoluptates haustæ sunt, eo plura, atq; uberiora libidinum germina, semināq; repululant. Hinc (ut opinor) poetæ apud inferos tityon inducunt, cui tota nouem per iugera corpus

Porrigitur, rostróque immanis uultur adunco

Immortale iecur tondens fœcundáque pœnis

Viscera rimatur epulis, habitatq; sub alto

Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.

Quapropter diuine Architas Tarentinus, ac Plato eiusmodi animum perforato uasi similem esse uoluerunt. ob insatiabilem, atque infinitam uoraginem appetendi, q̄ quæ nullis uoluptatibus expleatur. Epicarmus pythagoricus, ac Socrates non modo perforato uasi, uerum etiam euri-  
po libidinosum animum comparauerunt. q̄ quemadmodum in euri-  
po aqua fluit, ac refluit, & sursum deorsúmque iactatur. Ita & in huius-  
modi animo, nunc cupiditas, seu uoluptas insit, nunc cesset, ac fluat, &  
iterum renascatur, ac refluat. modo lætetur, ac speret, & quasi sursum eri-  
gatur libidinosus animus, modo doleat, diffidat, metuat, sollicitetur, de-  
orsúmque cadat, tum id uelit, tum nollit, immo eodem quoque in tem-  
pore, aliud quidem ratio uelit, aliud sensus affectent, atq; ita fit, ut eius-  
modi animus non modo, tum ad hoc se, tum ad illud intendat. Verum  
etiam uno in tempore in contrarios affectus, diuersasq; sentētias distra-  
hatur. Itaque Socrates malle dicebat, ut lyra sibi dissona foret, chorusq;  
quem duceret, & multos alios homines sibi contradicere, quam ut ipse  
unus sibi ipsi contrarius ac dissonus esset, unde rationabiliter pythago-  
ras armoniam quandam uirtutem nuncupat. ¶ Sequuntur deinde  
reliquæ tres contra uoluptatem Platonis argumentationes. Et enim cō-  
trariam ille boni, ac mali naturam esse censet, ut illud difficile consequa-  
mur. In hoc autem ueluti per lubricam uiam quandam facile dilaba-  
mur, igitur fore, ut mala quæ sunt, ita excrescant, ut omnem bono-  
rum naturam deleri penitus, atque extirpari necesse sit, nisi huic tam  
pernitiosæ pesti aptissimū quoddā natura remediū adhibuisset, ita enī  
iñstitutū esse, ut singula bona ob maximā naturæ cognationē se se iuicem

appetant. In unumq; tendant, nec ullo pacto abinuicem discernantur, sed quadam quasi confusione coeant. et cui unum aliquod ex iis adsit, nullum sibi bonorum deesse queat. uirtutesq; tanta se connexionem consequantur, ut qui unam adeptus sit, omnium iam uirtutum possessione fruatur. Quapropter laboribus difficultatibusq; bonorum consequendorum, eorundem quoque coniunctionem, copulationemq; deus opposuisse uidetur. At uero mala inter se dissident, atq; dissentiunt, nec ullo modo inuicem coire, confundi ue possunt. Recte q; Aristoteles malum inquit se ipsum corrumpit, quod si integrum undequa; sit intolerabile est. Nec unquam in eodem prodigalitas, atq; auaritia, aut audacia, timiditasq; conueniunt, eodemque modo nec alia ulla uitiorum extrema, cum penitus opposita sint, inuicem connectuntur. Quapropter optimum id aduersum delinquendi procliuitatem a natura remedium adhibitum esse uidetur, ut qui ad lapsum est pronior, in omnem tamen precipitii partem labi nequeat, qui uero summa difficultate adscendit, totum atque integrum deinde cacumen necessario consequatur. Cum igitur malorum, bonorumq; huiusmodi conditio sit, necessaria ratione concluditur, ea, qua; sese minime consequuntur bona esse non posse, uoluptates autem nedum inuicem congregiantur, sed sibi quodammodo repugnare, saepiusque impedimentum afferre uidentur. Nam dum aliquis corporis sensus maxima sua uitate mouetur, reliqui eorum, qua; sibi tum offeruntur, uix iocunditatem percipiunt. illud quoque accidit, ut alter altero, plures, maiorisq; ad modum uoluptates persentiat nec omnes animantes pariter delectentur, uirtutes autem, & omnino quaecunque bona sunt, ob eam, quam paulo ante retulimus rationem, sic inuicem copulantur, ut cuncta simul eidem adsint, nec plura ex his uni, quam alteri adesse queant. Cum ergo bonorum atque uoluptatum dissimilem inter se naturam esse perspicuum sit, nemo profecto corporis uoluptatem, nisi qui nimium eius amicus existat, bonam dixerit.

¶ Altera deinde platonis argumentatio eam esse probat bonorum proprietatem, ut ad comunem humani generis utilitatem salutemque tendat. uoluptatem uero propriam dicit libidinem, amoremque gignere, & qui huic obnoxius est propriae duntaxat cupiditati semper intendere, nec ullam sibi alterius curam esse, modo propriae uoragini uigilantius obsequatur, Omniaque, qua; agit ad eam, qua; sensibus percipitur suauitatem iocunditatemque referre. ¶ Postrema platoniorum ratio illa est, qua bonum, ac finem idem omnino esse

## DE VOLVPTATE

esse dicunt, finem uero id, ad quod quasi quiddam extremum appetitio referatur, Quapropter cum naturalis homini appetitio uoluptatem alterius cuiusdam gratia solummodo concupiscat, nec sane finem, nec omnino bonum, hanc esse quis sanæ mētis existimet: Etenim ob eam causam suauem eiusmodi perceptionem uiuentibus à natura datā existimant, ut quæ ad uiuendū necessaria sint, acquirant, & parent quod enim uiuit duobus potissimum indiget, ut quæ nocere possunt, reiiciat, atque repellat, quæ uero prodesse, capiat, atque asciscat. Cum uero illa à se propellere, hæc autem consequi laboriosum, atq; difficile sit, ne ob hanc ipsam difficultatem uiuentia ad ea, quibus indigent comparanda tardiora forent, in omni huiusmodi actione quandam natura uoluptatem implicuit, quo fit, ut hac dulcedine, uelut esca delinita, ac penitus capta, nec pericula ulla, laborémque fugiant, nec parandi uictus difficultatémq; percipiant, sintq; ad paranda uitæ necessaria promptiora, quæ autem horum gratia uoluptas nobis à natura data sit, hoc uelut signo demonstrant, quod omnes animantes, cum quid è corpore, quod superfluum sit expellunt, siue quod necessarium capiunt, hac, quam sæpe iam commemorauimus suauitate mouentur, quæque magis id agunt, maiorem quoque delectationem percipiunt. Cum uero naturæ indigentiam prorsus expleuerint, nullam ulterius uoluptatem persentiunt. sed ea, quandiu indigentiam replent, moueri uidemus, quasi ad uitæ necessaria consequenda explendámque indigentiam sensuum uoluptatem natura retulerit. uitæ igitur tum seruandæ, tum etiam generis propagandi gratia uoluptas tradita est, nec propter se expetenda, neq; finis, propterea q; ne bonum quidem, ut sæpius demonstrauimus appellari debet. ¶ Architas quoque pythagoricus, hac aduersus corporis uoluptatem argumentatione utebatur, quod causæ semper eaq; quæ causas consequuntur cognata esse debeant. Ideoq; nemini dubium esse putat, quin illud ex quo mala plurima consequuntur, bonum esse non possit, uoluptatis autem gratia pestiferas omnes animi perturbationes, adulteria, stupra, homicidia, furta, dissensiones, scelera denique omnia nasci perspicuum esse. Ex quibus efficitur (ut ille putat) non modo non bonum, sed maximum quoddam malum, ac detestandum uideri, eademq; ratione Antistenes Socraticus extremum, summumque malorum corporis uoluptatem esse probat. quia quod omnium malorum causa, & origo sit, cæterorum quoq; pessimum merito iudicari possit, cumq; delicta oia ab ignorantia proficiscantur, nihilq; eè possit, quod æque, ac



uoluptas iudicium, consiliūque corrumpat, necesse est (ut ille cōcludit) ab hac & ignorantiam, & mala omnia proficisci. Vnde insania dicere solebat potius, q̄ uoluptate corripiar. ¶ Præterea Mercurius Trismegistus ægyptiorū omnium sapientissimus, duabus potissimum rationibus hanc nefariam labem ex animis hominum extirpare conatur. Id enim cuiq; bonum esse censeat, quod aut rem ipsam, cui quidem adsit in propria natura contineat, aut ad meliorem frugem perducatur. primi generis esse uirtutes eas, quæ in actione positæ sunt uidemus. earum nāq; proprium est animum ab omni perturbationum tumultu liberum, tranquillūq; reddere. Perturbationum uero detractio, & quasi quædam mentis serenitas sua cuiusq; animi, ac naturalis proprietate existit. Secūdi generis eas uirtutes, quæ in contemplatione uersantur esse cōstat. Quippe cum animum rerum diuinarum studio, intelligentiāq; supra humanam quodammodo naturam erigāt atq; extollant, ut ad dei uitam, quæ duntaxat in contemplatione consistit, q̄ proxime uideatur accedere. uoluptatis uero conditionem utriq; contrariam esse patet. Ardentissimis enim innumerisq; affectib<sup>9</sup> animum quasi quibusdam furiis agitatur. ut longe absit ab illa, quam magnopere natura requirit, tranquillitate. Cūq; humanum genus inter deum, ac bestias medium teneat, ob eamque causam utrorunq; participes esse merito uideatur. in alterum quoque migrare, & quasi conuerti posse Trismegistus existimat. Et enī qui mente præcipue utitur, eum profecto beatissimam deorum immortalium uitam agere, qui uero corpore, ac sensibus bestiarum. Quapropter cum uoluptatis usus in corpore sensibusque existat, qui maxime huic deditus est, non modo non adscendit ad ea, quæ meliora, diuinioraq; sunt, sed ne propriæ quidem naturæ statutum, dignitatēque retinet, ac uelut ex animo ad corpus, ex mente ad sensus, ex homine ad bestias labitur. Diuine apud platonem Socrates in phædone. uoluptas inquit quasi clauum tenens animum corpori affigit, atque coniungit, efficitq; ut infectus corporea specie ea putet esse uera, quæ suadeat corpus. Nam cum eisdem rebus commoueatur, atque eadem sentiat cum corpore, cogitur (ut puto) eorundem morum, atque eiusdem alimonix fieri. ¶ Ex iis altera quædam argumentatio à Trismegisto cōtextitur. In omnibus quippe rerum generibus unū aliq̄d maximū, atq; summū esse uult, cuius participatione reliqua in eodē genere reponantur, ut omnia, quæ calida sunt, ignis natura, cui summa caliditas adsit calida fieri. eodēq; modo & bona quæcunque sunt. quod summum, primumq; bonum sequantur,

atq;

## DE VOLVPTATE

atq; imitentur bona dici debere. Summum uero bonum esse deum, qui dubitet, is nihil omnino intelligit. Quæcunq; igitur bona dicuntur, quia deum quodammodo imitentur, eiusmodi appellatione digna esse putat. unde uirtutes omnes, q; deo cognatissimæ sunt, non imerito perfectæ atq; optimæ iudicantur. Primi nanq; ( ut supra diximus ) uirtutum generis opus est tranquillitatem afferre. Alterius autem ad ueritatis cognitionem perducere. Tranquillitas uero, ueritatisq; scientia ( ut Plato quoq; disputat ) diuinitatis maxime propria sunt. Quapropter nemini dubium esse potest, quin utraq; uirtutum genera homines immortalis deo cognatos efficiant. at uero uoluptati quæ potest esse cum diuinitate cognatio: Deus quippe ab omni corporis concretione solutus, ac liber existit, uoluptas autem corpus mouet sensibusq; blanditur, efficitq;, ut in corporis luto sensibusq; demersi, non modo ab immortalium deorum præstantia. sed ab hominum quoq; natura degenerare uideamur, omnemq; humanam rationem exuti porcorum spurcissimas sordes induere. Quapropter non immerito inquit Plato, uoluptas à deorum natura sequestrata est, sed quid uerius aptiusq; aduersus hanc pestem dici potest: q̄ quod ab hippocrate diuino profecto uiro dictum ferunt. Is enim cum de ueneris uoluptate loqueretur, partem esse dixit illam morbi teterrimi, quem nostri comitalem uocant.

**Caput. iiii.** Obiectiones peripateticorum contra platoniam uoluptatis definitionem.

**A**ccigitur est diuina Platonis de uoluptate sententia, in qua **h** **Mercurius Trismegistus, & pythagorici omnes, ac socratici** quiq; excellentiores absq; ulla dubitatione cōsentiunt. At uero peripatetici acuti sane uiri. sed hac in re contentionis forte studiosiores, q̄ ueritatis tam optimam, tamq; diuinam Platonis sententiam suis quibusdam argutiis peruertere, atq; deprauare contendunt. ¶ **T**ria uero sunt, in quibus nituntur platonios carpere. Primum quod Plato uoluptatem motum in definiendo uocauerit, motum nanq; omnem uelocem aiunt esse, uel tardum, uoluptatem uero nullam uelocem, aut tardam dici posse. Sed aut breuem dici, aut diuturnam oportere, neq; motum ullum simul totum posse consistere. sed alteram semper alteri motionis parti succedere partem. ita ut una deficiente, nascatur & altera, neq; possint duæ quædam motionis partes se inuicem expectare. uoluptatem contra simul fieri totam, omnesq; eius partes inuicem ( ut ita

dixerim) cōmanere. Nam cum animus boni alicuius possessione frui se nouerit, hunc statim putant uoluptatem percipere. Itaq; fieri, ut uoluptas animi cognitionē pceptionēq; sequatur, & ut perceptio eo, quod bonum uidetur, extrīsecus obiecto puncto temporis tota conficitur, sic uoluptatem, quæ apprehensionem eiusmodi sequitur, puncto quoq; temporis perfici. Quæ uero sic fiunt, tota simul ac pariter fieri, atq; indiuidua quadam simpliciq; natura consistere. Ex quibus concludi uolūt uoluptatem sensibus simplici quodam puncto prorsus innasce, ac statim primo sui exordio totam perfectamq; existere, nec partem alteram ut absolutior sit, desiderare, quo fit ut motus esse nō possit. ¶ Deinde Platonem reprobant, q̄ repletionem indigentiaē uocauerit uoluptatem, idq; ob hoc falsum esse putant, quoniam in animo uoluptas in sit, repletio autem existat in corpore, nec omnem uoluptatem consentiūt talem esse, ut cum indigentiaē repletionem conueniat. Si quidē quæ oculis, auribus, ac narib<sup>9</sup>, ex formis, sonis, odoribusq; percipiuntur uoluptates, nullam priorem expleant indigentiam. Esse præterea in contemplatione quādam ineffabilem uoluptatem, quæ nihil indigens impleat. eā quippe mentis propriam esse, mentem uero nec aliquo substētaculo indigere, nec aliqua ratione repleti posse, impleri enim contrāq; exhaustiri corporibus conuenire, quæ & plena esse possunt, & uacua. Animo autē cum simplex atq; incorporeus sit, illa nullo pacto posse contingere. ¶ Tertio uero loco id arguunt, quod uoluptates nullas Plato bonas esse dixerit, plerāsq; malas. At illi plurimas arbitrantur optimas, & laude dignissimas, talēsq; esse illas, quæ ex honestis actionib<sup>9</sup> suscipiantur. uideri nanq; actiones huiusmodi iocūdissimas, eāq; uoluptatem, quæ in illis in sit, optimam purissimāq; existere.

#### Caput. iiii. Responsiones ad obiecta.

**A**e sunt peripateticorum argumentationes, quibus ego respondere me posse diffiderem, nisi idem ipse, contra quem pugnat suo (ut dicitur) se Marte defēderet. ¶ Prima igitur argumentatio, qua uoluptatem nequaquam motum esse posse concludunt, & si forte uera sit, nihil tamen in Platonicos ualet. Nam & ipse Plato docuit duo esse motuum genera alterum quidem corporum, alterum animorum. motūq; corporum eorum, in quibus est naturam sequi corpus, si quidem indiuiduo, ac simplici statu collectum esse non potest. Sed alteram eius extra alteram partem iacere necesse est. alioquin diuisione careat

oportet

## DE VOLVPTATE

oportet, quod uero in diuisum remanet, id iam naturā corporis exuit, quapropter cum omne corpus extensum atq; diuiduum sit, necesse est si quando agat patiatūr ue quippiam, aut ex loco in locum alterum transferatur, propinquiores, anterioreſq; partes prius cæteris, uel pati, uel agere, uel conuerti. Itaq; omnis corporum motus temporis spatium exigit. & ſucceſſione quadam ab eo, quod prius eſt in poſteriora diſteditur. Animus autem indiuiduus eſt, ac ſimplex nullam penitus diſcretionem, diſtantiāq; partium habens. igitur animi motio indiuidua eſt, & ſimplex atq; uno temporis pūcto ſimul tota conficitur. Vnde Tales milesius nihil animo inquit eſſe uelocius. Cum ergo uoluptas apud Platonem, nō corporis, uerum animi motio diſſinita fuerit, nihil ſane prohibet eam motionem eſſe, ac etiā ſimul totam conſiſtere. præſertim cum i Platonicis libris motio non modo fluxum, ſucceſſionēq; (ut peripatetici uolunt) uerum omnem quoq; operationē actūq; ſignificet. ¶ Deinde quod aiunt Platonem uoluptatem indigentiaē repletionem, indigentiam uero dolorem appellauiffe, fortaffe minus uerum uideri poteſt. Nā & ipſe i Gorgia uult uoluptatem in repletionē cōſiſtere. uoluptatem uero in uoluptate, aut aliud quippiam eorum, quæ natura ſiunt in ſe ipſo conſiſtere, præter eos qui Platoni diſſimillimi ſūt, nemo diceret. Præterea in eodem libro inquit, repletionem eſſe uoluptariam, indigentiam uero plurimum doloroſam. At quis adeo inepte loquitur, ut uoluptatē uoluptariam, dolorem doloroſum uocitet? Quis item dixerit pulchrā pulchritudinem : iuſtitiam iuſtam: eodem quoq; modo nec Plato uoluptariam uoluptatem, nec dolorem doloroſum appellauiffet. Non igitur dolorem indigentiam, nec repletionem uoluptatem eſſe uoluit. Inſuper uoluptatem inquit à repletionē fieri, dolorem ab egeſtate. Ipſe uero idem nihil exiſtimat à ſe ipſo fieri poſſe. Quoniam igitur pacto uoluptas, ſi ſit repletio ab ipſa fiet repletionē: aut dolor, ſi ſit egeſtas ab egeſtate naſcetur? Quin etiam idem ipſe i Timæo uoluptatem in ſenſu ponit, eamq; motum affectūq; nominat. affectum uero ſenſūq; motū repletionem eſſe uir tantus nunquam diceret. Quod ſi quis in Gorgia legerit uoluptatem eſſe corporis repletionem, is attentius eum locum cōſideret, ac demum reperiet Platonem non id ipſum ſentire, ſed eam eſſe Calliclis uoluptuoſiſſimi hominis ſententiā aduerſus quē Socrates acerrime diſputat. ¶ Verum dant hæc nobis peripatetici. nō nulli negant tamen omnem uoluptatem ab ipſa repletionē indigentiaē fieri. quippe cum illa, quam nobis affert contemplatio, quæq; in mente

consistit, ex nulla fiat indigentia repletionem, ego uero & si luce clarius ostendere id possim, illam quoque mentis, quae ex contemplatione capitur iocunditatem ab ipsa repletionem originem sumere, demus tamen hoc illis, ne uideamur nimis forsitan contentiosi. sit ita sane, ut uolunt. quid tum? Nonne Plato (ut superius quoque diximus) uoluptatem in sensibus, gaudium in mente locauit? Si ergo peripatetici eam etiam in mente ponant. quid ad nos? Non enim hoc sentit Plato. Quod ergo in contemplatione percipitur, non uoluptatem, sed gaudium nuncupamus. Quod si minus a repletionem nascatur. nihil contra platonem. qui non gaudium, quod in mente est. sed uoluptatem, quae in sensibus infidet, inquit a repletionem creari, Sed instat acrius Aristoteles in eo, qui de moribus liber est decimus, probans illam quoque, quae fit in sensibus uoluptatem, non semper ab ipsius repletionem indigentia proficisci. id enim in tactu, ac gustu uerum esse uult. At uero in his, quas ex odoribus, formis, sonisque capimus uoluptatibus nullo pacto contingere. Neque enim illum qui latatur sonis, aut formis, his ipsis, in quibus oblectatur rebus ulla ratione repleti, neque his antea eguisse, nec uero, & si uerisimilia forsitan uideantur, non tamen talia sunt. Platonem aliqua ex parte detrahere possint. Nam uerba illa platonis, quibus inquit uoluptatem ab indigentia repletionem gigni duobus (ut uidetur) modis possumus interpretari. Haec enim duo, egestas. atque appetitio, ita in uicem sunt connexa, ut alterum nequeat ab altero separari. Ea namque quibus egemus appetimus, neque appetimus quae, quo non ante concupiscentiam eguerimus, neque quisque est egens, quin appetat, neque appetit unquam, qui non eget. Quo fit, ut utraque sic in uicem uideantur esse coniuncta. ut alterum semper alterum comitetur. Quapropter apud excellentiores quosque philosophos haec est consuetudo, ut saepe numero egestatis nomine appetitum significant, eodemque modo & appetitionis nomine egestatem uelint intelligi. Unde recte Cicero, non caret inquit is, qui non desiderat. Socrates quoque opibus delictisque nostris, quibus caeteri ardentissime student egere se negabat, quod eas nequaquam appeteret. Epicurus autem, non qui parum haberet, sed qui plus cuperet egere dicebat. Itaque si quis uelit egestatem pellere, non pecuniae adiiciendum, sed cupidini potius detrahendum. Eodemque modo cum Plato inquit repletionem indigentia, appetitionis repletionem intelligi uoluit. Repletur autem concupiscentia cum id, quod cupiebat assequitur. Repletio autem appetitionis nihil aliud est, nisi consecutio quaedam eius, quod in concupiscentiam uenerat. Ex his ergo, quae diximus

mus

## DE VOLVPTATE

mus. sic platonem interpretamur. Repletio indigentiae causa voluptatis existit. hoc est cum appetitio, quae eget, quamque indigentiam appellamus, id, quod exoptauit, adpta est, eiusque praesentia fruitur, & quasi repletur. sensibus statim ille motus innascitur, quam suauitatem, delectationem, uoluptatemque dicimus. Vnde epigramma deliacum. iocundissimum esse inquit, reamata potiri. Haec autem interpretatio cunctis in sensibus, ac etiam in mente (si quis uelit) locum habet. Quippe cum omnes sensus rem ipsam cuius cupiditas antecessit adepti, ineffabili quadam uoluptate deliniantur. Atque primus est hic respondendi modus, quo platonici peripateticorum laqueos possint effugere, & si cui forsan uideatur haec interpretatio durior, age tentemus aliam, ne nostri uideantur illorum iaculis succubuisse. Explere igitur indigentiam quid aliud est: nisi id, quo indigeas assequi. egemus autem quibus: nisi his, quae uel salutem dum adsit nostram tueri, si amissa sit, reddere possint, uel alio quopiam modo nobis sint utilitatem aliquam allatura. Nos uero homines sumus. Est autem homo, ut peripatetici, ac stoici arbitratur id, quod ex anima rationali constat, & corpore. Pythagorici ac platonici paulisper à cæteris discrepantes, hominem esse putant diuinam quandam mentem terrenis uinculis alligatam, quo fit ut apud cæteros philosophos animus naturam ac nomen cuiusdam partis hominis habeat, apud platonicos animus noster homo totus existat. Quapropter. Socrates à Critone interrogatus, quemadmodum se sepeliri iuberet, ut libet inquit. Si modo comprehenderitis me, nec ego uos effugero. Atque idem apud Platonem cum Alcibiade disputans pluribus rationibus hominem probat nihil aliud praeter animum esse. Corpus autem non esse hominem, sed hominis. Externa uero non hominis, sed fortunæ. Nec tamen animum nostrum semper & ubique existentem hominem uocitat. uerum quod diu in caelestibus sedibus uitam agit, tum deus, tum etiam daemon à platonice nuncupatur. Cui uero habitaculis terrenis includitur, ab ipsa humi natura in qua mergitur humanitatis nomen accipit. Itaque Origenes platonice nobilissimum hominem in daemone, ac deum conuerti posse, & in bestias quoque migrare nonnunquam asseuerat. Seneca item Platonis plurimum studiosus animum nostrum appellauit deum in humano corpore hospitatum. Sed ii omnes, & ipse etiam Plato, Heraclitum. Empedoclem. Pythagoram imitati sunt. Nam pythagoras animum nostrum ex homine in deum transferri his uersibus asserit. Corpore deposito cum liber ad aethera perges,  
Euades hominem factus deus aetheris almi.

¶ Cum igitur (ut ad propositum reuertamur) homo sit aristotelicorū  
 sētentia, quod ex anima rationali constat, & corpore. ut uero Plato uult,  
 diuinus quidā animus, qui terreni corporis ministerio utitur, Sequitur  
 ut duarum profecto rerum animi scilicet & corporis cura nobis susci-  
 pienda sit. Animi quidē (ut ille iubet) sui tantum gratia. corporis autē  
 cura omnis ad animum, quasi seruus ad dominum referri debeat. Eorū  
 ergo quibus egemus duo sunt genera. Indigemus enim his quæ sint  
 animo, & his, quæ sint corpori profutura, Profunt uero corpori, quæ ui-  
 tam, quæ ualitudinem, quæ uires, quæ formam, quæ naturam propriā  
 aut reficiunt, aut seruant. Animo autem ea conueniunt omnia, quæ ad  
 mores optimos, quæq; ad rerum cognitionem aliquid conferāt. His ad-  
 de illa præcæteris, & animo prodesse, & corpori, quæ alterutri similia, &  
 cognata uideantur. Similia nāq; (ut dicitur) similibus conseruantur, &  
 singula salutem propriam expetunt. Hæc ergo sunt, quibus homines in-  
 digent. Quapropter, quando hæc adsunt, uel ea saltem, quæ horum spe-  
 ciem quandam & similitudinem habeant, uoluptate afficimur. Si qui-  
 dem quæ bona nobis esse uidentur, si præsentia sint, uoluptatem affe-  
 runt. Quo fit, ut uoluptatem præcedat opinio, ut enim placet stoicis,  
 nulli quicquam potest esse iocundum, nisi quod quisque sibi cognatū  
 ac bonum existimauerit. ¶ Cum uero uoluptas corporis sensibus  
 percipiatur. horum uero species quinque sint, erunt similiter quinque ge-  
 nera uoluptatum, una quidem tangendo. altera gustando percipitur,  
 odores aliam præstant, aures, atque oculi reliquas suggerunt. Atq; ii sen-  
 sus ita se inuicem habent, ut ordinem quendam, & loci pariter, & naturæ  
 contineant. Oculi enim purissimi sunt, & ut timæus platonicus dispu-  
 tat, ac probat. Ignis lucisq; naturæ cognati. Aures secundum ordinem pu-  
 ritatis optinent, atq; aeri comparantur. Nares tertium deinde tenuitatis  
 gradum possident, & crassiori quadam natura concretæ, medium inter  
 aerem, aquamq; continent. Deinceps uero gustandi organum crassius  
 est, & aquæ naturæ simillimum. Postremo tenuitatis gradu hæ, quibus  
 tangimus, partes distribuuntur. hæ nāq; ad corporis naturam accedunt  
 propinquius, ac terræ crassitudini deputantur. Cernis hos quinque sen-  
 sus gradatim dispositos sic inuicem se se habere. ut qui eminentiori par-  
 te corporis collocantur, potiolem quoque ordinem puritatis obtineāt,  
 & aliis alii diuersisq; rebus cognati existant. Quod quia in his, quos in  
 platonis timæum edidimus, cōmentariis latius disputauimus. sufficiat  
 hoc loco breuiter attigisse. Cum ergo tangendi sensui solida quædam &  
 crassiora

## DE VOLVPTATE

crassiora corpora admouentur, eadē prædita humoris calorisq; natura, qua ipse quoque sensus affectus est, horum tunc præsentia corporum, quia sibi cognata sunt, quia eandem naturam habent, quia propriam eius concretionem, qualitatemq; tuentur, exultat quodammodo, ac gestit, totusq; suauitate perfunditur. Gustus uero liquidioribus (ut patet) corporib<sup>9</sup> recreatur. delectatur enim saporib<sup>9</sup> his, qui humoris decocti, maturiq; naturam habet. Quippe cum & ipse (ut Platonici putant) eadē proportionē concretus sit, quo fit, ut simili, & quasi suo quodam familiari accedente, cum eo suauissime conquiescat. Odorandi præterea uis odoribus iis reficitur maxime, qui inter aquæ aerisq; naturam commisti sunt, quod in pomis, floribusq; percipitur, si quidem, & ipsa eandem naturam ab origine sortita sit. Aures insuper eiusmodi delectantur sonis, qui ex purissimo aere confecti sunt, atq; ex eadem, qua & ipsæ armoniæ consistant, itaq; uidemus ob naturæ diuersitatem hos remissioribus, illos uehementioribus, alios grauioribus, alios item liquidiorib<sup>9</sup> concetibus delectari. Oculis autem, quod luci familiarissimi sint, ea uidentur esse gratissima, quorū natura quā simillima luce temperata est. eiusmodi uero ea sunt omnia, quæ ex colorum, qui omnes à luce proficiscuntur pulcherrima temperatione resultant. Nec solum rebus his, quas sensibus haurimus ad uitam augendam reparandamq; naturam indigemus, uerum etiam ad mentis peritiam consequendam. quo efficitur, ut sensus duabus de causis, optimis quibusdam rebus, quæ extrinsecus offeruntur indigeat. tum quia sibi cognata ac similia sint. singula uero similibus conseruari perficique necesse est. tum quod ad rerum atq; artiū cognitionem, quæ res maxime à nobis expetitur, instruere possint. Quotiens igitur ea, de quibus diximus, sensibus offeruntur, admittunturq; intro penit<sup>9</sup> ad fruendum, sensuum indigentia illa, quæ antea cupidinem peperit expletur. Eaq; quam quærimus, uoluptas ex hac indigentia repletionē contingit. Hæc est igitur secunda platonice definitionis interpretatio, quam neminem arbitror, modo sanæ mentis sit, uituperaturum. quapropter de his hæcenus, pergamus ad reliqua. ¶ Tres sunt aristotelicorum aduersus Platonem propositæ quæstiones, prima quæ falso uoluptatem uocauerit motionē. Alia, quæ nec repletio, nec à repletione uoluptas omnis esse possit. His omnibus non meo quidē ingenio nec enim tantum mihi arrego. sed his, quæ ab ipso Platone latissime disputata sunt, satis iam responsum arbitror, Postrema uero Aristotelis obiectio fuerat, quæ plurimæ uoluptates, contra Platonem, qui id negasset



bonæ honestæq; forent. cuiusmodi sunt, quæ ex actione, atq; usu uirtutum, & contemplatione proueniant. Ego uero dixerim superius à principe ac præceptore nostro propositum esse, quid huic obiectioni respondendum sit. Quæ enim in mente consistunt, uirtutesq; sequuntur, Plato noster (ut supra retulimus) non uoluptatis, sed gaudii nomine nuncupauit, quapropter quod uirtuti mistum sit, bonum esse, Aristoteli dabimus, nec tamen uoluptatem dabimus bonam esse, sed gaudium. utitur enim pro arbitrio suis quisq; uocabulis, & nomine quidem discrepat Aristoteles à Platone. re congruit. Pythagorici uero, stoici, ac cynici cum nostris re pariter, ac nomine congruunt.

Caput. v. Opiniones uariæ quid sit uoluptas. Prima opinio Aristotelis.

Aristoteles autem, ut ad eius sententiam deueniamus uoluptatis nomine utitur latius, eoq; uult non modo illam, quæ sensibus inhæreat iocunditatem, sed illam, quoque, quæ in mente consistat significari. quid uero ipsa uoluptas sit, magis annuere, quam exprimere uidetur. Veruntamen quæ de hac in septimo, ac decimo demoribus disputat, hoc quo dicam modo interpretari possumus. Tres sunt (ut Aristotelis uerbis utar) animi potestates, quarum una nobis cum plantis communis est, quam uegetandi uim nominant. cuius officia tria sunt, alere proprium corpus, atq; augere, ac demum aliud extra se gignere simile alteram deinde naturam animæ sentiendi uim uocitat, quæ nobis cum cæteris quoq; animalibus communis existit. Sensuum uero, alios intimos, alios externos esse. externi autem, qui etiam ad propositum magis pertinent, quinque sunt, uulgari propemodum diuisione notissimi. tertia uero animi uis, solis ex omni animantium mortalium genere hominibus conuenit, eumq; intellectum mentemq; nuncupat. His addit mouendi potestatem. sed eam, quod ad propositum nil ualeat, dimittimus, de prima uero animæ natura, quæ plantis conuenit philosophi ueteres diuersa senserunt. si quidem plato arborum herbarumq; animas tacitam quædam appetitionem, quem naturæ nixum uocat, habere putat. Empedocles non modo naturalem inclinationem, uerum sensum etiam plantis inesse uoluit. Anaxagoras autem, ac Democritus uoluptate doloreq; eas affici. nec sentiendi modo, sed & cogitandi, & intelligendi uim habere censent. At uero Aristoteles, nec ratione, nec omnino sensu præditas, nec uoluptatis alicuius participes arbitratur, quo fit, ut nutriendi augendiq; illa potestas nihil ad Aristotelis de uoluptate sententiam

## DE VOLVPTATE

sententiam conferat. Reliquæ igitur animæ vires, quibus uoluptatem attribuit, duæ sunt. ex quibus unam (ut eius uerbis utar) intellectum, alteram sensum nominat, hisque suas actiones, quas cognitiones uocat, assignat. Intellectus igitur siue (ut latine loquar) metis, atque rationis operationem, intelligentiam, cogitationem, cõtemplationemque dici uult. Visus uero uisionem, auditus auditionem, odoratus, odorationem, gustus, gustationem, tactus denique tactionem. ut uisus quidem ipsa sit animæ uis, ac natura, qua uidere quis potest. uisio uero actio ipsa, hoc est uidere, eodemque modo in sensibus cæteris, uisionem autem (ut unum pro singulis prosequamur) duo potissimum habere principia, à quibus ueluti quibusdam causis oriatur, uisum scilicet ipsum, in quo fit, & insuper rem externam, quæ cernitur, à qua uisus excitatur, ut uideat, & uisum quidem animi uim, ac potestatem nominat Aristoteles. Quod autem uisum cernitur obiectum, uisionem uero perfectam esse dicendam. cum & animi uis optime affecta sit, & illud quoque, quod cernendum est, obiectum suapte natura sit optimum, & naturæ insuper animæ consentaneum. quod si alterutrum defecerit, uisionem imperfectam fore, utrisque uero concurrentibus in unum, perfectam. quæ uero perfecta sit uisio, eandem quoque iocundam esse, quæ perfectior, iocundio rem, quæ perfectissima iocundissimam, Visionem igitur (ut idem sæpius repetam) quia perfecta sit, iocundam esse, perfectionem igitur uisionis iocunditatem quandam uideri. Qua propter & uice uersa iocunditatem uisionis perfectionem esse. Cum uero iocunditas, ac uoluptas, ut ad propositum spectat, idem ualeant, effici uult, uisionis perfectionem esse uoluptatem, quodque de uisu dictum est, idem etiam de sensibus cæteris, deque ipsa mente intelligi uolumus. in cunctis enim est operatio propria. in auditu quidem, auditio, odoratu, odoratio, de cæterisque similiter. Voluptas igitur cõmuni definitione apud Aristotelem nihil aliud est, nisi perfectio quædam operationis animi, idem autem cognitionis. Cumque omnibus sensibus uoluptas inhæreat, uoluptas uisus erit uisionis perfectio. auditus auditionis. gustus gustationis, ac de reliquis eodem modo, ut cuiusque uoluptas sit propriæ operationis perfectio. Est autem apud Aristotelem perfectio duplex. altera quidem prima, annexa altera. prima uero illa est, quæ pars eius naturæ, cuius perfectio uocatur, existit, uelut anima hominis. hæc enim hominis perfectio est, & pars quædam humanæ substantiæ. annexam uero perfectionem illam dicimus, quæ cum nulla substantiæ parte existat, substantiam tamen ipsam consequitur, ac ueluti co-

mes rei ipsius, quam perficit, naturæ annectitur, atque adiungitur. cuiusmodi est in iuuentutis flore pulchritudo. nec enim pulchritudo iuuentus ipsa est, neque pars aliqua iuuentutis, sed ipsam sequitur iuuentutem, atque ornat, perfectamque reddit. uoluptas igitur cum sit operationis illius, quæ in sensibus, aut mente consistit perfectio. quæ tandem perfectio hæc erit: prima ne: at hoc Aristoteles utique negabit, Voluptas enim, quæ uisu efficitur, nec ipsa uisio est, nec pars aliqua uisionis. Erit igitur uoluptas in uisu uisioni quædam annexa, atque adiuncta perfectio. Nam & si in ipsa uisione implicita sit, neque tamen uisionis pars est ulla, neque uisio tota. Alioquin absque uoluptate uisio, quam sæpe iam commemoro fieri nullo modo posset. uerum ab ipsa oritur uisione, & quasi comes cõsequitur, miscetur illi, hæret, ornat, perfectamque efficit. nam & diligentius, & perfectius quisque id agit, quod delectat. quod profecto notius est, quam ut probatione aliqua indigere uideatur. Quamobrem nõ absque ratione uoluptas operationis illius, cui competit, ut cõtemplationis, uisionis, auditionis, cæterarumque omnium adiuncta quædam perfectio definitur. quod si honestæ actionis fuerit, ipsa quoque uoluptas honesta ab Aristotele nuncupatur. si turpis, & ipsa turpis. mediæ uero, uoluptas quidem est mediæ. qua quidem in re à plerisque ueterum philosophorum discrepat Aristoteles. ¶ Alii namque uoluptatem esse putauerunt rei cuiusdam, quæ nobis conueniat, naturam impositam sensibus, ueluti suauem mellis linguæ saporem imbibitum. Alii uero uoluptatem rei conuenientis perceptionem definire. ueluti cum gustui dulcedo liquoris apponitur, nec dulcedinem ipsam, neque liquorem, neque gustum uoluptatem appellauerunt, sed ipsam potius gustationem, hoc est dulcedinis perceptionem, quorum sententiam Auicenna probare uidetur. Nonnulli uero nec ipsam etiam suauis liquoris perceptionem uoluptatem esse uoluerunt, sed illud potius animi iudicium, quod primam sensuum apprehensionem, quam plerique phantasiâ uocant, sequatur. Primo namque sensum, quod sapor dulcis sit, nosse. postmodum quod bonus asciscendusque sit iudicare. id plerique iudicium uoluptatis nomine significari putant. Nec defuerunt, qui neque suauem sensibus impositam qualitatem, nec eiusdem qualitatis perceptionem, neque iudicium uoluptatem uocauerint. uerum commotionem quandam corporis, ac sensus, quæ quidem perceptionem ipsam iudiciumque consequitur, ueluti liquefactionem, effusionem, elationem, exultationem, petulantiam, atque his similia. At uero alii quidam ipsam membrorum suauem, & gratam, quæ ante iudicium fit

## DE VOLVPTATE

fit. concitationem, titillationemque, uoluptatem esse iudicauerunt.

Caput. vi. Opiniones peripateticorum de uoluptate.

Ristoteles autem horum nihil uoluptatem nuncupare uide-  
tur. Cæterum apprehensionis ipsius quandam perfectionē,  
ut prior quidē dulcedinis perceptio sit, ex hac aliud quiddā  
nascatur. eius quasi comes, & annexa pfectio, eadēmq; uoluptas existat.  
Quid uero sit huiusmodi perfectio, quam uoluptatem nominat, nunq̄  
fatis (ut uidetur) explicuit. Peripatetici autem, qui fluxerunt ab Aristo-  
tele, dum id, quod ab eorum principe obscure dictum fuerat, explicare,  
& in lucem edere uellent, in diuersas sunt sententias distributi. Nam alii  
quidem in sensibus. alii uero in eo, qui sensus sequitur appetitu uolu-  
ptatem collocauere. Et qui in sensibus, diuersis quoque modis Aristote-  
lem interpretantur. Etenim non nulli duas in sensibus esse putant per-  
ceptiones, quarum prima ab iis, quæ extrinsecus offeruntur in animum  
quodāmodo proficisci, ac fluere uidetur. altera uero ab animo magis  
profecta, ad ea, quæ extra sunt porrigi. Primo nanq; animus exempli  
gratia dulcedinem percipit, quæ prima perceptio ex ipsius rei, quæ ob-  
iecta est suauitate oriri uidetur. Deinde considerat se dulcedinem con-  
secutum fuisse, illam percipere, habere, eaque perfrui. atque hanc illi se-  
cundam animi perceptionem, seu cogitationē, siue meditationem, seu  
animaduersionem, uoluptatem appellatā esse ab Aristotele censuerūt,  
ut uoluptas sit illa ipsa cōsideratio, qua bonorum præsentia se frui quis  
cogitat. ¶ Non nulli non sensum, cum sese dulcedinem cōsecutum  
animaduertit offerri, & quasi erigi, & quādam uelut hilaritatem conci-  
pere, ac per se ferre, eamque uoluptatem ab Aristotele dictā arbitrantur.  
Itaque uoluptatem esse eleuationem, siue hilaritatem animi adepti iam  
illud, quod cupierat bonum. ¶ At uero qui uoluptatem in ea parte  
animi, qua appetimus posuerunt, duas appetitus proprietates esse putāt,  
Vna quidem moueri nos, ad eaque inclinari, quæ procul a nobis sunt  
bona, nec dū illa fuerimus consecuti. Altera uero in eo, quod adepti iam  
consecutiq; sumus consistere. primam, cupiditatem. alteram, quietē nun-  
cupant, & illam quidem molestia, sollicitudine, cura, anxietate, plenam  
esse uolunt. hanc uero ineffabili quadam suauitate perfusam, eamq; uo-  
luptatem à peripateticorum principe nuncupari, ut nihil aliud uolu-  
ptas esse dicatur, nisi terminus quiddā, siue quies, appetitus in bono, quod  
iam fuerit consecutus. Vnde Lucretius. requies inquit hominū diuūq;  
uoluptas. ¶ Cæterum quid ipsa quies sit, non eodem omnes modo

exposuerunt. Alii nanque cessationem ipsam, ac ueluti finem aliquem appetendi quietem definiunt. Appetitum & enim cum id, quod cupierat bonum adeptus fuerit, ab appetendo desistere. Itaque sollicitudine & anxietate uacare, quæ uacatio quies ipsa sit, eademque uoluptas ab Aristotele nuncupata. Ideoque uoluptas est, ut isti definiunt, acquisito, quod cupitum fuerat bono, ab omni appetendi sollicitudine & anxietate uacatio. ¶ Non nulli uero peripatetici aliquid huic uacationi aliud addiderunt. Carere quippe omni molestia non dum plenam, ac perfectam uoluptatis naturam possidere. Fieri uero integram, atque absolutam, si in eo ipso statu sic omnis appetitio conquiescat, ut non modo non ulterius appetat quippiam, sed huic, quo fruitur bono totis neruis, ac uiribus hæreat, assentiatur sibi esse satis, atque in id penitus diffundatur. Est ergo, ut censent isti, uoluptas assensio, atque diffusio appetitus in id, quod possideat bonum, quo fit ut mediis in uoluptatibus liquefcere corpustum, ac diffluere uideatur. cum omnis animi, corporisq; uis, ac motus in id, quod extrinsecus obiicitur, inclinatur, ac penitus rapiatur. Eiuscemodi uero diffusio non modo in corporis membris partibusque. uerum etiam in appetitu naturaque animi esse debet. neque enim in rem aliquam corpus nisi appetitus in pulsu animique potestate diffunditur. Quapropter & ipsum quoque appetitum animumque diffundi necesse est, atque auidissime affigi, & hæere illi, quod propriæ uideatur naturæ cõgtuere. Omnis igitur huiusmodi animi, appetitusque nixus, copulandi, hæredi affigendi ei, quod iam possidetur bono uoluptatem continet, nec aliud quicquam, ut istis placet, uoluptas esse uidetur, nisi assentiri, hæere, affigi præsentis bono, in id que diffluere, penitusque diffundi. modo hæc intelligas in animo, in eaque animi parte, quæ appetendi uis nominata est fieri. Nam huiusmodi motus in calore quoque sanguine, spiritibus, totoque corpore reperitur, qui nec tamen uoluptas est, nec pars aliqua uoluptatis. uerum ab ea, quæ in animo est diffusionem, assensionemque, quam uoluptatem dicunt. illa quoque corporis liquefactio, effusioque ueluti uestigia quædam intimæ uoluptatis proficiscunt. Nam qualia hæc in corpore sunt, talis & in animo uoluptas existit.

Caput. vii. Quæ platoniorum cum aristotelicis concordia, & quid Plato de sensibus, & affectibus,

hæc est igitur peripateticorum de uoluptatis definitione sententia, quam ipse arbitror, ne minima quidem in parte a Platone

tonis

## DE VOLVPTATE

tonis nostri sententia discrepare, nisi quod Aristotéles latius loquitur eodem nomine uoluptatis, & eam, quæ in mente est, iocunditatem, & eam quæ in sensibus nominans. Plato uero uoluptatem uocat eam, quæ sensibus accidit. quod uero in mente est, id gaudium nuncupat. Quinetiam interdum & ipse Plato uoluptatis & gaudii nomina confundit, utroque uocabulo utens ad utrunque significandum, Nomine igitur uel nullo modo, uel uix, ac minimo discrepant, ex uero re congruantes esse possunt non nulli Platonis libri, nec non Platonici plerique haudquaquam philosophi contempnendi. Nam Apuleius. Calcidius, Contius, Ptholemæ<sup>9</sup> platonici nobiles eo, quem breuiter referam, modo Platonis sententiam obscurissimis in Timæo uerbis positam, interpretantur. sensum profecto aiunt à Platone primam animi perceptionem, quæ ab ipsa corporis passione nascatur, intelligi. Et enim rerum omnium, quæ noscendæ sunt, species quasdam ad nos fluere, sensuum foraminibus hauriri in eo, qui in cerebri uentriculis est, spiritu imprimi, atque consignari. eiusmodi rerum species in spiritu, quod quidem corpus est tenuissimum, atque perlucidum figuratas pulsare animum, atque efficere, ut illa ipsa obiecta externa, quorum hæ sunt imagines intueatur, atque percipiat. hanc animi perceptionem ab ipsa corporis passione impulsuque nasci uidemus. spiritus siquidem ab externis motibus corporibus, ipse animum consimili pulsatur, formatque imagine. Cum igitur eiusmodi perceptio à spiritus impulsione nascatur, consequens est eam à corporis passione, id est pulsu motionisque proficisci, quod imitatus Aurelius Augustinus Platonius bonus in eo libro, qui de animi quantitate inscribitur. Sensus est, inquit, passio corporis per se ipsam non latens animam. id est per ipsam corporis speciem sensibus haustam eiusdem quoque passionem corporis, prima quadam, & propria imagine percipi. Ex quibus fit, ut gemina corporis passione sentiamus. Nam cerebri spiritusque impulsu externorum corporum passiones apprehendimus. Passionem uero illam, quam corpus proprium extrinsecus accipit, Platonici bifariam diuidunt, quarum una leniat corpus, ac mulceat, nec tam membra, uisceraque pulset, quam palpet, atque titillet. altera uero asperius, ac durius agitet. Cum uero animus primæ illi corporis motioni, cuius mulcere proprium est, consentiat, uoluptatem fieri. cum ab altera, quam asperam dicimus, abhorreat, atque desciscat, dolorem asferunt. Assentitur autem animus corporis motioni, cum ei libenter adhæret, affigiturque, copulatur, perfunditur, atque in ea suauissime con-

quiescit. Quia propter Aurelius Augustinus uoluptatem definit appetitionis ipsius cum eo, quod amauerit unionem. Non ne & hoc idem peripatetici uoluptatem superius definire, requiescere animum, perfundi, ac penitus copulari? Quid ergo restat, cur non dicantur Platonici, peripateticique unum, atque idem de uoluptate, & dicere pariter, & sentire? Quo alio discrepant: nisi quod illi consentire animum, isti quiescere, ac sistere dicunt. immo & ob hoc nihilo discrepant. nec enim quiescit animum unquam, nisi consentiat, nec consentit quidem, nisi pariter & quiescat.

Caput. viii. Quomodo peripatetici diuidant uoluptatem, & de uiribus animæ.

Vid ergo Platonici, ac peripatetici de uoluptatis definitione tradiderint, & quemadmodum in idem utrorumque disputationes conueniant, satis iam arbitror declaratum. Quod uero de uoluptatis diuisione peripatetici senserint exequamur. Omnem peripatetici naturam hominis ex anima constare putant, & corpore. animam uero in duas partes, ut ad propositam questionem pertinet, mentem uidelicet, sensumque distribui. rursusque mentem uim pariter geminam, naturamque habere. Earum profecto unam in ueritatis indagazione, alteram in consultatione, & actione uersari, atque illum (ut eorum uerbis utar) contemplatiuum intellectum, hunc actiuum nominant. illius proprium esse rerum earum, quæ naturæ ordine continentur, causas, proprietates, progressusque perquirere. solæque ueritatis contemplatione contentum esse. huius autem opus dici uolunt, quæ agenda, fugienda uel sint, consultando discernere. Sensuum uero alios quidam intimos, externos alios uocant. Intimos (ut uult Auerrois peripateticorum interpretum acutissimus) quatuor in species diuidunt, quorum primus omnes, quæ per externos quinque sensus hauriuntur imagines colligat, atque percipiat, ob idque communem sensum appellant. Altera deinde uis imaginandi ab iis nuncupata est, cuius officium sit, cum ipsa nihil persentiat imagines, quæ à prioribus sensibus acceptæ sunt, retinere, easque tertiæ sentiendi naturæ, quæ illi phantasiam, existimandi que, ac cogitandi uim dicunt, afferre. cuius opus esse arbitrantur, ut iis acceptis imaginibus, quid, aut quale sit id, cuius illæ imagines sint, iudicet, atque percipiat, eaque ipsa, quæ discreuerit, siue coniunxerit, seu conceperit iudicando, postremæ cerebri ipsius, sensusque particulæ, quam memoriam dicunt, seruanda commendet. Sensus uero illos ex-

ternos

## DE VOLVPTATE

ternos qui ad id, quod quærimus magis ualent, quinque in species, quæ cunctis notæ sunt, diuidunt, eosque sic inuicem sese habere putent, ut qui eminentiorem corporis locum possident, puriores simplicioresque sint. Reliqui crassiores. Ideoque uisum auditu, hunc odoratu, odorandi uero uim gustu, hunc denique tactu puriorem uideri. Nam ad uisum lux, atque colores, Ad aures soni. Ad nares odores. Sapores ad gustum. soliditas uero, ac mollicies, calorque, & frigus ad tangendi uim pertinent, Quapropter quo lux, colorque sono, sonus odoribus, hi uero sapore. Sapores autem iis, quæ tactui subiiciuntur puriores existunt, eo uisus auditui. hic narium sensui. Sensus hic gustui, gustus denique tactui, puritate, dignitateque præstant, His autem quinque uiribus sentiendi, quinque pariter in corpore (ut illi uocant) organa atque subiecta, & quasi fundamenta quædam attribuantur. Nec aliud quicquam hæc esse uidentur, nisi corporis quædam affectiones, quas alii dispositiones, alii qualitates, non nulli complexiones nominant, quæ elementorum uaria commixtione diuersis in partibus corporis diuersæ nascuntur, ac sunt diuersorum quoque sensuum fundamenta. Alia nanque corporis affectio est, qua uidendi potestas sustinetur, ac uiget. Alia uero qua audiendi, idemque est de reliquis omnibus iudicandum præter has quinque seu affectiones, siue subiecta, quinque pariter instrumenta, solidioraque corporis membra, quibus tum sensus, tum etiam affectiones ipse inhæreant, uelut receptacula quædam adinuenta, constitutaque sunt. oculi nanque uasculorum instar affectionem uimque uidendi recipiunt. cæteraque, ut perspicuum est, corporis membra certo quodam ordine cæteris qualitatibus, ac sensibus assignantur. His præterea membris, instrumentisque proprii quidam motus, qui cuiusque affectum intimum demonstrare uidentur, innati sunt, Itaque in ipsis animi perturbationibus, modo rubescere, modo pallescere, & alias quidem contrahi, ac rigere, alias uero diffluere, & quasi liquefcere cernimus. ¶ Ad hæc omnia, quæ longo iam ordine dinumerauimus uoluptatem, ita pertinere Aristoteles arbitratur, ut in ea mente, quam contemplatiuam appellat, perfecta quædam atque absoluta uoluptas insit. In cæteris deinde hominis partibus gradatim degeneret. Nam septem (ut putat) de causis, prima illa uoluptas, altera, quæ in actiua mente ponitur, uoluptate perfectior esse uidetur. ¶ Omnis enim, quæ ex ueritatis in da



gatione contemplationeque suscipitur uoluptas honesta est, ac laude dignissima. Cum uero mens altera de rebus agendis fugiendisque deliberat, gaudetque eiusmodi rerum electione, non omnis tamen uoluptas illa laudari solet, Quæ ex his consiliis actionibusque, quæ legibus optimis aduersantur, prouenit, merito uituperatur. ueluti si mens consilio contra patriæ, parentumque salutem. contraque ius suscepto gaudeat. cum honestis actionibus delectatur, uoluptas honesta est. cum uero mediis, illa quoque est media, quo fit, ut prima in mente unum duntaxat gaudii genus. idque laude dignum existat. In altera uero tria (ut diximus) genera. honestum, turpe ac medium reperiuntur. ¶ Illa quoque ratio, qua ille in decimo de moribus utitur, non parum ad id, quo de agimus ualet. diutius enim contemplari nos inquit, quam aliud quid uis agere posse. cumque ueritatis inquisitio firmiter, stabiliorque, quam quodlibet agendi officium sit, necesse est eam quoque, quæ ex illa prouenit uoluptatem stabiliorem, ac perfectiorem existere. ¶ Adde quod sapientis uita contemplatióque pauciorum quam ciuilis indiget. quapropter illius uoluptas. cum ipsa quoque paucis minimisque contenta sit, proculdubio magis ex se ipsa sufficiet, ac perfectior iudicabitur. ¶ Est præterea pars ea mentis, cui naturæ contemplationem tribuimus, altera ut nemo, utique negaret, perfectior, proptereaque præstantiorem cæteris omnibus uoluptatem affert. ¶ Cumque actiuæ mentis motus agitatioque ad aliud quoddam, aut eligendum, aut reiiciendum feratur. primæ uero mentis contemplatio se ipsa contenta sit, nec aliud omnino quicquam præter se ipsa desideret, necessaria ratione conficitur. uoluptatem, quæ contemplationi propria est, sui duntaxat gratia desiderari. Alteram uero aliud præter se quiddam uelut finem expetere, atque iccirco primam illam admodum præstantiorem iudicandam esse. ¶ Accedit ad hæc, quod prima cuiusque pars atque perfectior, totius quasi uicem appellationemque gerit, ex quo sequitur, ut cum hominum quisque pluribus ex partibus constitutus sit, ea tamen, quæ contemplationi deputata est, quia cæteris dignitate præstet integram pene naturam hominis complectatur. eaque maxime homo, ut Aristoteles inquit, existat, quam obrem, & illius actio nobis præcipue congruit, atque ineffabilem continet uoluptatem, quæ enim natura cognatiora sunt, maiorem utique uoluptatem afferre solent.

¶ Postrema

## DE VOLVPTATE

¶ Postrema uero Aristotelis argumētatio probat, propriam immortalium deorum operationem in sola contemplatione consistere. ideoque neque quicquam in nobis præter primam (ut dixim<sup>9</sup>) mentem contemplationemque, atque eam, quæ ex illa oritur, uoluptatem, quod deo cognatum sit, inesse uidetur, quod si uoluptas huiusmodi, quia sola diis immortalibus conuenit, maxime diuina est, reliquis omnibus uoluptatibus præstantior merito iudicabitur. ¶ His igitur argumentationibus, ut contemplandi uoluptatem illi, quæ agendo percipitur, antepone ret, Aristoteles utebatur. uerum ad eas iam, quæ quasi titillant sensus, & ad eos suauitate quadam affluunt, atque illabuntur, deueniamus. Has in duas ab Aristotele species diuisas comperimus, è quibus aliæ quidem naturales, aliæ contra naturam esse uidentur atque naturales eas uocat, quæ cum naturam reficiant, ab omnibus, aut pluribus appetuntur. easque pari quoque numero bifariam diuidit, quarum aliæ cunctis animantibus æque cõmunes sunt. aliæ uero singulis pro diuersitate naturæ quodãmodo propriæ, atque cognatæ. nanque quod cibum cuncta, potumque, ac ueneris usum expetunt, cõmunis naturalisque libidinis, ac uoluptatis est proprium, quod autem singula pro naturæ diuersitate singulis, certisque rebus uarie delectantur, aliisque alia gratiora contingunt, id naturali quidẽ, attamen propriæ uoluptati competit. nam cum id uoluptarium cuique, quod eius naturæ congruit, uideatur. diuersæque sint diuersorum animantium affectiones, atque naturæ. necesse est differentibus animalibus ea quoque, quæ congruant discrepare. Atque iccirco certam, & quasi propriam singulis animantibus cupiditatem (ut inquit Heraclitus) uoluptatemque competere. Delectat enim quenque, quod naturæ suæ sit aptum, trahit sua quenque uoluptas. Atque hæ sunt, quas naturales appellat. contra naturam uero eas esse uult, à quibus uniuersum penè hominũ genus abhorret. easque in tria diuidit genera. Alias enim flagitiosa quadam corrupaque natura, alias consuetudine pessima. non nullas morbis, aduersisque casibus euenire. peruersitate uero naturæ contigisse scribit Aristoteles, ut mulier quædam prægnantium uiscera rescindere, puerosque uorare ardentissime niteretur, uel quod de efferatis quibusdam gentibus circa pontum ferunt. Alios enim crudis, alios humanis carnibus delectari. non nullos tradere natos inuicem, ut in conuiujs comedantur. Trogoditas uero, serpentinis carnibus uesci. Diuturna quoque consuetudine plerisque contingit, ut pilorum euulsione, aut unguium esu

delectentur. Sæpe etiam, aut animi, aut corporis morbis id euenit, ut ille, qui matrem immolauit, comeditque, & qui patris, ac filiaë carnibus, ut uesceretur utrunque decoxit, qui que conserui iecur ardentè concupiuit, eoque interfecto summa cum uoluptate uorauit. Nos quoque uidimus certo corporis morbo affectos, alios quidem lapillos, alios gypsum, non nullos terram, quosdam carbones, alios calcem, ut prægnantibus sæpe accidit, dentibus auidissime terere. Tria hæc contra naturam genera uoluptatum, non humani, sed ferini immanisque esse putat ingenii, unde eiusmodi uoluptates, in eo, qui de moribus inscribitur septimus, immanes appellat. ¶ Ex his, quæ hætenus numerauimus, tria esse uidentur apud Aristotelem genera uoluptatum. prima quidem in contemplatione, altera uero in consultatione, atque actione uersatur, & utræque sane in mente, sed diuerso quodam (ut diximus) modo consistunt, tertiam deinde in sensibus posuimus, eamque in duas distribuimus species, naturalem scilicet, & contra naturam. naturalium uero alteram communem, alteram propriam nuncupamus. immanium præterea unam corrupta, flagitiosaque natura, alteram uitiosa consuetudine, tertiam morbis contingere. primam igitur, quæ ex contemplatione nascitur uoluptatem, quod deo simillima sit, quodque non, ut homines, sed ut dii sumus, nobis contingat, diuinam uocitat. eam uero, quæ actiuæ mentis est propria, honestam sane, non tamen diuinam nominat. est enim honestas non ipsa quidem diuinitas, sed perfectum quoddam diuinitatis simulacrum, atque imago. unde secunda mens, atque uoluptas à prima degenerat, quod primæ diuinitas, alteri uero diuinitatis simulacrum tribuatur. Quæ autem corpus deliniunt uoluptates, nec diuinitatis amplius, nihilque magis honestatis participes esse queunt. quippe cum honestas solius mentis decor, pulchritudo, atque ornatus existat, atqui is ornatus partiumque omnium conuenientia in mentis habitu honestas, in affectibus moderatio, in actionibus modestia, in operibus ordo. in corpore forma à plerisque platonis appellatur, habent tamen & ipsæ, quæ sensus mouent uoluptates exiguam quandam honestatis imaginem, Quæ enim ex iis mentis rationisque legibus obsequuntur, ob eamque causam moderatæ fiunt, ob hanc ipsam moderationem honesti, atque decori naturam imitari uidentur. cumque honesti appellatione haud omnino dignæ sint, boni uocabulo ab Aristotelicis appellantur. atquæ effrenatiores, minusque

## DE VOLVPTATE

minusque rationis participes sunt, eas nec diuinas, nec honestas, nec denique bonas, sed uituperatione potius dignas, ac malas esse censet. cumque non adeo modum excesserint, ut ab hominum moribus ingenioque abhorreere penitus uideantur, uitiosas quidem, humanas tamen uoluptates nominat, easque in duas distribuit partes, alias enim appetitionem duntaxat corrumpere, ut qui his afficitur, appetat profecto præter rationem, & agat, neque id tamen consulto efficiat, nec agendum extra perturbationem constitutus existimet, sed quodam deinde ardore libidinis excrecente contra id, quod recta ante mens elegerat, inclinetur, atque trahatur. eiusmodi uero incontinentis animi uoluptates esse putat, alias uero non modo appetitionem, uerum etiam mentis iudicium deprauare. ut & contra quam deceat concupiscat, & id ipsum agendum bonumque mens iudicet, consultoque eligat, pro uiribus uoluptati corporis indulgere, easque, quæ sic mentem occæcant intemperantis hominis uoluptates esse probat. Omnes tamen, quas hactenus in sensibus posuimus humanæ uidentur. At uero cum ab hominum consuetudine ingenioque alienæ uoluptates homini cuiquam, uel pessime nato, atque educato, uel morbis extra seposito dominantur, quoniam bestiarum potius, quam humani ingenii propriæ sint, seruales, atque immanes appellat. Sed hæc omnes, quas sensus nobis porrigunt uoluptates, in quinque ueluti gradus, pro numero quoque sensuum ab aristotelicis digeruntur, atque eas eundem, quem & ipsi sensus ordinem tenere censent, ut uidendi uoluptas, illa, quam aures præstant, purior, ac dignior sit. aliæque similiter aliis eodem ordine puritate dignitateque præsent.

Caput. viiii. Voluptates auditus, atque uisus, excellentiores sunt cæteris sensuum uoluptatibus, Itē de omnibus sensibus, & instrumētis eorum. St autem ratio quædam optima à Platoniorum principibus adinuenta, qua oculorum, atque aurium uoluptates, cæteris, quas corpus offert, omnibus præferūt, soni quippe, & hæc oculis cernunt figuræ, optima quadam atque aptissima partium cōiunctione conficiuntur. Id autē absque proportionem fieri nequit, nec absque ordine est ulla proportio. Ordo autem maxime rationis est proprius, quo fit ut in plerisque sonis, figurisque, quibus ille cōpositionis ordo insit, uestigiū quoddam rationis inesse uideatur, quæ quidem rationis imago in cantuum, uocumque numeris, harmonia. in partium uero membrorumque conuenientia, pulchritudo à platonice nūcupatur, quo efficitur, ut hæc

non modo auribus, atque oculis blandiantur, sed mentem quoque rationemque his ipsis, quæ in se continent rationis uestigiis moueant, cumque maximam cum mentis naturæ cognationem habeant, occupant eam penitus, rapiuntque, ac ineffabili quadam complent animû voluptate, atque iis duabus imaginibus voluptatibusque duæ quoque furoris diuini species, ut in libello de diuino furore latius disputauimus oriuntur. ¶ At uero odores, sapes, calidum, ac frigus, cæteraque eiusmodi, quæ ad olfactum, gustum, tactumque pertinent, nec harmoniam, nec proportionem, neque ordinem, multoque minus similitudinem aliquam rationis habere, aut præ se ferre uidentur. Itaque sensuum duntaxat corporisque naturam permulcent, menti uero haud nullo modo, aut uix congruunt. Proptereaque, quæ ex his proficiscuntur voluptates, nec rationis, nec dignitatis quicquã possident, nec aliquod menti (ut ita dixerim) pabulum afferunt. ¶ Accedit ad ea de quibus paulo ante peripatetici disputabant, quod sentiendi uis, quo crassior est, eo pluribus animantibus competit. Vnde non omnibus uiuendi, aut audiendi potestas à natura tributa est. Pluribus, odorandi, gustandi forte omnibus, tangendi denique, quod omnibus animalibus insit, nemo utique dubitaret. Eodem quoque modo horum sese voluptates habebunt, ut aliæ quidem aliis cõmuniores, uiliorésque iudicentur, uerum ex omnibus eas, quæ in gustu, tactuque posita sunt, cõmunissimas, atque uilissimas esse constat, quapropter eas Aristoteles ferinas, seruales, absurdas esse dicit. Plato incontinentissimas atque furiosissimas. Hippocrates autem (ut superius diximus) ex illis alteram cõmitiali morbo similem iudicauit. Nec uero illud parum ualeat, quod omnes penè, qui circa mores philosophentur, eos, qui in his duabus voluptatibus modum excesserint, incontinentes, aut intemperantes dici uolunt. At circa reliquas voluptates, quod magis admodum liberales sint, neque incontinentiam neque intemperantiam posuerunt. ¶ Hactenus tria, quibus uoluptas tribuitur, mentem uidelicet contemplatiuam, atque actiuam, sensusque retulimus, At uero post sentiendi uires, affectiones ipsæ, membræque corporis, quæ sensibus subiacent disponuntur, quæ cum nec delectationem, nec molestiam per se ipsa percipiant. Ipsa tamen motibus concitationibusque corporeis, quibus aut iocunditas, aut dolor infertur sensibus, subiiciuntur. Vnde fit, ut ipsa quoque membra uoluptatis intimæ uestigia quædam tenere uideantur. Atque hanc ipsam uiscerum, partiumque corporis agitationem, quæ intra

gaudendum

## DE VOLVPTATE

gaudendum dolendumque fit, plerique philosophorum ueterum uoluptatem, ac dolorem appellauerunt. Alii uero ipsam naturæ manifestam sensibus refectionem, uoluptatem eius autem, quod naturæ proprium est, resolutionem, imminutionemque dolorem esse censuerunt. Cæterum præter has intimas motiones externi quidam gestus, qui occultarum affectionum signa præbeant, subsequuntur, nec defuerunt, qui ea ipsa signa uoluptatis, dolorisque nomine nuncuparent. Sed huius opusculi breuitas exigere uidetur, ut Aristotelicæ disputationi finem imponamus. idque iam fiet, si hoc prius admonuerimus, ut quotiens in hac ipsa disputatione uoluptas à nobis in mente posita est, intelligatur in ea mentis parte, quæ appetit, & uult quippiam poni. mentis enim pars una cogitat, consideratque, altera meminit. tertia uult, & si aliter diuidi queat, hæc tamen ad præsens sufficient. Nec est aliud quicquam mentis uoluptas, nisi illa ipsa perfecta, gratæque assensio, qua uoluntas in eo, quod mens considerat, utpote familiari, ac sibi proprio penitus conquiescit.

**Caput decimum.** Opiniones stoicorum, aliorumque, de uoluptate, omnibusque affectibus.

**H**æc igitur ad Aristotelis sententiam satis esse debent, Ad stoicos deueniamus, Stoici igitur quorum princeps Zeno extitit, gaudium non secus, ac Plato definiunt, uoluptatis uero, ac lætitiæ nomen confundunt inuicem sæpius, atque idem utroque nomine disputando designant. Cum enim ita mouemur, ut in bono sumus aliquo, dupliciter id contingere putant. Nam cum ratione mouetur animus placide, atque constanter id gaudium dici uolunt, cum uero effulse inaniterque exultat, lætitiæ gestientem uoluptatemque nuncupant. quam ita definiunt irrationalem animi elationem existimantis magno quodam bono se frui. quanquam Cicero secundo de finibus iis nominibus ita nos latine uti uult, ut gaudium, lætitiæque sola in mente consistant, uoluptas uero cum sensibus præcipue tribuatur, ad mentem quoque transferri possit. Esse lætitiæ mentis elationem existimantis se magno bono frui, gaudium uero rationalem mentis elationem, uoluptatem esse illam, quæ sensibus percipitur, suauitatem eamque ad mentem quoque transferri posse, atque eam semper in mente esse uituperandam.

Hæc ille cum de philosophia disputat, cumque harum rerum differentiam exprimit. Reliquis uero in locis uoluptatis nomen, & pro gaudio, & pro lætitia sæpius ponit. ¶ Aristoteles autem à Cicerone, ac stoicis plurimum dissentire uidetur, cum nec gaudium neque uoluptatem aliquam lætitiã dici uelit. Nam cum in eo, qui de moribus secundus inscribitur, affectus dinumeraret, lætitiã interposuit. Adiecit deinde eos esse affectus, quos uoluptas, aut molestia sequitur. quo fit, ut uoluptas apud Aristotelem affectus esse non possit, alioquin falsum esse, quod Paulo ante dixerat necesse est. Nam cum uoluptas se ipsam sequi nequeat. qui eam affectum uocauerit, is uoluptatem omnes affectus sequi, quod posuerat Aristoteles, negare uidebitur, Præterea, cum in eodem secundo affectus animi motus appellauerit, In decimo uero uoluminis eiusdem uoluptatem nullo pacto motum uocandam esse demonstrat, quis non intelligat Aristotelem eam esse affectum penitus negauisse? Cum ergo uoluptas huius sententiã, neque motus, neque affectus sit, Lætitiã uero affectum esse uoluerit, necessaria ratione concluditur, uoluptatem atque lætitiã inter se admodum discrepare. Nec uero lætitiã apud peripateticos talis est, ut animo dum bono præsentis fruatur, adsit. esse nanque illam animi motum, nemo inter peripateticos dubitat. Et enim affectus, cum appetitus passionis quædam ab iis definiantur, passio uero eorundem opinione fluxus, motusque existat, motiones erunt. Itaque & lætitiã affectus existens, necessario motus esse uidebitur. Animus autem id iam quod cupierat consecutus, non amplius mouetur quidem, sed cessat concitatio omnis appetendi, atque in eo, quod adeptus est bono suauissime requiescit, quo circa ab appetitu dum fruatur affectus, omnes qui circa id ipsum, quod adeptus est, uersantur, amouere oportet. Ergo & ab illo cum bono aliquo fruatur, lætitiã amouebimus. ¶ Quid sit ergo lætitiã, quærat forte quispiam, si nec uoluptas, nec gaudium est, nec in appetitu dum fruatur præsentis bono consistit, & si id non satis ab Aristotelicis explicatum fuerit, in hunc tamen modum arbitror me haud quam absurde Aristotelem interpretaturum. Cum nobis quipiam, quod bonum appareat, obiectum est, id primum iudicat animus capiendum, tum appetitus ad id ipsum, quod iudicatum fuerit inclinatur, quam cupiditatem, seu libidinem dicimus.

Deinde

## DE VOLVPTATE

Deinde inquit animus ipse secum, possit ne facile quod cupiat adipisci, quam curam, sollicitudinemque uocamus, quod si minus consequi se posse comperiat, tum hæc ipsa opinio diffidentia dicitur, quam sequitur desperatio. idest cum non amplius expectat se eo, quod cupiat, facile fruiturum. Oritur hinc tristitia. idest desperantis, diffidentisque animi depressio, atque abiectio. quãquam hæc in uultu non minus, quam in animo ab iis, quibus latine loquendi cura est ponitur. Sin autem crediderit quis se id, quod cupit, facile consecuturum, hæc ipsa fides confidentia nuncupatur. Spes deinde confidentiam sequitur, idest futuri boni firma, ac facilis expectatio. Nascitur hinc lætitia erectio quædam atque elatio animi sperantis se absque ulla dubitatione, quod petierit, possessurum. Et enim certa confidentia, spesque firmissima, & ipsius, quod speramus uehemens consideratio id ipsum, quod petimus ita animo representat, ut non multum absit, quin id omnino præsens esse uideatur. Quo efficitur, ut quiddam uoluptati simillimum, ex hac ipsa spe, & cogitatione nascatur, eamque ipse lætitiã Aristotelem uocauisse arbitror imaginem quandam futuræ uoluptatis, ac speciem. quam Lucretius epicureus guttam ueneris appellauit, quod sit exigua quædam, ac leuis amatae rei perceptio. uoluptas uero perfecta absolutaque rei desiderata (ut Platonice loquar) fruitio. Quapropter, & idem ipse Lucretius in quarto de natura rerum libro cum de hac prima gutta ueneris loqueretur, ait

Nanque uoluptatem præfagit muta cupido.

Hinc uenus est nobis, hinc autem est nomen amoris

Hinc illa te primum ueneris dulcedinis in cor

Stillauit gutta, & successit feruida cura.

Id est cum ipsa cupido, quam amorem uenereum nominamus, muta idest, ad huc latens, atque intimo motu, se cum ipsa (ut ita dicam) considerans ob ipsam spem, ac confidentiam præsentit, ac uelut prægustat futuram uoluptatem, In ea statim prima illa gutta ueneris oritur, quam lætitiã nominamus. Sit igitur apud peripateticos lætitia suauis quædam futuræ uoluptatis ex ipsa spe nata præsensio, & qualis est in appetitu uoluptas, dum fruitur, talis in eodem quoque dum sperat, lætitia. Atque hæc est de huiusmodi nominibus, lætitia, gaudio, uoluptate inter Platonẽ, Aristotelẽ, Zenonẽ, & Marcum Tullium uersa. ¶ Sed utantur suis, ut placet, nominibus. nos ad stoicos redeamus.



Est autem perturbatio (ut stoicis placet) auersa à recta ratione contra naturam animi cōmotio, eamque ab opinione nasci putant. Nā simul ut obiecta cuiuspiam species est, Id aut malum pestiferumque, aut bonum animus opinatur. Ex hac autem opinione quatuor animi perturbationes proficiscuntur. Nam quæ nobis obiiciuntur, seu mala illa quidem, seu bona sint, aut futura, aut præsentia esse uidetur. Quod si mala quædam futura animus cogitauerit, ab his statim declinare conatur. Quæ declinatio si cum ratione fiat, cautio appellatur, eaque nec perturbatio est, nec à sapientis animo aliena. Quæ autem sine ratione, & cum exanimatione humili atque fracta, nominatur metus. Est autem metus à ratione auersa declinatio, siue futuri mali sollicita expectatio. Cum uero iam illud, quod malum uidetur, impendet, præsentiæque animum afficit, ea perturbatio, quam siue ægritudinem, seu dolorem nominant, oritur. ægritudo uero est animi aduersante ratione contractio, præsentis autem mali sapientis affectio nulla est. At cum species cuiuspiam, quod futurum bonum appareat, offertur ad id adipiscendum, impellit (ut stoice loquar) ipsa opinio. Id cum constanter, prudentérque fit, eiusmodi appetitionem appellamus uoluntatem, eam illi putant in solo esse sapiente, nec ullo modo perturbationem dici debere. quam sic definiunt, uoluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. quæ uero ratione aduersa incitata est, uehementius ea libido est, uel cupiditas effrenata, quæ in omnibus stultis inuenitur. At cum ita mouemur, ut bono fruamur aliquo duobus id modis contingit. nam aut grauius & tranquille mouetur animus, idque gaudium uocitant. Cum autem leuiter effusèque gestit, tum illud lætitiæ gestientem, uoluptatèmq; nominant, quam cum definierint irrationalem, & gestientem animi elationem existimantis se magno bono frui, Cum illis peripateticis, quorum opinionem superius, cum de aristotele loqueremur, secundo loco retulimus consenserunt, utrique enim in hoc congruunt, ut uoluptas sit ipsa animi elatio existimantis se maximum quiddam bonum consecutum.

¶ Diuidunt autem stoici uoluptatem in partes plures. nam quinque in sensibus, quatuor in mente, dum sensibus assentitur esse censuerunt. quæ sensus mouent nec distincta nomina, neque propria apud stoicos habent præter eam, quæ auditu percipitur, hanc siquidem delectationem illi uocant, atque ita definiunt. Delectatio est uoluptas suauitate auditus animum deliniens, reliquæ uero cæteris sensibus blandiuntur,

uerum

## DE VOLVPTATE

uerum præter eas, quibus corpus afficitur, quatuor ad inuentæ sunt, quæ in mente quoque, postquã ab appetitione deprauata est comperiuntur. Hæ uero sunt oblectatio, effusio, iactatio, maliuolentia. Est autem oblectatio animi inclinatio ad uoluptatem emolliens. Neque hanc quicquã aliud esse arbitror, nisi ipsam mentis mollitiem, atque assensionem, qua illi, quam sensus porrigunt suauitati libentissime iungitur, consentit, patet, atque obsequitur. effusionem uero definiunt uirtutis animi remissionem, ac dissolutionem. Nec enim solum mens ipsa mollitie quadam, ut sensuum uoluptatibus pareat, inclinatur, & trahitur, quod per oblectationem fieri diximus. Verum etiam quod maius est, omnis mentis nostræ uis, omnisque intentio præsentis boni dulcedine deliquescit, ac diffluit. seseque ad id fruendum effert, penitusque diffundit. Hanc igitur stoici nominant (ut arbitror) effusionem. Sequitur deinde iactatio, uoluptas gestiens, & se efferens insolentius. Hic quoque mentis est morbus, cum ei, quod bonum apparet, possessione exultat, & inaniter gloriatur. Maliuolentia uero est uoluptas ex malo alteri sine emolumento suo. Nam cum ob utilitatem propriam alterius malo quis afficitur uoluptate, uideatur potius beniuolentia in se, quam ulla in alios maliuolentia hoc perpeti. Quapropter merito particula in, definiendo illa adiuncta est sine emolumento suo.

### Caput. xi. Cyrenaici de uoluptate, quod sit finis.

**H**æc igitur de stoicorum sententia dicta sufficiant. Cyrenaicos iam philosophos audiamus, qui ab Aristippo Socratis discipulo fluxerunt. Cyrenaici duas posuerunt perturbationes. dolorem, & uoluptatem. hanc lenem motum, illam uero motum asperum appellantes. nihil differre à uoluptate uoluptatem, neque plus altera mulcere alteram. atque hanc quidem omnes animantes adsciscere, illum autem aspernari. uoluptatem uero corporis intelligunt, quam & finem esse dicunt, non eam, quæ in statu sit, & in doloris priuatione consistit, & ueluti à perturbatione quietem agit, quam suscepit Epicurus, finemque constituit. testimonio putant esse nobis finem haberi uoluptatem quod à pueris hanc nobis natura conciliauerit, etiam absque iudicio rationis, cum animi iudicium, nec consuetudine aliqua deprauatum est, nec opinione informatum, quo fit ut solo naturæ instinctu uoluptatem summum bonum existimare uideamur. Cumque illa fruimur, nihil aliud præter eam inquirimus, quasi expeten-

dorum omnium, ultimum extremum, summum, ac finis existat, neque est quicquam, quod æque ac dolorem naturaliter fugiamus, itaque uoluptatem maxime omnium expetimus. uoluptatem præterea bonam eē etiam si à turpissimis rebus proueniat. & si. n. fæda sit, uoluptatē tamen per se ipsam esse eligendam, bonūmq; existimandam, porro illa doloris abiectio, quam tuetur epicurus eis non uidetur uoluptas esse, neque priuatio uoluptatis dolor, utraq; enim esse in metu constituta, neque tamen corporis solum esse uoluptates, uerum animi etiam, quæ. s. ex præteritarum rerum recordatione, uel spe futurorum bonorum, uel disciplinarum studiis percipiuntur. Longe tamen esse præstantiores corporis, q̄ animi uoluptates. Deterioresque corporis dolores, q̄ animi uirtutes uero & omnino quicquid aliud præter uoluptatem sit eius gratia bonum, & expetendum esse. Et quæcūque mala uidentur doloris causa mala, fugiendaque uideri. Solam profecto uoluptatem propter se bonam, atque expetendam, dolorem uero propter se malum, ac reiiciendum. uoluptatem quoque & dolorem ex assensione, & compassione animi ad corpus contingere. Corpus nāq; uariis diuersisque motibus agitari. his uero si lenes, blandiq; sint, assentiri animum atq; id esse uoluptatem. Sin autem asperiori quadam corp⁹ passione pulsetur, contrahi animum, & compati, atque dolere, Quamobrem in hac doloris uoluptatisq; definitione, cum plerisque platoniorum, peripateticorumq; consentiunt Dissentiunt tamen cæteris non nullis in rebus, ut ex iis, quæ retulimus esse potest perspicuum, & eo insuper, quod nec suaue quicq̄, nam nec in suaue opinabantur. cæterum cuius uis rei, uel nouitate, uel uarietate, uel fatietate letari alios, alios angere,

Caput. xii. Opinio eudoxi q̄ uoluptas sit summum bonum.

Adem ferme est Eudoxi Architæ auditoris sententia. iis enim  
 e quas ponam rationib⁹ uoluptatem summū bonum probat. quod expetendum est inquit id bonum uidetur, Quod uero magis expetitur melius, Quod deniq; maxime id maximū, ac summū esse bonum, nemo utiq; dubitaret. Voluptatem uero præcæteris expeti, e duobus patere arbitratur. Nam nihil est ex omnibus, quod uehementius, ardentiusq; q̄ uoluptatem uiuentia concupiscant, Nec bonum est aliquod præter eam, quod ab omnibus expetatur. Voluptatem quippe non solum homines, uerum cætera quoq; animalia omnia, infātes præterea statim, ut nati sunt. Iuuenes deinde, ac senes affectant. Nihil autem e cæteris

## DE VOLVPTATE

è cæteris bonis, quod ab iis omnibus appetatur reperiri pōt. Item q̄ est secundum naturam maxime, summum id esse bonum nemo uel indoctus negaret. uoluptatem uero potissimum naturæ congruere, ex his patebit, quod hac gignantur animantes, ipsique adeo generationi necessaria sit, ut plerique ueterum philosophorum plantas quoq; inuicem utriusque sexus commistione coire, ac per uoluptatem gignere, surculosque emittere disputauerint, quodque eam uiuentia uix in lucem edita euestigio concupiscant ante, quam, aut aliud quicquam appetant, aut consilio aliquo id, quod quærunt eligere ualeant, uoluptatis præterea illecebris ab ipso nutricis lacte, per omnem uitam nutrimur, educamur, atque augemur, huiusdelitiis erudimur, huius in gremio uitam agimus, hæc cunctis sensibus innata est, ac uelut esca omnia uitæ necessaria perficiuntur officia, neque enim, aut quæ pestifera sunt expellimus, aut quæ utilia sine uoluptate consequimur. quapropter maxime naturæ congruere, ac generi nostro familiarissima (ut Aristoteles inquit) esse uidetur. ¶ Præterea bonum, quo latius est, eo diuinius est existimandum, cumque uoluptas omnibus animantibus competat, cunctisque bonis immista sit. quis eam dubitet latissime patere, & ubique diffundi, nec ulla sane uirtus est, quæ cæteris omnibus uirtutibus insit, aut cunctis animalibus natura conueniat. uoluptas autem omnibus uirtutibus immista est, nec ulla omnino uirtutum absque uoluptate inueniri potest. Ipsa uero uoluptas absque uirtute in pluribus reperitur, nec esse potest ulla boni sine uoluptate possessio, ex quibus concluditur eam cunctis bonis infusam, proptereaque amplissimam, optimamque existere. ¶ Insuper nihil est præter uoluptatem, quod non ob aliud quiddam expectamus. Immo quod maius uidetur obeam ipsam reliqua omnia concupiscimus, nec enim aliam ob causam ullam, quod bonum est affectamus, nisi ut eo tandem, si fieri ullo modo potest, acquisito fruamur, fruitionis ergo (ut ita loquar) gratia bona omnia perquiruntur, uoluptas autem, cum nihil aliud sit, nisi suauissima quædam acquisiti iam boni fruitio, quis neget, eius gratia bona reliqua desiderari, nec ullus est, qui boni quippiam appetat, nisi, ut id ipsum pro uiribus consequatur, nec consequi uult, nisi ut possideat, atque in eo suauissime requiescat, suauis autem illa quies, siue quietis illa suauitas, qua bonum iam nacti perfruimur. uoluptas ab omnibus penè philosophantibus nominata est, eiusque gratia ut probauimus,

&

bona omnia desiderantur, nec ulli uoluptas unquam potest contingere, nisi prius, quod cupierit, bonum consecutus sit, quo fit, ut uoluptas bonorum adeptionem sequatur. cumque id, quod aliud necessario sequitur, eius quoque finis existat, necesse est uoluptatem eum profecto finem, cuius gratia bona omnia petamus, existere. duo sunt igitur in Aristippi, eudoxique disputatione præcipua, quod uidelicet uoluptas corporis potior sit, quam animi. quodque in ipsa corporis suauis commotione omnis beatitudo consistat.

Caput. xiii. Rationes Aristotelis contra Aristippum, & Eudoxum de uoluptate probant uoluptatem mentis potiorē esse corporis uoluptate.

**T** Aristoteles aduersus utramque sententiam rationes uerissimas probatissimasque contexit. In primisque pluribus rationibus potiorē esse animi, quam corporis uoluptatem demonstrat. Ex omnibus enim corporis uoluptatibus uehementissimæ sunt, quæ tangendo, ac gustando percipiuntur. harum uero ea natura est, ut absque indigentia, aut nullo modo, aut certe uix corpus mouere possint. unde Socrates cibi condimentum famem esse dicebat, potationis, sitim. omnis autē indigentia, cum naturæ inimica sit, dolorem affert, cumque eiusmodi uoluptates sine indigentia fieri nequeant, necesse est doloris semper participes esse. proptereaque nec integras, neque puras haberi, præsertim cum poenitentiam, facietatem, morbosque pariant. animi uero uoluptas nullam penitus egestatem mistam habet, ob eamque causam nec doloris est particeps, nec ulla facietate, aut molestia mentem afficit. Quid: quod sensuum delectationes, quo magis, atque auidius hauriuntur, eo citius in contrarium recidunt. mentis uero gaudium, quo magis queritur, eo maius perfectiusque habetur.

Præterea uoluptatis causæ, ac uelut principia, duo sunt, ipsa uidelicet animæ uis, quæ motum eiusmodi recipit, idque in super, quod extrinsecus nobis obicitur, illud quidem uoluptatis subiectum, hoc obiectum nominant. suauitatis corporeæ subiectum est sensus, obiectum uero, corporis qualitas, atque natura, quam sensibus haustæ species offerunt. eius autem, quo animus fruitur, gaudii subiectum quidem mens, obiectum, res incorporea, simplex, absoluta, æterna, ueritasque existit. quo igitur huius, quam superioris illius uoluptatis principia diuiniora sunt, eo hæc est, quam illa, perfectior. Et (ut disputat auicenna) sensus rerum, seu superficies, siue proprietates quasdam extrinsecus attingunt, nec rebus

## DE VOLVPTATE

nec rebus ipsis, sed earum potius imaginibus copulantur. mens autem intimam atque absolutam naturam eius, quod obiectum est, inspicit, atque ita cum eo, quod considerat copulatur, ut uel è duobus unum (ut uult Auerrois) fiat, uel (ut Aurelius Augustinus iquit) indissolubili conuersione cohaereant, qua comprehensione, coniunctioneque maior admodum menti, quam sensibus, qui id assequi nequeunt, uoluptas contingit. ¶ His adde, quod mentis natura una semper, eademque existit, & iccirco idem sibi semper simile, ac proprium est. ex quo sequitur, huic idem semper esse iocundum, eandemque uoluptatem adesse. Corporis autem natura, aut nunquam eodem in statu permanet (ut Heraclitus, & Plato uolunt) aut breui in multas affectiones transfertur (ut Aristoteles putat) aliasque alia eius qualitas est, quapropter neque idem omni tempore corpori congruit. quodque nunc secum natura consentire uideatur, statim, aut certe paulo post dissentit, & dissidet, nec illi ob id idem semper est uoluptarium. quibus profecto intelligitur, mentis uoluptatem certam, & stabilem. corporis uero breuem, fluxam, ac fragile esse. ¶ Sensus item praesentium duntaxat suauitate rerum mouentur, nec ex aliis rebus ullis, nisi corporeis, uoluptatem suscipiunt. mens autem praeteritorum memoria, futurorum uero spe, praesentium contemplatione similiter delectatur, nec solum eorum, quae carent corpore, uerum etiam ipsorum corporum cognitione gaudere potest. ¶ Cumque animus, pars hominis omnium praestantissima sit, nemini dubium esse potest, quin id, quod menti consentaneum est, homini cognatius similiusque, quam quod sensibus conuenit, iudicari debeat. quod autem cuique cognatissimum est, idem proculdubio iocundissimum, ex quo intelligitur, animi gaudium corporis dulcedine, maius ac praestantius esse. ¶ Accedit ad haec, quod animus indiuiduus est, ac simplex. cognitio quoque ueritatis pariter indiuidua. uoluptas ergo mentis, cum ex iis duobus uelut quibusdam causis profluat, simplex esse uidebitur, nec se ipsa minor maior ue fieri posse, quippe cum nec eius principia uarietatem eiusmodi patiantur. sensus autem per membra disseminati, distributi que sunt. propterea que multiplici uarietate concreti, obiecta quoque sensuum nihil aliud esse uidentur praeter formas quasdam, qualitatesque corporum, quae ex quadam partium ipsarum conuenientia perficiuntur, ut figurae, colores, soni, odores, caeteraque eiusmodi. cuique ea ipsa corporum proportio, qua sensus mouentur, proportioni quoque sensuum consona, ac similis est. asciscunt eam sensus utpote sibi propriae, familiaris que, ac bonae, uoluptatisque

afficiuntur. cū uero eiusmōi corporū harmonia magis minūsq; ad sensuū harmoniæ similitudinē accedere possit, cōsequens est, ut sensus eiusdē quoq; corporis pportione maiorē alias, aliasq; minorē suscipiat uoluptatē. id autē in cantibus, ac sonis intueri licet, eodē nāq; tēporis (ut ita dixerim) momento, eadē ipsa, q̄ ex eodē quoq; cantu p̄cipitur delectatio uocibus, mō suauius, mō absurdus editis uehemētior, remissiorq; efficit. cū igit̄ uoluptas animi simplex, imutabilisq; p̄maneat, corporis autē delectatio mista sit, ac maior, minorq; fiat, nemo sanæ mentis illā hac præstantiorē esse, p̄fectiorēmq; negabit. ¶ Postrema uero ad id ipsū Aristotelis argumētatio sic patet, quæ p̄ se ipsa expetunt̄ (inquit) iis, quæ alterius gratia, potiora uident̄. gaudiū uero mentis, p̄ se ipsum amari, ex eo potissime declaratur, q̄ mens, eiusq; motio cæteris omnibus, q̄ nobis insunt, dignitate magnope præstāt. unde seq̄t̄, nihil nobis ī esse, ad quod illa, uelut ad finē aliquē referamus, eadēmq; ratione, neq; eā, q̄ illis inhaeret, uoluptatē p̄ aliud quippiā appetemus. ¶ Voluptatē uero corporis triū præcipue rerum causa concupiscimus. hōrū sane unū est, mens. naturæ indigentia reliquū. postremū dolor intimus, atq; p̄petuus. Et. n cū deteriora ad illa, q̄ potiora sunt, natura retulerit, ut esset inexplicabilis quidā ordo rerum, ac partium inter sese p̄fecta connexio, necesse est, corporis quoq; sēsus, eorūque mot⁹ ad mentē uelut ad dominā, regināmq; referri. ¶ Deīde (ut supra etiā diximus) ob eā causā tam uehemētē sensibus natura uoluptatē ingenuit, ut huius illecebris ad ea, quæ uitæ necessaria sunt cōparanda, p̄pensiores efficeremur. id autē ex eo maxie patet, q̄ q̄ diu id, quo natura indiget, in corpus admittimus, huiusmodi suauitate mouemur. postq̄ uero omnis naturæ egestas expleta est, nō mō nullā amplius uoluptatē gustamus, sed q̄ maius est, aut p̄nitētia, aut fatietate afficimur. Id uero ea de causa natura institutū arbitror, ut quē admodū uoluptate allicimur ad īdigentia depellendā, sic p̄nitētia ac fatietate absterreamur, nec ultra quam opus sit, admittentes naturam lædamus. ¶ Doloris quoque occulti leniendi causa (ut septimo de moribus disputat Aristoteles) iocundum corporis motum, ueluti medicinam quandam appetimus. Neque enim manifesti modo, uerum etiam occulti quidam, mediique dolores contingunt. uiolenti quippe motus, qui extrinsecus inferuntur, manifestum dolorem efficiunt. Naturales autem, quæ intus fiunt agitationes, tacitum, atque medium. Inesse quidem nobis perpetuos arbitratur naturæ spiritus, sensuum mentisq; motus. Nam & continet anima corpus, alitque, & gignit  
a mēbris

## DE VOLVPTATE

à membris præterea corporis ipsius ad membra humorem spiritum  
que alterno, ac perpetuo motu transfundit. utitur deinde ad sentien-  
dum corporis instrumentis, sensibus quoque ad contemplandum.  
Rationabile uero esse uidetur, hos tantos, tam uarios, tamque perpe-  
tuos motus naturam defatigare, atque occulto quodam (ut ita dixe-  
rim) dolore afficere, quem iccirco minus aduertimus, quod hunc  
à primo ortu dolorem ad extremum usque diem perpetimur. Igitur  
diuturna consuetudo sensibus eum quodam modo familiarem effi-  
cit, ac mentis intentionem dissoluit. Cæterum ab ipsa rerum artifice,  
ac magistra natura institutum est, ut quod diuturna illa consuetudo  
deleuit, ne ob eam negligentiam animal deperiret necessario quo-  
dam, cæcòque instinctu excitetur, quo quasi coguntur omnia, ut uo-  
luptatem corporis intimo huic dolori oppositam ueluti medicinam  
concupiant. Quapropter, & illi quoque, quibus nulla penitus ma-  
nifesta egestas accidit, ob hanc tamen insitam cæcàmque indigenti-  
am uoluptatem affectant. quo fit ut uerissimum sit illud Platonis,  
de quo superius disputauimus, omnem scilicet uoluptatem ab ege-  
statis expletione proficisci. Nam quibus nulla aperta egestas appa-  
ret, his intima, & occulta, quandiu uiuunt deesse nunquam potest.  
Eaque ipsa de qua differimus insita indigentia iuuenibus potif-  
simum melancholicisque contingit. illis profecto quoniam ob au-  
gendi, perficiendique corporis necessitatem plurimis uehementibus  
que motibus concitantur. quibus accidit, ut maiori egeant medici-  
na, maximèque omnium hac de causa uoluptates sequantur. Qui-  
bus uero atra bilis, quam græci *μελαγχολία* dicunt dominatur. cor-  
pus (ut inquit ille) iugiter consumitur, atque ob eius humoris uehe-  
mentem siccitatem arroditur. Proptereaque, & ii magnopere uolu-  
ptatibus obsequuntur. quapropter iuuenes, ac melancholici maxime  
omnium incontinentes, atque intemperantes esse solent. ¶ Medi-  
us uero dolor fames, atque sitis, & quæ uis alia corporis concupiscen-  
tia dici potest. neque enim latens hic penitus dolor est. neque aper-  
to, aut uehementiori motu corpus excruciat. unde medius non imme-  
rito nominatur, cuius quoque pellendi gratia, ut nemo non uidet,  
uoluptates expetimus.

Caput. xiiii. Rationes Aristotelicæ contra eosdem, quod uoluptas  
corporis non sit summum bonum.



I Ongo iam ordine declarauimus Aristotelis sententiam iudicantis uoluptatem animi, corporis suauitate præstare. Restat nunc alia aduersus Eudoxum, Cirenaicosque Aristotelis disputatio, qua corporis uoluptatem summum nullo pacto esse bonum demonstrat. ¶ Summum profecto bonum philosophorum omnium auctoritate eiusmodi esse debet, ut nec præter ipsum melius quipiam sit, nec ipsum ullo modo ad aliud referatur, uoluptas autem corporis, mentis gaudio (ut paulo ante monstrauius) admodum deterior est, eiusque gratia, cæterorumque (de quibus diximus) desideratur. Insuper quod per se summumque bonum est, semper atque omnibus bonum expetendumque uideri debet. omnibusque eius ex partibus approbandum. neque tamen omnis corporis delectatio, neque semper, neque à cunctis expetitur. Nam quod uni uoluptatem, molestiam alteri sæpenumero præstare solet, quæque pueris grata, uiris molesta uidentur, quodque sobrii dum sumus concupimus, postmodum saturi effecti eius etiam aspectu nauseamus. ¶ Ad id quoque facit, quod ea summi boni natura est, ut quicquid agimus, id eius gratia, quasi necessitate compulsi penitus eligamus. Hunc autem plurima laboriosissima negocia sunt, periculorumque officia quædam plenissima. quæ & si certo sciamus nullam nobis uoluptatem corporis allatura, honoris tamen, aut honestatis, aut mentis gaudii gratia, suscipere non dubitamus. quin & ad mortem fortissimi, ac sapientissimi plurimi uiri certam se se pro honesto, pro patria, pro parentibus contulerunt, quos si quis dixerit ea suauitate corporis irretitos, aut libidine inflammatos effecisse, aut horum iudicio uulgi, ac bestiarum opinionem, impetumque prætulit, Is profecto stultissimus est omnium iudicandus. ¶ Potest præterea qui uis frui corporis uoluptatibus uel abiectus quisque non minus quam optimus. At felicitatem nemo diceret abiecto competere. Nec rationabile est uilissimos, ac semiuiuos homunculos æque, ac magnos sapientesque uiros beatos asserere. ¶ Item cuiusque naturæ summum illi proprium esse debet, uoluptas uero corporis, cum uix quoque uiuentibus bestiolis communis sit, nullo pacto summum hominis bonum iudicari debet. ¶ An uero summum bonum tu dixeris id, quod ne bonum quidem esse uideatur. quæ uero turpis, quæ pessima, quæ pestifera sit inanis hæc sensum elatio à Platone nostro supius satis arbitror persuasum. ¶ Quo autem Eudoxus, atque Aristippus potissimum nitebantur, quod uidelicet uoluptas

## DE VOLVPTATE

luptas corporis ab omnibus expetatur. id Aristotelicis parum ad id, quod probare contendunt, ualere uidetur. esse nanque putat uarias diuersorum corporum affectiones. propterea quæ his natura cognata sint, atque ob eam ipsam cognationem, uoluptatem pariant, inter se plurimum discrepare. ex quo intelligitur uarias ad modum differentesque diuersis animantibus uoluptates contingere. quod si omnes corporis uoluptates percurreris, nullam tandem, quæ ab omnibus summo perecupiatur inuenies. mentem uero, aut in omnibus unam, aut prorsus simillimam esse constat. Ideoque quod mentis proprium est, id omnium mente utentium proprium cognatumque uidetur. Mentis autem proprium est ueritatis indagatio, atque cognitio. Id igitur cunctis hominibus consentaneum, ob idque desiderandum esse patet. Quapropter omnes (ut Aristoteles inquit) homines scientiam natura desiderant. quod autem appetitur, si absit, molestiam, si uero præsens fuerit, uoluptatem gignere solet. cunctis ergo hominibus unum natura cognatum, unum omnibus expetendum, unum denique iocundissimum. atqui id totum in ueri contemplatione consistit. quod mentis (ut Plato inquit) est pabulum, atque ineffabili quadam complet animum uoluptate. uoluptates igitur corporis, aliæ quidem ab aliis appetuntur. mentis uero gaudium, unum, atque idem à cunctis amatur.

Caput. xv. Cur homines ad uoluptatem corporis sint procliues.

**T** quærat forte quispiam, cur homines propemodum innumeri sint ad uoluptates corporis proniores. huius profecto causam Aristoteles arbitratur, quod sensuum illa suauitas eius, quo mens alitur gaudii umbra quædam, atque imago sit. Igitur a primis annis cum sensibus duntaxat utimur. qui nec ueritatis naturam, nec eius gaudium assequi possunt. eius uoluptatis, ad quam naturæ prima intentio fertur loco, illam, quæ sensibus blanditur, hac decepti similitudine sequimur, auidèque complectimur. Cum uero ætas iam adoleuerit, ac uelut expergefactis animi oculis, ueritatem suspicari, eiusque gaudium degustare ceperimus, tum quoque plurimi ante actæ uitæ cursû ad senectutem usque persecuntur. diu namque sensibus credere, eorumque motibus obsequi consueuere, eaque ipsa consuetudo radices altius iam, profundiusque egit, ut impossibile, aut certe difficillimum sit, eas iam solidas, atque altissimas extirpare. quibus perspicuum est, duo esse præcipua,

ignorantiam uidelicet, ac flagitiosam consuetudinem, quæ nos extra beatitudinis callé in miseriæ siluis uersari cogant, quod Cicero in tertio Tusculanarum disputationum elegantissime describit his uerbis. Natura inquit paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque deprauatis sic restringimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata uirtutum, quæ si adulescere liceret, ipsa nos ad beatam uitam natura perduceret. Nunc autem simul, atque in lucem editi, & suscepti sumus, in omni continuo prauitate summæque opinionum peruersitate uersamur, ut cum ipsius nutricis lacte errorem suxisse uideamur. Cum uero parentibus redditi, id est magistris traditi sumus, tum ita uariis imbuimur erroribus, ut uanitati, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat, hæc Cicero. ¶ **U**t autem ad propositum redeamus, uoluptas pro hominum diuersitate uaria, & incerta est, mentis uero unicum ab omnibus gaudium natura expetitur, Cumque duo hæc contemplatio scilicet ueritatis, eiusque uoluptas in mente consistant, atque ex his summi boni natura constare uideatur, utrum sit horum ad beatitudinem potius, præstantiusque, philosophi ueteres dubitauerunt. Trismegistus enim, & Theodorus Dionysii dialectici discipulus, Democritus, Piro, Eurilochus, Philotimon, Phliasius, Nausiphanes, Theius, Epicurus, Origenes, Auicenna, Algazel in beatitudinis natura gaudium, quod contemplationis comes est, præcipuum iudicare uidentur. Thales autem, Bias, Anaxagoras, Socrates, Euclides Megarensis, Aristoteles, Herillus Calcedonius, Aueris contemplationem ipsam præponere, atque hæc quidem disceptatio, & controuersia usque in nostram uiguit ætatem. & inter christianos quoque theologos agitatur. Sed de hoc alias. Nunc uero admonuisse sufficiet, quemadmodum Aristoteles in duobus potissimum (ut supra declarauimus) ab Eudoxo, & Aristippo dissentiat.

**Caput. xvi, Quid de uoluptate sceptici senserint, quid Dionysius, quid Theodorus.**

Iro quoque eliensis, atque omnes, qui ab eo fluxerunt philosophi sceptici nominati, hoc, uno cum Aristippo cyrenaicorum principe consenserunt, quod nihil ex omnibus rebus natura iocundum, aut asperum esse queat, uoluptatemque, ac dolorem, aut ab hominum, opinione, aut usu fieri, aut certa nostrorum corporum affectione. nam quod modo iocundum appareat, cras contra mo-

lestum

## DE VOLVPTATE

lestum futurum, quodque alteri asperum, alteri aliter affecto suauissimum. quod uero eiusmodi uarietatem recipit, negat suapte natura quale uideatur existere. uerum pro diuersitate hominum, quæ sensibus admouentur, uaria quoque uideri putant. Dionysius autem Heracleotes, non modo id unum, sed cuncta cyrenaicorum instituta defendit, finemque bonorum dicit esse uoluptatem. cum enim in dolorem oculorum incurrisset, noluit dolorem indifferentem dicere, cum illo fuisset acriter cruciatus. cumque Zenonem stoicum audiuisset. post se ad cyrenaicos cõtulit. Theodor<sup>9</sup> uero Dionysii dialectici discipulus, & ab hoc, & à cyrenaicis plurimum discrepat. nam uoluptatis nomine solum utitur ad eam, qua tanguntur sensus suauitatem significandam, nec modo non summum bonum, sed ne bonum quidem eiusmodi uoluptatem esse putat. summum quippe bonum mētis gaudium, eiusdemque ægritudinem summum malum. alterum quidem prudentia constare, alterum imprudentia. atqui bona, quibus beatitudinem comparamus, esse prudentiam, ac iustitiam. mala uero contrarios habitus, uoluptatem autem, & dolorem, ut stoici quoque putant, indifferentia.

Caput. xvii. Quid Epicurei de rerum primordiis, De uoluptate, & affectibus, atque moribus.

**T** uero Epicurei uoluptatis nomen ueluti genus quoddam constituunt, cuius species duæ sunt. alteram porro uoluptatem in motu, alteram in statu consistere arbitrantur. quæ uero in motu posita est, bifariam diuidunt. unam quippe in mēte esse, in sensibus alteram. illud gaudium ut plurimum nominant, hanc uero lætitiā. gaudium definiunt suauem mentis cõmotionem, eo, quod petierat, perfruētis. lætitiā uero iocundum motum, quo sensus hiant, ac diffluunt. Quemadmodum uero hæc ipsa, quæ ponitur in motu iocunditas oriatur, sic docent. Rerum aiunt, quæ sunt omnium primordia corpuscula quædam minima, ac penitus indiuidua, quas ob eam causam, quod insecabiles sint ἀτόμους nuncupant, easque magnitudine inter se, ac figura differre, ut hæc quidē semina maiora sint, alia minutiora, hæc rotunda, leuiāque, illa curua, & hamata, & aspera. hæc omnia immensum per inane perpetuis motibus uolitare, contingere sese, ac fortuitis concursionibus cohærétia, quæcūque in rerum natura sunt constituere, horū concreatione tria præcipua reꝝ genera fieri putāt. Quædam his atomis, quæ rotundæ, minutæ, leuēsque sint, effici, alia maiori

bus asperioribusque. Nonnulla uero inter hæc duo medium obtinere, nec leuia esse, nec penitus aspera corpus quoque nostrum, & animam iisdem seminibus concreta esse uolunt, hoc interesse tamen, quod corpus amplioribus crassioribusque, hæc autem à minutis leuibus, rotundisq; conflatur. inesse præterea inane cunctis mistum corporibus, atque naturis, quos meatus porosque nominant, quibus efficitur, ut corpora sese mutuo capere, ac ueluti combibere possint. Cum igitur prima illa seminum genera nobis obiecta sunt, quia (ut diximus) minima existunt, sine ulla offensione corpus, atque animam undique penetrant. quia uero rotunda, & leuia, atque iccirco animæ naturæ cognata, mulcent continuo illam, ac sese blandiuntur, cuius generis mitia poma, mellisque, atque lactis liquores, cantus, odoresque suauissimos, cæteraque eiusmodi esse putant. Qua propter ea, quibus anima cõtexta est semina, cū lenibus hisce blandisque corpusculis attinguntur. assentiuntur illa quidem dulci huic commotioni, seseque in ea, quæ sensibus, ac meatibus hausta sunt corpuscula, maxima quadam auuiditate diffundunt, iocunde adherent, firmiter copulantur, suauissime complectuntur. eamque ipsam assensionem, effusionem, coniunctionem, complexionemq; uoluptatem in motu positam arbitrantur. cõtra uero accidit, cum tertium illud corporum genus, quod asperis ponderosisque seminibus constructum est, sensibus admouetur. quod enim grandia sunt, quibus constant elementa, difficile corporis, atque animæ foraminibus intruduntur & ui quadam animæ corpuscula pulsant, perrumpuntque, ac distrahunt. quod uero aspera sunt, & hamata mordent quodammodo animam acriter, corpusque compungunt. talia quidem esse censent absinthium, fel, colores, sonos, odoresque molestos. cætera denique omnia, quæ asperitate aliqua, & amaritudine sensus contingunt, horum quippe seminibus animæ primordia concita distrahuntur, horrent, diffugiunt, ac sese celeriter contrahunt. eiusmodi dispersionem, contractionemque dolorem secundum motum definiunt. Hæc Lucretius epicureus nobilis in secundo de rerum natura, his uersibus exprimit.

Vt facile agnoscas de leuibus atque rotundis

Esse ea, quæ sensus iocundæ tangere possunt.

At contra quæ hamata atque aspera, cūmq; uidentur.

Hæc magis hamatis inter se nexa teneri,

Propterea que solere uias rescindere nostris

Sensibus introituque suo perrumpere corpus.

Item

## DE VOLVPTATE

Item eodem in libro hæc.

Præterea quoniam dolor est ubi materiali

Corpora ui quadam per uiscera uiua, per artus.

Sollicitata suis trepidant in sedibus intus.

Inque locum quando remigrant fit blanda uoluptas.

At uero illa, quæ mediis quibusdam elemētis coagumenta sunt, in plura genera partiūtur. Nam alia quidem ad lenia blandaque corpora propinque accedunt. alia ad illa potius, quæ sensibus aspera. quædam uero ab utrisque æqua ferme differētia distāt. Prima quidem tacito quodam motu animam ad uoluptatem alliciunt, altera ad tristitiam, doloremque sensim, ac latenter incitare uidentur. Illa uero, quæ dicuntur in differētia, motum ambiguum dubiūmque efficiunt. Quapropter horum impulsu pigrescit animus, ac torpet, nec ad agēdum nisi nouo aliquo accedente motu excitatur. Neque uero silētio prætereundū puro, quod inter ea, quæ penitus leuia, rotundaque sūt, & ea insuper, quæ adunca omnino, & aspera, medium quoddam genus corporum interponitur. Idque his constat atomis, quæ nec rotundæ penitus, nec inflexæ, aduncæque sunt, sed angulis quibusdam exiguis, ac mollibus eminent. cuius gēeris uina quædā, ac poma. quæ agresti, & acri, atque (ut aiūt) acuto sapore modice temperata sunt, esse uolunt. Hæc autem nec leniunt animum, neque dissipant, nihilōque magis languescere cogunt. uerum leuiter, ac modice pungunt, & quasi titillant, uoluptatēque efficiunt. Id totum ex his Lucretii uersibus intelligitur.

Sunt etiam quæ iam nec leuia iure putantur

Esse, neque omnino flexis mucronibus unca

Sed magis angululis paulum prostrantibus, & quæ

Titillare magis sensus, quam lædere possint.

Fecula iam quo de genere est, uinique sapes.

Quo fit, ut tres sint earū, quæ motum sequuntur in sensibus species uoluptatum, una quidem affectio quædam ad molliciem, quam illectio-nem nuncupāt altera lenis, ac dulcis commotio. postrema uero exigua quædam compunctio, & (ut aiūt) uelut pruritus, atque titillatio. utitur & alia quadā diuisione uoluptatum Epicurus. alias enim naturales, & necessarias dicit, ueluti quæ dolorem, ac uehementem naturæ concupiscentiam sedant cibus, atque potionibus. cæteris que omnino, ad quæ uehemens naturæ motus impellit. alias naturales quidem, non tamen necessarias, cuiusmodi sunt, quæ delectationem uariant solum, nec do-

lores tollunt, nec uoluptatem exaugent. naturæ siquidem expleta indigentia, eoque, qui hanc sequitur dolore detracto, putat Epicurus summam corporis terminari uoluptatem, ut postea uariari uoluptas, distinguique possit, augeri, amplificarique non possit. hoc ergo secundo in genere eæ uoluptates ab Epicureis positæ sunt, quæ condimentis uariis, exquisitisque epularum delitiis percipiuntur. Tertium deinde genus addit uoluptatum earum, quæ nec naturales sunt, nec necessariae, ueluti quæ ex rerum externarum spectaculis nihil ad uictum, aut peritiam pertinentibus, & omnino omnes, quæ ex immenso diuitiarum, atque opum cumulo capiuntur. Harum omnium uoluptatum ea ratio est, ut earum, quæ necessariae sunt libido, nec opera multa, nec impesa expleatur. nec naturalium uoluptatum cupiditates multa desiderant, propterea quod ipsa natura diuitias, quibus contenta sit, & parabiles, & terminatas habet. inanium autem cupiditatum, quæ nec naturales, nec etiam necessariae uoluptates affectant, nec modus ullus (ut ille putat) nec finis reperiri potest. unde si ad naturam uixeris (inquit Epicurus) nunquam eris pauper. si ad opinionem, nunquam diues. sapientem quippe locupletat ipsa natura, cuius diuitiæ parabiles sunt. neque uero tenuissimo, & contemptissimo uictu minores, quam ex rebus exquisitissimis ad epulandum uoluptates percipiuntur. Paucis enim ac minimis natura contenta est. ¶ Nec eam solam Epicurus sequitur uoluptatem, quæ suauitate aliqua naturam mouet. de qua satis iam diximus, sed maximam illam uoluptatem existimat, quæ percipitur omni dolore detracto. quæ in statu positam dicit. cumque eam esse uoluptatem cyrenaici negauissent. contra, Epicurus uoluptatem hanc dici debere, sic docet. quoniam cum priuamur dolore, ipsa liberatione, & uacuitate omnis molestiæ gaudeamus. omne autem id, quo gaudemus. uoluptas est, ut omne, quo offendimur, dolor. doloris omnis priuatio recta nominata est uoluptas. ut enim cum cibo & potu fames, sitis que depulsa est, ipsa detractio molestiæ, consecutionem affert uoluptatis. sic in omni re, doloris amotio successionem efficit uoluptatis. Itaque non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem, & uoluptatem. Illud enim ipsum, quod quibusdam medium uidetur, cum omni dolore caremus, non modo uoluptatem esse, uerum etiam summam uoluptatem. quisquis enim sentit, quemadmodum sit affectus, eum necesse est, aut in dolore esse, aut in uoluptate. hanc præterea uoluptatem in statu positam bifariam diuidunt. Alteram quidem in animo ponunt, in corpore alteram, hanc indolentiã,

## DE VOLVPTATE

indolentiam. illam uero tranquillitatē uocant. Est autem (ut placet his) in corpore indolentia doloris omnis detractio. Tranquillitas autem placida quædam, & constans animi ab omni perturbatione uacatio. nonnunquam uero utranque uoluptatem uno uocabulo complectuntur, absolutam, atque integram tranquillitatem appellantes. quo fit, ut duplex tranquillitas sit, una solius animi totius hominis, altera ea, quæ perfecta omnino, atque absoluta,

Caput. xviii. Modus in uoluptatibus, & quod foelicitas non sit in uoluptate concitata, sed in tranquillitate apud Epicurū, atque Democritū.

Mnem in super uoluptatem suapte natura bonam esse, atque expetendam, fugiendam tamen interdum alterius gratia. quæ enim ex immoderatis, & turpibus actionibus suscipiuntur, uitare ob eam causam oportere, quod breuissimæ sint, ac fragiles, se cumque ferant pœnitentiam, curam, sollicitudinem, atque dolorem. Dolores itidem per se fugiendos omnes esse, alterius tamen gratia, eos suscipiendos, qui cum leues, ac breuissimi sint, maximas quædam sint nobis uoluptates, & commoda præstaturi. & si uoluptates omnes bonæ sint. non tamen in omnibus sitam esse beatam uitam. neque enim eam, quæ motu fit, ad beatam uitam se ipsa contentam esse, nec ad beate uiuendum sui gratia penitus necessariam. cæterum absolutam illam tranquillitatem, quæ placidam animi quietem corporisque indolentiam continet, summum omnino bonum putant. ¶ His enim duobus omnem prorsus naturam hominis corporis uidelicet, atque animi pariter esse perfectam, atque hunc esse statum, ad quem omnia referantur negocia. siquidem laboresque subire omnes, ut in ocio, deinde & quiete esse possint, easque, quas in motione posuimus uoluptates sequi, ut dolores pellant, naturæque indigentia satisfacciant. pellere uero dolorem, & indigentia satisfaccere, ut omni dolore, qui ab egestate naturæ fit, soluti ac liberi simus. Atque hæc ea indolentia est, quam in statu intelligi uolunt, quamque in foelicitate censent partem alteram obtinere, alteram uero partem tranquillitatem animi regere, cuius gratia uirtutes omnes quæsitæ sint. Quippe cum nihil aliud uirtutes desiderent, nisi ut omni liberent animum perturbatione. id uero est ipsa tranquillitas, qua propter tranquillitatis ipsius gratia uirtutes omnes quæsitæ esse uolunt, & multo magis reliquas omnes hominum actiones, ¶ Præterea cum



cætera hominis bona, aut animi duntaxat propria sint, aut corporis. sola ex omnibus absoluta illa, ac perfecta tranquillitas uniuersam hominis naturam continet. Ideoque bonorum omnium præstantissimum merito iudicari debet. ¶ Ad hæc quoque non parum id ualet, quod omnium philosophorum auctoritate confirmatum est. Id scilicet summum uideri, cui nihil ulterius addi possit. Tu uero quid tranquillitati adicies: an uero id facies: nisi quid illi desit. At si quid boni defecerit, necesse est eum, cui desit, illud appetere. qui uero cupit, tranquillus esse nullo modo potest. ubi igitur tranquillitas est, ibi appetitio nulla. ubi uero nihil appetitur, nulla est indigentia. ubi nulla egestas, ibi denique status perfectus, copia rerum expetendarum, bonorumque omnium absoluta complexio. ubi ergo tranquillitas est, ibi bona sunt omnia. ubi omnia sunt, & tranquillitas. quo intelligitur, ei nihil deesse, nihil omnino addi posse, bonorumque in se naturam omnium, rationemque comprehendere. Ideoque perfectum esse bonum, atque extremum, ad quod naturæ omnis appetitio referatur. ¶ Cumque bona plurima sint, aut unum aliquod ex his beatitudo est, aut omnia inuicem congregata, aut quiddam potius, quod ex omnium cæterorum bonorum cumulatâ possessione conficitur. Aliquod uero bonorum secretum à cæteris, quoniam plurima sibi alia superaddi queant, summum nullo modo bonum uideri potest. Nec etiam simul collecta omnia. Beatitudo namque humanæ uitæ finis quidam ultimus, atque extremus existit. ultimus autem finis unus, atque simplex esse debet. quapropter summum bonum erit, quod ex aliorum omnium accumulatione profectum sit. Id uero præter tranquillitatem esse nihil potest. Est enim bonorum natura duplex. nam & explet animum, & omni molestia liberant. eiusmodi uero expletio, atque liberatio proculdubio est ipsa tranquillitas. ¶ Quæ quoniam cæterorum bonorum possessionem sequitur, consequens est, ut eorum omnium finis, atque extremum, ob eamque causam summum merito uideatur. nec enim quiescit animus unquam, nisi bona omnia consecutus fuerit. quies autem, & tranquillitas, unum, atque idem est. bonorum igitur aliorum possessioni succedit. eius itaque gratia bona quæ sita uidentur omnia. quasi hic sit finis ultimus, atque optimus ab omnibus expetendus. Quapropter Epicurus beatam uitam censet in animi tranquillitate consistere, in ea uero tranquillitate, quæ animi simul & corporis indolentiam continet beatissimam. ¶ Sed ne uidear ea, quæ de Epicuro relata sunt, ex me ipso asseuerare, primum quod

## DE VOLUPTATE

quod voluptas, quæ motionis comes est, summum bonum non sit, ipse suis verbis testatur in epistola ad Menecem inquiring. Cum itaque dicamus voluptatem finem esse, nec luxuriosorum voluptates, easque, quæ in gustu sunt positæ, ut quidam ignorantes, & à nostra sententia dissentientes arbitrantur, sed non dolere corpore, animoque tranquillum esse, & perturbatione uacare dicimus. Non enim conuiuia, & commessationes, non puerorum, mulierumque congressus, non piscium usus, cæterorumque, quæ affert prætiosior mensa, suauem gignit uitam. uerum ratio sobria, causasque perscrutans, cur quæque uel eligenda, uel fugienda sint, opinionisque expellens, per quas animos ut plurimum tumultus occupat. Item in epistola eadem. Doloris inquit perturbationisque uacatio constantes sunt voluptates. gaudium uero, ac lætitia actio secundum motum dicitur. summa uero voluptas est doloris priuatio, & maiores quidem sunt animi, quam corporis voluptates. caro enim præsentis duntaxat suauitate perfunditur, animus præteritarum, præsentium, futurarumque rerum cogitatione congaudet. Item in eadem epistola, non potest iocunde uiui, nisi prudenter honeste, ac iuste, uiuatur, neque prudenter, honeste, iuste, nisi iocunde. ex his ostendit Epicurus, nec in uoluptatibus secundum motum, neque in his, quæ ex turpibus actionibus capiuntur, summum bonum consistere. uerum duo hæc indolentiam scilicet corporis, & animi tranquillitatem uitam efficere beatissimam. idem quoque testatur Lucretius Epicureus in secundo libro de rerum natura. ubi dum inanes hominum cupiditates, luxuriosasque delicias uituperat, hæc inquit.

O miseris hominum mentes, o pectora cæca.

Qualibus in tenebris uitæ, quantisque periculis

Degitur hoc æui, quodcunque est nonne uidetis.

Nil aliud sibi naturam latrare nisi utque

Corpore seiunctus dolor absit, mente fruatur

Iocundo sensu, cura semota, metuque.

Hic ergo uituperans luxuriam hominum, eos cæcos uocat, & miseros quod omnibus sese molestiis onerent, neque uideant, quid natura tamquam supremum finem bonumque desideret. Quid uero id sit ipse explicat dicens, hoc naturam appetere, ut dolor absit à corpore, quod illam, de qua diximus indolentiam significat, quodque cura metuque semota sint, quibus profecto uerbis animi tranquillitatem uult intelligi, atque horum duorum numerum beneficio fruatur, ac sensu io-

cundo, & mente, quasi dicat, in his summam consistere corporis, atque animi iocunditatē. Quod ergo duobus his, idolentia scilicet, & animi tranquillitate uita consistat beatissima, hæc Epicuri, atque Lucretii testimonia satis esse debent. quod uero & ille, in quo mentis tranquillitas sit, quamuis membra corporis crucientur, beatus existat, testis est Epicurus in epistola ad Metodorum dicens. eum, qui semel sit sapiens, in contrarium habitum transire non posse, neque perturbationibus cedendo errare, & siue crucietur, siue excarnificetur, sapiētem nihilominus felicem fore. In epistola quoque illa, quam moriens ad Hermacum scribit, hæc inquit, Cum ageremus uitæ beatum, & eundem summū diem, scribebamus hæc. tanti autem morbi aderant uessicæ, & uiscerum, ut nihil ad eorum ægritudinem posset accedere. compensabatur tamen cū his omnib<sup>9</sup> animi lætitia, quam capiebam memoria rationum, inuentorūque nostrorum. In his uerbis beatum se diem dicit agere, & tamē maximis doloribus cruciari, atque eadem fuisse dicitur Leucippi, Democriti, ac Theodori sentētia. ut in tranquillitate mentis beatitudo sit. quod si huic indolentia corporis adiungatur, in hac tum, affectione animi, corporisque absoluta, atque perfecta beatitudo consistat.

Hæc nos ad te à diuersis philosophis de uoluptate disputata conscripsimus. quam uero ex his sequaris sententiam, uolo tibi potius ab illorum, qui hic disputant, auctoritate, rationibusque, quam meo iudicio suaderi. Mihi uero satis fuerit philosophorum penē omniū opiniones exercendæ memoriæ gratia retulisse. FINIS

Marfilii Ficini Florentini De Voluptate Liber absolutus est, Figini. iii. Kalendas Ianuarias. Mcccclvii. anno ætatis suæ. xxiiii.

Venetiis mense Septembri. M. IIID. In ædibus Aldi.

Nequis hunc librum queat imprimere, concessum est, ab Ill. S. V.

## REGISTRVM

<p style="text-align: center;"><b>A</b></p> <p>Index Iamblichus magis inter rium seperata</p> <p style="text-align: center;"><b>B</b></p> <p>ferme sicut ubiq; mensuris mundanos telligentiam</p> <p style="text-align: center;"><b>C</b></p> <p>Rationales tur neque do posse de somniis</p> <p style="text-align: center;"><b>D</b></p> <p>tiens in super de sacrificiis tenis potentiis remus eos</p> <p style="text-align: center;"><b>E</b></p> <p>bile purum Omnium quæ na ex hominũ bus: compones</p> <p style="text-align: center;"><b>F</b></p> <p>uinis potestatib<sup>9</sup> uniformi tasque ad illam ordines oĩbusq;</p>	<p style="text-align: center;"><b>G</b></p> <p>num siue dum sortes Susceptura Deus puidetia</p> <p style="text-align: center;"><b>H</b></p> <p>deris illuc &amp; taminatam se enim semper instar mentis</p> <p style="text-align: center;"><b>I</b></p> <p>Quæ secũdum nõ harmonica liore quẽ admo Ex porphyrio</p> <p style="text-align: center;"><b>K</b></p> <p>cta propter neq; sensus</p> <p style="text-align: center;"><b>L</b></p> <p><b>MARSILIVS</b> propterea fertur propria itellect<sup>9</sup></p> <p style="text-align: center;"><b>M</b></p> <p>Quomõ dpre rum opera ceperis ampliffi</p> <p style="text-align: center;"><b>N</b></p> <p>Ex Michaele Scaleni uero spiritu uelut me per sen sisse</p>	<p style="text-align: center;"><b>O</b></p> <p>est essentialis agat, uidelicet quoque licet hactenus de</p> <p style="text-align: center;"><b>P</b></p> <p>subito facta atque ita per sunt corporis nec factum</p> <p style="text-align: center;"><b>Q</b></p> <p>animantes uero nobis attingit sunt quatenus aerem Immo</p> <p style="text-align: center;"><b>R</b></p> <p>nes effingit intellect<sup>9</sup> noster conuertit<sup>9</sup> eaten<sup>9</sup> existimat si quã</p> <p style="text-align: center;"><b>S</b></p> <p>imperfectæ sunt illuminatus est nishic habet in se ipsa &amp;</p> <p style="text-align: center;"><b>T</b></p> <p>ad secundam suam habeant diuinorũ cogita quod eius est</p>	<p style="text-align: center;"><b>V</b></p> <p>Caput.xx.de Quod aut huius traria quædã tur inuoluntarii</p> <p style="text-align: center;"><b>X</b></p> <p>⊕ Pietas iustitia ⊕ Sanctum, dei Qua tran siui occidente cepit</p> <p style="text-align: center;"><b>Y</b></p> <p>porro ac sitire adhuc primis esse dicunt atq; imitentur</p> <p style="text-align: center;"><b>Z</b></p> <p>fit concitationẽ tonis nostri ternos qui ad id ⊕ Postrema ue</p> <p style="text-align: center;"><b>&amp;</b></p> <p>ẽ cæteris bonis nec rebus à membris præ luptas corporis lestum futurũ</p>
---	--	---	---

Omnes sunt quaterni p̄ter. K. duernũ. L. & M. ternos. & uero ẽ quĩtern<sup>9</sup>.

